ſed capitalis,per ꝓcuratorem agi non licet,
203 † ſed illa dr̃ proprie capitalis,q̃ adimit vi-
tã,libertatẽ,vel ciuitatẽ.l.2.de pœnis.& l.ca-
pitaliũ.eo.tit.& l.2. ſupra eo. dum ergo po-
ſtea dr̃ ſed,& ſi ea cã ſit,ex qua ſolet ſequi pę
na vſq; ad relegationẽ,nõ oportet ꝑ aliũ eas
agi,ſed replicari põt,ꝙ ẽt tenendo ꝙ text.lo
quatur de pœna capitali iuxta d.l.2. ff.eo. &
nõ de pęna capitali ſtricte iuxta l.tranſigere.
C.de tranſac.iñ ille verſ.ſed,& ſi ea cauſa ſit,
nõ reddit̃ ſuperfluus, ſed imò ex ipſo verſic.
ampliat̃ id qđ dr̃ in pœna deportationis, &
dãnationis ad aliam cauſam maiorẽ ipſa re-
legatione,vt qñ venit imponenda pœna cor
poris afflictiua,vt in d.l.2.in fin.ff.eo.& l. in
ſeruoꝝ,in fi.ff.de pœ.& in l.fi.ff.de ini. & ita
ſentit

204 ſentit Imo.hic:ſed tu cōſidera,q̃a † vr̃ ꝙ imò
illa dictio vſq; ad relegationē,ſtet incluſiuè;
ſicut ſtat in l abſentē.ff.de pœn.q̃a inter vnū
caſum,&aliū rō diuerſitatis dari nō pōt,attē
to maxime, q̃a mens Iuriſconſulti in d.l. 1.
vr̃ eſſe ſolū facere dr̃iam inter cauſam pecu-
niariā,& corporalē, & ꝓhibet conſtitutionē
ꝓcuratoris tm̃ in cauſa corporali,vt patet in
verſ.plane.ſi tñ pecuniaria,eſt quę dictio pla
ne aduerſat̃ verſ.precedenti.tota igit̃ difficul
tas præſentis q̃onis ſtat in hoc noſtro text.
205 & in l.fin.C.de iniu.† & ꝯſiderādū eſt ꝙ re
legatio connumerari vr̃ inter publica iudi-
cia,ſed in hoc.§.ponitur regula gn̄alis,ꝙ ꝓ-
curator ad publica iudicia proſequenda non
interuenit,ergo nec in cauſa relegationis, q̃
cōnumeratur inter publica iudicia, ſuadetur
in fi.illius.§.vbi pręſupponit̃ ꝙ dato ꝙ in pu
blicis iudicijs poſſit ferri ſn̄ia contra abſen-
tem,tñ in his procurator conſtitui non pōt.
ergo nec in cauſa relegationis. Sed ad hunc
tex.d.i dicit,& ſi iuſtam rōnem habet ſn̄iam
differunt.rn̄det Ang.ꝙ loquitur iſte text. de
ſn̄ia annotationis bonorum . & hanc rn̄ſio-
nem ſequitur Imo.hic col.5.ſed replicari po
teſt, ꝙ appellatione ſn̄iæ debet intelligi de
propria.l.4.§.condēnatum.& l. qđ iuſſit. de
re iud.& tunc quia ſm̃ Bar.& Ang.de Aret.
206 in l.2.ff.de app.rec.† Sn̄ia annotationis bo
norum non dr̃ proprie ſn̄ia, niſi dicas ꝙ ſub
iecta materia hoc patitur, vt hic appellatio
ne ſn̄iæ intelligatur de ſn̄ia annotationis bo
norum,ex quo regula gn̄alis eſt,ꝙ vbi in ab
ſentem ferri poteſt ſn̄ia.ibi procurator con
ſtitui poteſt.d.§.publ. Et ſi quiſpiam non in
ſubtiliter diceret aduerte,quia iſta conſequē
tia non vr̃ tuta.non pōt ferri ſn̄ia in abſen-
tem,ergo in ea cauſa nō pōt interuenire pro
curator,patet,nā in cauſa appellationis non
requiritur litis cōteſtatio,& ſic ſn̄ia ferri pōt
in abſentem,& tñ in tali cauſa non pōt in cri
minalibus procurator cōſtitui.d.l.1. ff.an ꝑ
alium cauſæ.ſed dic breuiter ꝙ quidqd ſit in
207 cauſa ciuili.l.fi.§.illud.C.de temp.app.† in
criminali,& in cā appellationis nō pōt ferri
ſn̄ia contra abſentem.C.de acc.& l.abſentē.
ff.de pœnis.& vr̃ eſſe caſus in d.l.1.in fin.ibi
ſed ipſum eod.auditori.Circa l.fi.C.de iniu.
multū ſe torquent Imo.& Benedic.de Plōbi
208 no hic.& Mod.in d.c.veniens.† nam ꝓ cri
mine iniuriaꝝ pęna relegationis imponi po
teſt.l.fi.de iniu.& tñ vr̃ ſpāle in ꝑſonis illu-
ſtrib.vt in crimine iniuriaꝝ ꝓcurator conſti
tuatur: ergo arguendo per locum à ſpeciali
in contrarium vr̃ ius cōe.l.1.in fi.ff.ad muni
209 ci.& l.ius ſing.ff.de leg.† Ad hunc tex.dan
tur plures rn̄ſiones.Prima fuit Guil.de Accu
neo,ꝙ pro crimine iniuriarum non ſolū pę
na relegationis,ſed ēt corporis afflictiua im
poni poteſt.& ideo ꝑꝑ dubium rl̃r procura
tor repellitur.ſed eſt ſpeciale in perſona illu
ſtri.Sed iſta prima rn̄ſio nō vr̃ tuta,ſm̃ Imo.
hic col.5.quia perſona illuſtris non poteſt af
fici pęna corporis afflictiua,ſed ſolum pęna
relegationis . cū ergo ſit ſpeciale in perſona
illuſtri,q̃ ſola pœna relegationis affici pōt,
datur intelligi ꝙ regulariter in crimine iniu
riarū in quo pœnā relegationis imponi pōt
procurator admittitur. Alia datur ſolutio ad
illū tex. ſm̃ Cyn.ibi, quē ſequitur hic Ang.
licet eū non citet,ꝙ licet regulariter vbi agi
tur de pęna relegationis imponēda, ex quo
cunq; alio crimine,poſſit interuenire ꝓcura
tor fallit tñ in crimine iniuriaꝝ. vbi licet de
ſola pœna relegationis agatur, nō pōt tñ in
teruenire procurator. ſed ſolū illuſtribus cō
cedi vr̃,vt in hoc crimine ꝓcuratores conſti
tuere valeant . Sed iſta ſolutio ſm̃ Imo.non
eſt tuta.& cōſiderandū eſt.ꝙ quo ad poteſta
tē cōſtituendi ꝓcuratorē in criminalib. nō
debet ſpectari qualitas criminis, ſed quali-
tas pœnæ inferēdæ,ex ipſo crimine, vt ꝓba
ri vr̃ in d.l.1.q̃n ꝑ aliū cau.app. cū ergo nō
poſſit dari rō diuerſitatis, q̃re magis debeat
ꝑmitti ꝓcurator in alijs delictis. vbi agit̃ de
pœna relegationis,q̃ in crimine iniuriaꝝ vr̃
idem ius ſtatuendum.& hac ēt impugnatio-
ne vtuntur Mod.in d.c.veniens. col. 22. ſed
tu cōſidera.ſi rō ſpecialitatis colligi poſſit ex
his,q̃ ſcribit Vlpian.in l.prœtor edixit. de iniu.
dū dicit, ꝙ in crimine iniuriarum nō debet
agēs illa actione cū diſcrimine alienę ęſtima
tionis vagari.& ob hoc in caſu iſto vr̃ prohi
beri conſtitutio ꝓcuratoris. Tertia datur ſo
lutio ſm̃ Ricar.de Salyceto ꝙ ſpecialitas.d.l.
210 fi.conſiſtit in hoc,q̃a † perſonæ illuſtres ſo
la pęna relegationis affici debent. & ob hoc
in neceſſariam ꝯn̄am eis tm̄modo licet ꝓ-
curatores conſtituere.Sed hęc ſolutio nō pla
cet Imol.nec Modernis repetentib.in c. ve-
211 niēs.q̃ verba Imo.forma r̃ referūt:† nā rl̃r
humiliores homines,& nō alij ſublimibus,& hi
ſce generib.pœnarū ſubijciunt.l.capitaliū.§.
non ſolent.& l.generaliter.& l.mores.§ illę

fere

ferę ff.de pęnis.ergo id qđ erat ſtatutū in ꝑ-
ſona illuſtri fuiſſet quoque ſtatuendū in ho-
mine vitę honeſtę,& bonis mor.b.imbutæ.
Ex alio vltra iſtos nō vr̃ tuta cōſideratio do.
Ric.qa hoc modo circa ꝑſonas illuſtres con
currerent duo ſpecialia.Primū,ꝙ ſola pœna
deportationis afficiēdi ferēt,& tñ pœna iniu
riaꝝ cū ſit arbitraria,pōt extēdi vſq; ad mor
tē.l.ſacculari.§.ſunt quędā.ff.de extraor.cri.
Secūdū eſſet,ꝙ in hoc crimine poſſet inter-
uenire ꝓcurator niſi dicas tuēdo hanc opin.
ꝙ ex quo magis ꝯſtat certitudinariæ ꝙ ꝑſo
na illuſtris fuſtibus,& tormētis nō eſt afficiē
da,ſed ſola pœna deportationis plectēda eſt,
lex tolerat,ꝙ ad huiuſcemodi crimē ꝓſequē
dū ꝓcurator interuenire poſſit, & hæc duo
ſpālia ex quo vnū in ꝯñani alterius venit,cō
currere pñt,vt Bart.dicit in l.ſi ſub ꝯdóne de
212 ſolut. Quarta † datur ſolutio ad illū text.
ſm̃ vtrunq; Saly.ꝙ vbi dubitat̃ quæ nā pęna
debeat imponi . vt eſt videre in hoc crimine
iniuriaꝝ,in quo iudici datur arbitriū impo-
nēdi pœnā inſpectis circūſtantijs loci, tp̃is ,
& perſonæ.§.atrox.inſt. de iniur.& d.l.pror
ait.§.atrocē.eo.tit.& ad iſtud crimē ꝓſequen
dū non admittit̃ ꝓcurator.fallit tñ in ꝑſona
illuſtri . in qua poſſet eſſe, ꝙ illuſtris inferet
iniuriā illuſtri.quo caſu imponēda foret pœ
na corporis afflictiua. poſſet ēt eſſe,ꝙ nō cō
ſtaret ip̃m eſſe illuſtrem. ſed replicari poſſet.
213 ſm̃ Imol. ꝙ † licet illuſtris afficiat illuſtrē
iniuria, non tñ pœna corporis afflictiua affi
ciēdus erit.d.l.fi.de iniu.Itē in d.l.fi.C.eo.ꝓ-
ſupponit̃ notorie ꝯſtare,ꝙ ꝑſonæ illæ erant
illuſtres.& ſic ꝙ erāt in inſulā relegādi,& tñ
vr̃ ſpāle in illo tex.& hęc impugnatio ſuadet̃
alia rōne.vltra alios.q ille tex.in princ.loq-
tur ne dū in illuſtribus adminiſtrationibus,
& hñtibus cingulum,ſed ēt in illuſtribus ho
noratis codicillis decoratis. adeo ꝙ nō pote
rat veroſimiliter hæſitari de qbus illuſtribus
imꝑator ſenſerit, ꝓut alibi dubitat̃,in l.fi.§.
viros.C.vbi ſen.vel clar.Quinta datur ſolu-
214 tio,†ꝙ ille tex.loquitur in iniuria ꝓ qua
poterat imponi pœna capitalis, de qua in l.
pen. C.de fam.lib.vel pœna deportationis ,
aut in crimine iniuriaꝝ qđ ex l.Corn.ꝑfici
ſcit̃ iuxta l.3.§.fi.ff.ad l.Corn.de ſic.& l.ante
pen.§.de iniu.nā in huſce criminib. vbi ma-
ior pœna relegatione imponēda eſt, nō pōt
ꝯſtitui ꝓcurator rl'r,ſed conceditur ſpeciali-
ter illuſtrib. vt ad tale crimē proſequendū li
cet agatur de pœna capitali poſſit dari ꝓcu
rator. Sed hæc ſolutio nō placet Mod.tū qa
diuinat,tam ēt quia vr̃ contra d.l.quæ gñali
ter,& indiſtincte loqtur,ergo debet gñaliter
& indiſtincte intelligi,dato ꝙ in vno caſu ſit
maior ratio q̃ in altero. Sed replicari pōt,ꝙ
nō eſt abſurdū vt iura iuribus concordētur .
& vna lex ꝑ alterā diſtinguatur gl.in l.ſcien
215 dum.q ſatiſd.cog. Vltima † datur ſolutio ꝑ
repetentes in d.c.veniens.& conſiderandum
eſt,ꝙ ꝑſonæ illuſtres ꝓhibentur ꝑ ſe litiga-
re,ſed debēt litigare ꝑ procuratorem.l.qui-
cūq;.C.de proc.& §.1.in auc.vt ab illuſtr. &
q ſupra eos ſunt.Speciale tñ eſt in ꝑſona il-
luſtr. vt in crimine iniuriaꝝ poſſit conſtitui
ꝓcurator in qua pōt agi,& ciuiliter,& crimi
naliter licet ſecus ſit in alijs criminibus vt in
hoc §.& rō eſt quia non pōt illuſtrib.impo-
ni pœna corporis afflictiua.licet ergo rl'r nō
poſſint illuſtres agere de ꝑ ſe in cauſa ciuili,
ſed cogant̃ ꝯſtituere ꝓcuratorem, tñ in hac
cauſa iniuriaꝝ pñt conſtituere ꝓcuratorem,
& ideo Imperator ibi vtit̃ verbo licere, & vr̃
ſenſus, ꝙ licet alias illuſtri nō liceat ꝑ ſe liti
gare in cauſa ciuili,licet tñ in hac cauſa,quæ
eſt mixta. Item licet in cauſa mere criminali
nō liceat ꝓcuratorem ꝯſtituere. vt in hoc §.
tñ licitum eſt in cauſa iniuriaꝝ.Sed iſte intel
lectus ex triplici capite non vr̃ tutus. Primo
vt ſentiūt ipſimet repetentes . qa tex.in fin.
vl'r dicit.ita tñ vt nullus alius ſibi audeat hoc
vēdicare. nec eſt tuta rñſio,ꝙ hoc alteri non
cōceditur à iure ſpeciali,ſed ſimpliciter à iu-
re cōi . qñ venit imponenda pœna vſque ad
relegationem . qa tex.vniuerſaliter dicit ita
tñ vt nullus alius ſibi audeat hoc vendicare.
ergo nō debet reſtringi vt intelligat̃, vbi ve-
nit imponēda pœna relegationis tm̃, qñqui
dem pro iniuria,vt ſupra dixi,poſſit imponi
pœna vſq; ad mortem . Non eſt ēt tuta alia
ſolutio,dum dr̃,ꝙ nulli alij hoc cōceditur in
crimine iniuriaꝝ.ſ.ꝙ ſimpliciter poſſint cau
ſam agere ꝑ procuratorem,ſed quo ad infe-
riores illuſtrium.vt ibi dr̃,mos iudicioꝝ qui
hactenus obrinuit,in poſteꝝ obſeruādus ſit,
& vr̃ ſenſus, ꝙ vbi ſumus certi de pœna ꝙ
tūc admittatur ꝓcurator,ſecus vbi ſumus in
certi.ſed credo ꝙ illa verba habeant aliū ſen
ſum,videlicet,ꝙ ſi pro crimine iniuriaꝝ aga
tur ciuiliter,admitratur procurator , ſecus ſi
criminaliter,ſed hoc ſi ſpāle in perſona illu-
216 ſtri,ergo ius cōe eſt in contrariū, † ex alio
etiam

etiam non vr̃ tuta conſideratio iſtorum, quæ fuit gl. in d.l.fi.& in l.fi.ver.per procurat.C.
217 vbi ſena.vel clariſs.q̃a † non põt dari ratio diuerſitatis, quare magis liceat eis ↄſtituere ꝓcuratorem in crimine iniuriaꝝ q̃ in alijs priuatis criminibus in q̃bus non licet.d.l.fi. verſ.oẽ crimen publicũ priuatiue.C.vbi ſen. vel clar. Item ſi.l.fi.C.de iniur.veniret ad interpretationem.l.quicũq;.C.de ꝓc.non ſolũ intelligeretur in illuſtribus, ſed ẽt in ſpectabilibus,& clariſſimis,q̃nquidem in hiſce pſonis loquatur d.l quicũque, & lex interpretãs debet intelligi ſm̃ terminos legis interpretatę, eſt verũ ꝙ hodie ſolum pñt illuſtres, & ſuper illuſtres agere ꝑ ꝓcuratorem,auct.quod ius C.de proc. Item l.fi.non põt venire quouis modo ad limitationem.d.l.quicunque, q̃nquidem l.quicũq;, loquatur in vxoribus, & liberis dictaꝝ pſonaꝝ illuſtrium. ex alio ẽt non põt conſiderari aliqua ſpecialitas in illo tex.q̃a vult vnum quod eſt contra regulas iuris cõis, ꝙ ipſe illuſtris non aũt procurator debeat ↄdemnari. Si velles ergo tueri cõem ſniam, poteris tenere itellectum Ryc.de Sal. ſupra relatum. ſed in puncto iuris verior vr̃ opin. Vltramontanoꝝ. in quam ẽt inclinat Bar.hic & primo ꝑ tex.in l.2.ſupra de proc. à cõtrario ſenſu, ibi cum appellationes pecuniariæ ꝑ procuratorem exerceri poſſint.nec dicatur, vt dicit Sal.ꝙ ibi,& in l.fi.fit mentio de cauſa pecuniaria ad drĩam cauſæ capitalis
218 ſtrictæ ſumptæ, quia † latine loquẽdo, omnis cauſa æſtimationis capitalis dr̃.l.hos accuſ.§.omnib. de accuſ. quæ proprie loq̃tur de relegatione. niſi dicas tuendo cõem, ꝙ relegatio,& quælibet alia cauſa æſtimationis, improprie ꝑtinet ad capitis periculum, vt eſt caſus in l.capit.verſ.ceteræ pœnę.ff.de pœn. ſed ille text. contra cõem ſniam retorqueri
219 põt, † q̃nquidem æquiperet pœnam ictus fuſtium relegationi. ſed vbi agitur de pœna corporis afflictiua, non põt interuenire procurator.Sed d̃ c, ꝙ ibi illa equiperatio fit ſm̃ quid, non aũt ſimpliciter. Secundo, contra cõem ſtringit iſte tex.qui g̃nãliter dicit.ꝙ ad crimen publicum proſequẽdum procurator conſtitui non põt. ſed crimen publici iudicij eſt duplex. quoddam capitale, & quoddam
220 nõ capitale l.2.ſupra eo.† ſed ꝓcurator ibi remouetur à g̃ne, & ſic à quolibet crimine publici iudicij ergo cẽſetur remoueri à quolibet eius ſpẽ ergo non poterit interuenire in caſu vbi agitur de pœna relegationis. Sed replicari põt. ſm̃ Sal.in d.l.reos.ꝙ illa regula, ꝙ vbi remouetur genus cẽſeatur remota quælibet eius ſpẽs habet locum vbi ratio remotionis g̃nis militat ẽt in ſpẽ,& ſic q̃n genus remouetur rõne indifferẽti. ſed vbi agĩt de pœna relegationis, abſens põt damnari. ergo debet poſſe comparere ꝑ procuratorẽ. ſed iſta ratio vt ſupra dixi nõ eſt tuta q̃a ſtat ſimul, ꝙ abñs poſſit condemnari, & tñ non poſſit cõparere ꝑ procuratorẽ. Alio modo rñdet Sal.ꝙ ratio prohibitiua ↄſtõnis procuratoris q̃ militat vbi agitur de pœna capitali ſtricte ſumpta.i.ne ꝑ procuratorem aliquod grãde prẹiudicium hat dño ceſſat, vbi agitur de pœna relegationis, ſed attenta rõne Saly. ſequeretur ꝙ in crimine l.Iul.de anno. & de ambitu in quo pœna pecuniaria imponĩt, poſſet interuenire ꝓcurator ↄtra g̃nãlitatem huiuſce.§. Veritas depẽdet ab his q̃ Bart.hic dicit in 5.col.ver.quæro extra gl.an vbi pro publico iud.imponitur pœna pecuniaria ha
221 beat locum.§.nr̃.& ibi reſeruo dicẽdum. † Nõ eſt tñ recedẽdum à cõi ſnia, pro qua facit pulchra rõ, nam interuẽtus procuratoris ad neceſſariam defenſionẽ rr̃ eſt permiſſus, cum ergo non cẽſeantur ꝓhibiti procuratores in cauſa relegationis, debẽt cenſeri ꝑmiſſi.& ſuadetur hæc cõis opin.quia vbi tractaĩ de odio dictio vſq;, ſtat excluſiue, ſed cũ eſſet odioſum, nõ poſſe ↄſtituere procuratorẽ in cauſa relegationis debemus intelligere tex. in l.1.ꝙ ſtet excluſiue.iuxta no.ꝑ Sal.& alios
222 in auct.qd' ius.C.de ꝓc.† Vere tñ d.l.1.an ꝑ alium cau.multũ ſtringit contra cõem ſubtiliter inducẽdo.nam ibi in 2.rñſo principali dr̃, ꝙ in cauſis capitalibus vſq; ad relegationẽ non interuenit ꝓcurator.in 3.vero rñſo ſubijcitur, ꝙ in cauſis criminalibus vbi agĩt de pœna pecuniaria ꝓcurator ↄſtitui põt. ſed ſi dictio vſq;, ſtaret excluſiue ad.2.rñſũ. 3.caſus, in quo erat maior dubitatio ꝙ in cã criminali, ꝑ qua imponĩt pœna pecuniaria, remaneret indeciſus ſaltẽ exp̃ſſe.& caſus minus dubius exp̃ſſe decideretur.vr̃ ergo ꝙ dictio vſq;, ibi ſtet incluſiue.ſm̃ eius propriam nãm.Retenta tñ hac concluſione, ꝙ in cauſa relegationis poſſit ↄſtitui ꝓcurator, diſcutiẽdæ ſunt aliquæ neceſſariæ dubitationes.

Prima erit dubitatio quã tãgit hic Frã. de
223 Rãp.& Bal.† an vbi in relegatione aſſignaĩ cert' locus.ita ꝙ nõ poſſit in alio loco morã trahere.

trahere,ſed teneatur morari in illo loco, an in tali cauſa ꝯſtitui poſſit ꝓcurator,& cõcludũt,ꝙ non.Cõis.n.opin.ſm iſtos ꝓcedit vbi q̃s relegatur vt poſſit vbiq; morari,dũmodo nõ trahat morã hic Paduæ,vel Venetijs, vel in alio certo loco,nã in hac relegatione ferri põt ſnĩa in abſentem,& ꝓcurator cõſtitui. ſecus tñ eſt,ſm eos vbi fieret relegatio ad certũ locum.iuxta l.relegat.de inter.&releg.ita ꝙ relegatus ab illo loco recedere nõ poſſet, & alio ꝓficiſci, & iſto caſu nõ poterit interuenire ꝓcurator,q̃a negari non põt q̃n agaẽ hic de pęna corporis relegati afflictiua.ergo nõ poterit ferri ſnĩa in abſñtem nec cõſtitui ꝓcurator,ꝓbaẽ in d.l.releg.in fin.principij. vbi dr̃,ꝙ vbi q̃s relegaẽ in certã inſulam anteq̃ aſſigneẽ inſula talis relegatus militi tradẽdus eſt.ergo talis relegatio vr̃ hr̃e inſtar deportationis.& maxime vbi fit in ꝑpetuũ.ſua

224 deẽ hęc opi. ꝑ locũ à paritate rõnis.†nam rõ quare nõ poſſit ferri ſnĩa in abſentem in criminalibus eſt illa,q̃a nõ poſſet in eũ fieri executio q̃ ratio cõcludit ẽt in eo q̃ in certũ locũ relegandus venit:Imol.hic dicit,ꝙ non eſſet malũ tenere hãc opin. & idẽ dñt Mod. Senen.in d.c.veniẽs.q̃ nihil addendo referũt vt plurimũ verba formalia Imo. Cõtrarium

225 tñ tenẽt cõiter ſcribentes.tũ † q̃a relegati oĩa ſua iura retinẽt,& ſic nec ciuitatẽ,nec bona ꝑdũt,ſiue ad certũ,ſiue ad incertũ locum relegẽtur,& ideo in relegato,ſm Imol. poterit fieri executio in bonis,q̃ executio nõ cadit in deportato,q̃ & bona,& ciuitatẽ ꝑdit, & ſi dicaẽ, ꝙ imò poterit fieri executio cum cõminatione,ꝙ dãnabitur in metallũ,replicari põt,ſm Imol. ꝙ ſicut nõ timuit deportationem, nõ timebit ẽt dam natione in metallũ,ſecus in relegato,q̃ bona non ꝑdit. Item nõ tenet pęnã,ſm Imol.non põt fieri executio ſnĩæ, ergo non debet poſſe ferri ſnĩa contra abſentem.nam ꝯdẽnatur ille,q̃ nihil habet.q̃a ſperaẽ, ꝙ poſſit ꝑuenire ad pinguiorẽ fortunam.l.ſi defunctus.C.arb.tut. Idem ꝯdemnaẽ aliq̃s actione perſonali,q̃ non hẽt nec bona mobilia, nec immobilia in loco,

226 ſed attẽta rõne Imolæ.ex quo†deportatus nõ amittit ea,q̃ ſunt iuriſgẽtium.q̃a põt contrahere,& in futurũ acq̃rere, dr̃et poſſe abſñs condẽnari.facit l.ſi mandauero.§.is cuius.ff. mand. & ideo ꝯſidera,ꝙ licet relegatio poſſit fieri in certã inſulam,tñ principalis intentio relegãtis eſt remouere ipm relegatũ à loco in quo morã trahebat. vt ꝓbari vr̃ in d.l. relegatoꝝ.§.interdicere.ibi,vñ eueniebat,vt q̃ relegatus eſſet ab ea ꝓuincia,& in §.his q̃ relegaẽ,ibi,excedereq̃.debet intra eũ diem. ergo vr̃,ꝙ intẽtio relegãtis ſpectari debeat. Sed replicari põt,ꝙ illa iura ꝓcedũt, vbi q̃s remoueẽ à loco domicilij,& originis,ita ꝙ illa ſolũ ꝓuincia eidẽ interdicta cenſeaẽ. ſecus tñ vr̃ vbi q̃s in certam inſulã relegatur.vt ei dẽ ab ea recedere nõ liceat,niſi dicas, ꝙ hoc nõ conſideraẽ. q̃a id quod principaliter agitur ſpectari debet.l.ſi q̃s nec cauſam.ff.ſi cer.

227 pet.†Nõ ob.tex.in d.l.releg.ibi,militi tradẽdus eſt, q̃a ibi illud admittitur poſt latam ſnĩam non ante.ne ſentẽtia ſit eluſoria.nam ex forma ſnĩæ ibi debebat ſtare relegationi in certã inſulam.& ideo cum iudex non hr̃et inſulã ſub ſe, debet expectari donec aſſigneẽ à principe,interim ergo nõ debet vagari. & ideo militi tradiẽ quo ad inſula aſſigneẽ ſicut alias ꝯtingit in ſiñ in l.legatũ ſupra de vſufr. leg.&l.legatã.cum ibi not.de admi.reꝝ ad ci

228 ui.ꝑtinẽti.†Itẽ videmus alias,ꝙ q̃n ſuſpendiẽ executio ſnĩæ in aliqua re ex aliqua cauſa,fit illius rei ſequeſtratio,& depoſitio. vt l. ab execut.C.quoꝝ app.non recip.q̃ alleg.vt l.1. C.de ꝓhib.ſequeſt.nõ eſt miꝝ ergo ſi id ꝯtingit in caſu iſto. Item non eſt bona argumẽtatio Fran.de Are.arguere de deportatio

229 ne ad relegationẽ †nam deportatio req̃rit formã actualem, vt ipſe deportatus ꝑ miniſtros ꝑducaẽ ad locũ,& ad inſulam l.ferri.de verb.ſig.ſed relegatio req̃rit ſolam formam verbalẽ.ſ.vt ꝑ ſeipm relegatus cũ relegatione vadat,vt d.§.his qui. & ideo prima req̃rit ꝑñtiam,ſecũda non.ſicut videmus in degradatione verbali,&actuali,in c.2.extra de pę. lib.6.& hoc not.Imol.in c.veritatis.de do.& cõt.& c.qualiter,& q̃ñ.& d.Innoc. in c.2.de ſen.excõ.& ad hoc accedat qđ not. in l.2.§. ignominiæ.de his q̃ not.inf.cog.Secunda ca

230 dit dubitatio,ſm Bar.hic,† an in cauſa appellationis vbi imponiẽ pœna maior relegatione,poſſit talis cauſa ꝑ ꝓcuratorẽ agitari, & Bar.hic dicit,ꝙ nõ admittaẽ ꝓcurator,licet ſnĩa in cauſa appellationis in abñtem ferri poſſit l.ſi.§.illud. C.de app.ſed nõ vr̃ verũ

231 †ꝙ in cã appellationis vbi agiẽ de crimine, ꝙ ferri poſſit ſnĩa in abñtem, vt ꝓbatur in d.l.1.ibi, ſed ipm adeſſe auditorio.ff.an ꝑ aliũ cau.app.agi poſſit,& vr̃ caſus in l.abſẽtẽ. ff.de pœ.& in l.abñtẽ.C.de acc.Itẽ pſuppoſito,

to vt Bar.dicit,ꝙ in cauſa appellarionis poſ
ſet ꝓcedi ↄtra abſentē, nā ex quo ſnia q̄ fuit
lata in cauſa principali, ſtatim rraxit ſecum
executionē quo ad ea q̄ ſunt iuris, & hoc ca
ſu facilius pōt in cauſa appellationis ꝓcedi
contra abſentem. ſed replicari pōt ſm Imo.
232 hic † ꝙ ꝑ appellationem ſtatim fuit extin
ctum pronunciatū.l.1.in fi.ad turp. hinc eſt
ꝙ ſi ferat̄ ſnia in cauſa appellationis, ꝙ agi
tur ex ſecunda ſnia non aūt ex prima l.ſi qs
priore.in princ.ad Treb.&l.furti.in prin.de
his q not.infa.&cū hac opi.ēt trāſit d. Mar.
de Senis.in c.veniens.col.25.referēdo Imo.
hic formalr̄.Sed tu conſidera.nā in caſu l.1.
ff.an ꝑ alium. p̄ſupponitur ꝙ fuit lata ſnia
in cauſa principali, ergo fuit lata in p̄ſentē,
alias nō valuiſſet l.ſi accuſatorib. C. de acc.
cū ergo ↄdemnatus eſſet in carceribus detē
tus,ſi admittitur ꝓcurator vr̄ procurator p̄-
233 ſentis. † ſed dato ꝙ in cauſa appellationis
poſſet ſnia ferri in cauſa criminali ↄtra ab-
ſentem,illud inducit̄ in odium ↄtumacis, &
abſentis,ſed nō debet induci in eius fauorē.
ar.l.non ſolum.ff.de noxal.niſi dicas ad has
duas rōnes,& primo ad primā,ꝙ pōt eſſe ꝙ
ↄdemnatus non retinebit̄ in carceribus, qa
retineri ſolet ob inopiā idonei fideiuſſoris.
l.eos.§.ſuꝑ his.C.de app.Secundæ rōni rn̄-
det̄,ꝙ ex quo vbi in abſentem pōt ferri ſnia,
rl̄r poteſt interuenire ꝓcurator,non vr̄ ab-
ſurdum, ꝙ in ↄn̄am odij veniat fauor. ar. l.
cum ex oratione.de excuſ.tut.&ita in ſimili
arguit Bald.in l.qd̄ fauore.in 7.oppo. C.de
legib.cogita. Tertia cadit dubitatio,tu vidi-
ſti ꝙ in cauſa iniuriaꝝ, licet ſit priuatum de
ictum,pn̄t illuſtres procuratores ↄſtituere.
234 † dubitant modo Mod.in d.c.veniens. in
col.24.an id qd̄ dictū eſt ſupra in ꝑſona illu
ſtris,procedat in ep̄is,& alijs p̄latis,vt teneā
tur cōparere ꝑ ꝓcuratorē, iuxta terminos.
l.qcunq;.de ꝓc. & poſſint ēt in crimine pri
uato iniuriaꝝ ꝓcuratores ↄſtituere, & ipſi
valde dubitant ꝑ tex.in c. cū olim de teſtib.
vbi ſm eos apparet ꝙ ep̄s cōparet ꝑ ſe vel
per ꝓcuratorem,ſed ad illum tex. rn̄deri po
teſt ꝙ ille tex.nō ꝓbat,ſed ſolū dicit eſſe ꝓ-
cedendum ad examen teſtium, ſi archiep̄s le
gitime citatus ꝑ ſe,vel ꝑ ꝓcuratorem,cōpa
rere noluerit,& hoc ſimili ſermone vtit̄ tex.
in c.fi.in verbo ſi per ſe vel ꝑ ꝓcuratorē ci-
235 tatus fuerit,† nec qppiam facit tex.in c.1.
& fi.de poſtu.adductus per eos,qa ibi nō dr̄
ꝙ ep̄s poſſit eſſe ꝓcurator, ſed loquunt̄ illa
iura de alijs clericis,non aūt de ep̄o.& iō ve
rior vr̄ opi.gl.quā ipſi corrupte adducunt in
c.qa ep̄s.2.q.4.quæ vult ꝙ ſacerdotes nō de
beant ꝑ ſe litigare,niſi ſint pauperes. alleg.
text.de illuſtri.& q ſupra eos ſunt.li.ē,&nō-
nullas alias rōnes quas formalr̄ recēſuit idē.
d.Mari. quaꝝ prima eſt,qa non expedit ſer
uos Dei litigioſos eſſe c.1.de ſimo. Secunda
eſt, ne cogant̄ à diuinis obſequijs recedere.
iuxta tex.in l.oēs C.de epiſ.&cler.&qa lites
dāt materiā delinquēdi.l.ꝓperādū.in princ.
236 C.de iud.& vere ꝓ opi.gl.vr̄ caſus in d. c.
quia ep̄s, qui vult quòd ep̄i, & alij ſacer-
dotes teneantur ↄſtituere ꝓcuratorem. exci
pit tn̄ cauſas publici iudicij. ille tn̄ tex. non
ſolum loquitur de ep̄is, ſed de vniuerſis ſa-
cerdotib.quos nemo illuſtres appellat nec il
le tex. fundat ſe ſuꝑ illuſtri dignitate,ſed qa
237 ſolēt ↄſtitui ad Dei laudē.† Secūdo aduertē
dū eſt,qa non vr̄ recte q̄rere repetentes an
diſpoſitio.l.fi.&l.qcunq;.C.de iniur.habeat
locum non ſolum in ep̄is. ſed ēt in inferiori
bus p̄latis.qa tex.in l.quicūq;. hodie reſtrin
git̄,vt ſolum procedat in illuſtrib.& hijs q ſu
238 pra eam dignitatē ſunt.& † iō in ſolo ep̄o
cadit dubitatio,q ſm Iaſ.in l.1.vbi his dixi.
de offic. eius.eſt illuſtris,vt ēt concludit Bo-
logn.in conſ.85. incip. quidā Ant. de Caſt.
239 † & ideo tex.in c.fi.5.q.2. vult ep̄m in ſcri
ptis debere citari,ſicut illuſtres citant̄ l. quo
240 ties. C.de dign.lib.12.† & tex.in c.fin. de
re iud.lib.6. vult ꝙ poſſint legere ſniam per
241 ſubſtitutū ad ſimilitudinē illuſtrium, † &
ideo tu ↄſidera ꝙ aut q̄rimus an diſpoſitio.
l.qcunq;.de ꝓc.habeat locū in ep̄is,& crede
rem ꝙ non. quia illuſtri litiganti per ſe im-
ponit pœnā amiſſionis cauſæ,& ipſi iudici li
brarum 20. auri,& ideo illa lex nō debet ex
tendi ad ep̄m, qa nullibi ꝓbat̄ ꝙ ep̄s ſit ꝓ-
prie,& ſimpliciter illuſtris,licet priuilegijs il
242 luſtrium potiri videat̄ † in his terminus lo
quit̄ tex.in d.c.fi.2. q.5. ſimpliciter tn̄ dr̄ po
tius ſpectabilis,vt dicit Io.de Plat.in l.fi. C.
de decur.lib. 10. cū ſimilib. de qbus ibi dixi
in d.l.1.de off.eius.tā in primā q̄ in ſecunda
lectura. Aut vero q̄rimus an debeāt litigare
ꝑ ꝓcuratores tā ipſi q̄ alij p̄lati inferiores,
& in hiſce caſibus in qbus ſi ipſi litigaſſent,
poſſent diſtrahi à diuinis officijs. ↄcludendū
eſt ꝙ ſic,per tex.in d.c.qa ep̄s.3.q.4. vbi ve-
ro non pn̄t diſtrahi à diuinis officijs, vel citā
tur

tur à ſummo Pontifice,tūc pñt ꝑ ſe litigare
&in his terminis intelligant iura adducta ꝑ
Mod.in d.c.veniens .col.25. Si vero q̄rimus
an in crimine priuato iniuriaꝝ poſſitt ꝑ ꝓ-
curatorē litigare,&ex quo iſtud vr̄ reſpicere
fauorē illuſtriū,& tunc ſubdiſtinguendū eſt,
aut .n. ꝓhibitio cōſtitutionis ꝓcuratoris re
ſpicit fauorē ipſius dñi,tum rōne grauis p̄iu
dicij , tum ēt quia ēt in arduis cauſis ciuili-
bus non cogit̄ quiſquam agere per ꝓcurato
rē.vt tradit Card.noſter Alex. in c. in crim.
3. q. 5. ſi vero reſpicit fauorem ipſoꝝ illu-
ſtrium vt innuit tex.in d.l.fi.in verbo licere,
concludendum vr̄ quòd illa l.fi.habeat locū
in ep̄is,quia exequantur illuſtribus , & iſtud
ſentit Bal.in l.fi.C.vbi ſena.vel clar. qui exē
plificat illum text.in ep̄is . Tertia colligitur
243 concluſio ex hac gloſ.† ꝙ vbi venit impo-
nēda pœna,quæ eſt minor relegatione in ta
li cauſa poteſt interuenire ꝓcurator. vtputa
qñ agitur de pœna remotionis ab ordine l.
2. infra de iniur. vel agitur de interdictione
artis alicuius iuxta l.moris ff.de pę.&iō vbi
q̄s venit deponendus ab ordine,vel publicis
honoribus priuandus aut ſimili pęna plectē
dus. non cenſet̄ ꝓhibitus ꝓcuratorē ꝯſtitue
re vt ꝓbat̄ in d.l.1.§.1.verſ.plane.ff.an ꝑ a-
lium cau.app.& in l.cognit.§.1.& hanc ꝯclu
ſionem ſequuntur cōiter interpretes relati
per Imo.& Bened.de Plumb.hic,& ꝑ Mod.
in cap.veniens . de acc. ſed huic concluſioni
244 obijcitur. † nam pœna depoſitionis ab or
dine poteſt cadere in abſentem .c.veritatis .
de dol.& cont.tñ in caſu d.c.veniēs. vbi age
batur de depoſitione ep̄i . quia aſſerebat̄ ſub
iecíſſe eccleſiam ſeruituti principis ſecularis,
non pōt interuenire ꝓcurator. Imo.h c rñ-
det ꝙ aliud eſt de iure canonico aliud de iu
re ciuili,& cū in depoſitione ordinis ep̄alis,
aut p̄sbyterat⁹, diaconat⁹, vel ſubdiaconat⁹.
245 agat̄ de graui p̄iudicio,† cū dūtaxat ex gra
uiſſimis criminib q̄s ab ordine deponat̄ . vt
tradit̄ in c.1.85.diſt.& in c.Maximianus . &
in c.1.35.diſt. non eſt mirū,ſi in hiſce cauſis
246 † vbi agit̄ de depoſitione ab ordine fiēda ,
& ſic de graui p̄iudicio , nō admittit̄ ꝓcura
tor,ſecus tñ eſt de iure ciuili , quo iure ordo
capit̄ ꝓ ordine cuiuſcūq; corporis vniuerſi
tatis vel collegij,vtputa doctoꝝ decurionū ,
lanificū,& cerdonū , q̄ depoſitio non vr̄ tam
grādis,ſicut illa q̄ fit ab ordinibus ſacris . qa
247 vt dicit gl.in ſumma diſt.32. † quatuor p̄-
cipue dñr ordines ſacri à ſanctitate,caſtitate
&ꝯtinentia quam inducunt̄.ꝓbat̄ in c.decer
nimus.28.diſt.nō ſic eſt,vbi agit̄ de remotio
ne ab ordine alicuius corporis,collegij , vel
vniuerſitatis.iuxta tit.de decr.ab ordine fac.
&l.cognitionū.de var.& extraord.cog.& cū
iſta ſolutione trāſeūt Mod. ſimpliciter in d.
c.veniēs.13.q.& in 28.col. de acc. ſed iſta ſo
lutio non vr̄ tuta q̄a inducit dr̄iam inter ius
ciuile,&ius canonicum,attento maxime,q̄a
248 †vbi q̄s ꝓhibet̄ honoribus publicis fungi,
vel ab aliquo ordine remouet̄ , fama ipſius
remoti multū lædit̄,& cauſa vitæ,& famę pa
rificant̄ l.iuſta.de manumiſ. vin. niſi dicas ꝙ
ex quo de iure canonico pœna depoſitionis
nō imponit̄,niſi ob aliq̄d graue delictū, nō
eſt mirū ſi talis cauſa ꝑ ꝓcuratorē agi non
pōt.facit tex.in c.ſicut noſtris.de iureiur.ſed
de iure ciuili facilius q̄s remouet̄ ab ordine,
249 q̄ de iure canonico.Nō obſt.ꝙ dixi † q̄a l.
iuſta,non ꝓcedit in hoc caſu.q̄a vbi ꝓ cau-
ſa criminali imponit̄ pœna pecuniaria , pōt
in ea interuenire ꝓcurator,licet ex tali cā ſe
quat̄ infamia.d.l.1.ff.an ꝑ aliū cauſa app.Itē
ex delicto publico ex quo q̄s infamat̄ , ſi ꝓ
eo imponatur confiſcatio oīum bonoꝝ, vel
ēt partis bonorum, pōt interuenire ꝓcura-
tor.vt dicunt Mod.in d.c.veniens.col.13.de
250 accuſ.& † tñ priuatio omnium bonoꝝ cau
ſæ criminali parificari vr̄. l. ꝑꝑ litem . ff. de
excu.tut.& §.item ꝑꝑ litem.inſtit. eo. & eſt
gl.ord.in l.1.C.de reis poſtu.lib.10. Vel po
teſt alio modo rñderi ad tex.in d. c. veniens
251 ex regula.l. qui teſtō de teſta. q̄ hēt † ꝙ in
qualibet lege p̄ſumitur ꝙ termini ſint habi-
les.cū ergo in d. c. veniēs,dicat̄,ꝙ cauſa erat
criminalis, & ꝙ ꝓcurator nō erat admitten
dus,neceſſario dicendū vr̄,ꝙ erat talis cā,ex
qua nō poterat ꝯſtitui ꝓcurator,attento ma
xime ꝙ id q̄d ſtatuit̄ in hoc.§. eſt ēt ſtatutū.
de iure canonico,c.in criminib.3.q. 5. ergo
non debet induci dr̄ia inter ius canonicum,
& ius ciuile,ꝓut faciunt Imo. & Mod. Sed
ꝯtra huiuſcemodi concluſionem obſtat text.
252 in l.capital.§.1.ff.de pœnis. † vbi Iurecon
ſultus parificat pęnas reſpiciētes æſtimatio
nē hoīs,pęnis fuſtiū. ſed in cā,in qua tenuio
res hoīes fuſtibus ſubijci pñt , non pōt in-
teruenire ꝓcurator,cum non agat̄ de pœna
pecuniaria , ergo à paritate rōnis idem vr̄
dicendum,vbi agit̄ de remotione ab ordine,
253 †attento maxime eo q̄d habet̄ in l.cognit.

§.minuitur. vbi expreſſe dr̃, minuitur eſtimatio, vbi q̃s relegat̃, vel ab ordine mouet̃, vel cum ꝓhibetur honoribus publicis fungi, vel cũ plebeus fuſtibus cedit̃, ſicut ergo vbi agit̃ de ictu fuſtium ꝓcurator ꝯſtitui non põt, ita nõ poterit, & in alijs cauſis parificatis interuenire, & ſi dicat̃, ꝙ ibi ſit parificatio quantũ ad hoc, vt ex dictis pœnis eſtimatio minuat̃, non aũt quantum ad interuentũ ꝓcuratoris, replicari põt, ꝙ regula. l. nã hoc iure, de vulg. & pup. ꝓcedit ẽt vbi datur diuerſa ratio ipſoꝝ determinabiliũ, vt probari vr̃ in illo tex. & tradit moder. Dec. in l. in teſt. C. de teſta. mil. & ideo conſidera, q̃a facile poſſet defendi hæc opin. contra cõem. nam aut volumus dicere, ꝙ vbi agitur de ſubijciendo plebeios ictibus fuſtium, nõ poſſit interuenire ꝓcurator, vt dñt Mod. quia agitur de pœna corporali, q̃ eſt maior quacũque pœna pecuniaria, nã dico, ꝙ illa regula nõ ꝓcedit in plebeis, vt Bar. dicit in l. 1. de pœ. cũ ergo de iure canonico videat̃ deciſum, nõ cauillãdo literã, ꝙ vbi agit̃ de depoſitione ab ordine epãli, vel ab alio ordine, non poſſit interuenire ꝓcurator. idẽ debemus dicere de iure ciuili. & maxime tenẽdo illã opi. ꝙ cauſa relegationis ꝑ aliũ agitari non poſſit. attento maxime, q̃a cauſa famæ, & cauſa vitæ æquperant̃. attento ẽt q̃a ſi d. l. 1. an ꝑ aliũ cauſa appel. includit relegationẽ, debet ẽt includere cauſas ſimiles. Retenta tñ cõi concluſione, dubi
254 tari põt. Primo † an cauſa ſeparationis thori ꝑ procuratorẽ agitari poſſit. & vr̃ tex. ꝙ ſic in c. tuæ. de ꝓcur. ibi, ſi neceſſitas poſtulauerit, ſuſtineri põt. & maxime q̃a ille tex. facit expreſſam dr̃iam, an agatur criminaliter. & hoc caſu non põt interuenire ꝓcur. an vero agatur ad ſeparationẽ thori, & hoc caſu põt interuenire ꝓcurator. ita tenet hic Ang. & Imol. & idẽ Imol. in d. c. tuę. poſt Io. And.
255 Hoſt. d. Ant. & alios. † ſed certe verba tex. in d. c. tuæ. ibi, ſi neceſſitas poſtulauerit, innuũt ꝙ rl̃r non debet admitti, ſed ꝑfati Doct. ſubaudiũt verbum maxime. vt in ſimili dr̃ in c. paſtor. de off. ord. & in c. quod ſedes. eod. tit. ſed iſta ſubauditio violat illũ tex. attẽto ma-
256 xime † q̃a ſeparatio thori eſt multũ doloroſa. q̃a ẽm Bal. in d. c. tuæ. ſapit exiliũ, exulat. n. à viro ſuo, & eſt dura ſicut mors, & ꝑditur dos. ergo non dr̃et admitti ꝓcurator niſi ſubeſſet neceſſitas. vt tex. expſſe dicit. & hoc modo in illo text. eſſet dr̃ia inter agente criminaliter, & agẽtem ad ſeparationem thori. Vt primo nullo modo eſſet admittẽdus ꝓcurator. Secũdo vero ſic vbi neceſſitas ſubeſſet. vt cãtat illa lr̃a. quæ ꝯdõnaliter loqtur, quæ quidem ꝯdõ debet impleri in forma ſpecifi-
257 ca. † & quæ formã importat. l. ꝑtor ait, de coll. bonoꝝ. niſi dicas, ꝙ ex quo in illo text. ſubijcitur rõ, ꝙ per ꝓcuratorem accuſ. q̃a licet accuſatio ſit de crimine, tñ non eſt criminalis, ex qua rõne apparet ꝙ neceſſe eſt, ꝙ ſubaudiat̃ dictio maxime. niſi iteꝝ dicas, ꝙ Papa ibi in fine vr̃ decidere, ꝙ ſecurius ꝓcedetur, ſi in pñtia pſonaꝝ hoc fiet, cogita. q̃a
258 nullus tãgit. Circa fi. gl. † dũ allegat l. ſed, & hę. §. 1. de ꝓc. aduerte, q̃a gl. ſentit, ꝙ reuocare ſeruũ ingratũ in priſtinam ſeruitutẽ ſit cã minor relegatione, & tñ ẽm Bar. & Imol. hoc eſt falſum, q̃a ſeruitus morti comparat̃, l. quod attinet. ff. de reg. iur. Dic ẽm Bart. & Imol ꝙ hęc cauſa ex parte dñi ꝑtinet intereſſe pecuniarium applicandũ parti, vt. ſ. ſeruus ob ingratitudinẽ reducat̃ in ſeruitutem. Sed ẽm Bal. in d. l. ſed, & hæ. eſt q̃d mirꝝ. ꝙ ibi agatur de priuãdo aliquem bñficio libertatis, & ꝙ cauſa nõ ſit criminalis, imõ vr̃ capitalis. §. maxime. inſt. de c. dim. Attento maxime. ẽm Innoc. in c. qualiter, & q̃n. col. 2. de accuſ. q̃a
259 † de iure ciuili ſunt ſeptẽ gñã pœnaꝝ. quartum tres ſunt capitales. Prima eſt mors quæ multis modis inferunt l. aut damnũ. §. vita. ff. de pę. Secunda pœna eſt morti ꝓxima, vbi q̃s dãnat̃ in metallum, q̃ grauior vinculo ꝑmit̃, ſi vero in opus metalli tũc leuiori, vtraque tñ pęna, & ciuitatẽ, & libertatẽ aufert. vbi vero q̃s dãnat̃ in miſteriũ metalloꝝ, ſi in ꝑpetuũ, & ciuitatẽ, & libertatẽ amittit. ſi ad tp̃s ſolam ciuitatẽ. l. aut dãnũ. §. eſt pœna, cũ §. ſeq. ff. de pœ. Sed neſcio videre quare vbi agitur de pœna dãnandi aliquem in miſterium metalloꝝ. i. vt ſeruiat dãnatis in metallũ ad tp̃s, talis cauſa nõ poſſit agi ꝑ procuratorẽ. Eſt & tertia pœna deportationis, & in opus publicum dãnationis. ſed reſolutio ... q̃ in hiſce pœnis non agitur de cõmodo pecunia-
260 rio. vt dñt Bart. & Imol. † Sed adhuc nõ q̃c ſcit aius. nam de iure canonico loco pœnæ dãnationis in metallum, q̃ non inuenit in canonibus impoſita, ſolet q̃s vẽdi, vel redigi in ſeruitutẽ. de primo eſt caſus in c. quidã cler. 81. diſt. de ſecundo eſt tex. in c. eas. 32. diſt. & in c. ſtatuimus. 11. q. 1. & tñ licet hic agat̃ de cõmodo pecuniario, illa cauſa dr̃ capitalis,

nec

nec poteſt agitari per procuratorem , & tñ
261 hic agiẽ de ſeruitute.† Ang.hic dicit,ꝙ licet
ex parte accuſatoris poſſit interuenire ꝓcu-
rator.tñ ex parte rei q ꝓcuratur in ſeruitu-
tem,non põt.qa ex parte ipſius rei non agiẽ
de cõmodo pecuniario . & idem põt dici de
iure can.in quo pœna ſeruitutis imponitur,
vel melius dic, ꝙ ↄſideratio Ang. eſt contra
tex.in d.l.ſed,& hæ . q expreſſe vult, ꝙ ſicut
patronus põt accuſare libertũ vti ingratũ ꝑ
ꝓcuratorem,ita & libertus ipſe põt ꝑ procu
ratorem rñdere.& ideo tu dic,ꝙ vbi qs dam
natur in opus metalli,vel de iure can.in ſer-
uitutẽ redigiẽ . talis cauſa non põt agitari ꝑ
ꝓcuratorem, qa tendit ad vindictã publicã ,
ſed adhuc ↄſidera. qa contra p̄dicta vr̃ caſus
in c.ſiqñ 2.q.6.vbi dr̃,ꝙ in cauſa capitali,vel
in cauſa ſtatus nõ per ꝓcuratorem,ſed ꝑ ip-
262 ſum agẽdum eſt. † Idẽ ꝓbatur in l.1.circa
prin.de aſſer.toll. vbi dr̃,ꝙ ſi qs ꝓuocet ali-
quẽ in ſeruitutẽ , ꝙ ceſſante aſſertoris diffi-
cultate,debet rñdere ꝑ ſe,ſi vero reperiaẽ in
quaſi poſſeſſione libertatis ,-tũc põt agere ꝑ
ꝓcuratorẽ, ergo hi duo tex. vñr contrariari
his,quę Bar.Imol.& ceteri tradũt.Gl.in d.c.
ſi qñ,fatetur ↄtrarium,ꝙ vbi dñs eſt in quaſi
poſſeſſione ſeruitutis,ſeruus põt ꝑ ſe agere,
vbi vero aliqs ꝓuocatur ad ſeruitutẽ,& ipſe
eſt in quaſi poſſeſſione libertatis põt ꝑ pro-
curatorem agere ſuꝑ iſto cõtrario laborant
Saly.Odofr.& cõiter antiq in d.l.1. de aſſer.
toll. Prima datur ſolutio,ꝙ de iure antiquo
ille cui mouebaẽ q̃ſtio ſtatus poterat indiſtin
ćte agere cauſam ꝑ ꝓcuratorẽ.hodie vero di
ſtinguiẽ an ꝓuocatus in ſeruitutẽ ſit in quaſi
poſſeſſione libertatis,&ẽt nunc põt,ſecus tñ
ſi non ſit in quaſi poſſeſſione ſeruitutis,quia
tũc ſm Bal.Saly.& oẽs ibi non põt . Sed iſta
ſolutio tẽdit ad correctionẽ l.non ſolũ.§.ſta
tus.allegatæ hic in gl.ff.de ꝓc.Secũda datur
rñſio ꝑ Io.& Azo.quam ſequunẽ ibi Odofr.
& pleriq; antiqui. ꝙ iura in contrarium alle
gata loquuntur. vbi ſeruus litigat principali
ter de peculio ſuo , q̃ ſolutio confunditur ex
illis iuribus . Datur tertia ſolutio,ꝙ ſeruus
poſt litem ↄteſtatã de iure digeſtoꝝ põt con
ſtituere ꝓcuratorẽ. de iure vero nouo diſtin
guitur, aut lis nõ eſt conteſtata, & vbi eſt in
quaſi poſſeſſione libertatis põt, alias ſecus .
ſed hæc dr̃ia in hac mã eſt verbalis . vt infra
dicemus . Ego aũt arbitror poſſe ſic dici, ꝙ
poſt iura digeſtoꝝ. fuit quædam media iuris
prudentia,ꝙ prouocatus ad ſeruitutem dr̃et
hr̃e quendam aſſertorẽ,quæ eum aſſereret eſ
ſe liberꝝ aduerſus dñm eum prouocantẽ in
ſeruitutem. iſta aũt aſſertio fuit ſublata ꝑ Iu
ſtin.in d.l.1.vt hodie debeat ſeruus ipſe com
parere ꝑſonaliter.ſecus ſi ſit in quaſi poſſeſ-
ſione libertatis.ex quo infertur,ꝙ itellectus
datur per Doct.cõiter ad l.ſeruum quoq;.§.
1.de ꝓcur.ꝙ ibi ↄſtituitur procurator,qa a-
gitur de peculio,& adminiſtratione aliaꝝ re
rũ.in l.vero infra de aſſer.toll.agiẽ de pericu
lo ſtatus,& ꝑſonæ,nõ eſt verus,qa in caſu l.
ſed & hæ.agebaẽ de periculo ſtatus,& ꝑſonę,
& tñ ↄſtituitur ꝓcurator. & ẽt ↄfunditur illa
ſolutio ꝑ tex.in l.nõ ſolum.§.ſi ſtatus.ff.eo.
tit.de proc.vel melius dic,ꝙ ex parte dñi,ſi-
ue ille q prouocatus eſt in ſeruitutem,ſit in
quaſi poſſeſſione libertatis,ſiue nõ , cauſa ꝑ
procuratorem agi põt.ſed ex parte ꝓuocari
diſtinguitur eo modo quo dicit tex.in d.l.1.
C.de aſſer.toll. Nec huic diſtõni repugnat
tex.in d.l.ſed & hæ.in fi.q̃ loqtur de liberto.
263 †Nec ẽt l.non ſolũ.§.ſtatus.qa ille.§.debet
declarari,& diſtingui ꝑ d.l.1. C.de aſſer.tol.
264 Circa fi.gl.† dũ allegat tex.in l.nõ ſolum
§.fin.vbi in cauſa ſuſpecti tutoris interuenit
ꝓcurator.rõ dicit gl.qa illa pœna eſt minor
relegatione . ſed iſta ſolutio ſm Bart. Aug.
Imol.& Bened.de Plumb.nõ eſt tuta,qa vbi
ageretur vt tutor ſuſpectus puniretur.iuxta
l.1.cũ l.ſeq.de ſuſp.tut.cum ſimil. de quibus
hic ꝑ Bar.non poſſet conſtitui ꝓcurator,qa
talis pœna eſſet ſupra relegationem, & eſſet
quaſi crimẽ publicum.l.3.§.ↄñs.de ſuſp.tut.
tex.ergo ille loquitur, qñ agitur ciuiliter ad
cõmodũ pupilli . vt tutor tanq ſuſpectus ab
oĩ adminiſtratione bonoꝝ remoueatur. Sed
265 tu aduerte,† qa non vr̃,ꝙ poſſit agi princi
paliter ciuiliter qn in ↄñam poſſit reſultare
affectus pœnæ criminalis . vbi.n.accuſatur
tutor de ſuſpecto,vt remoueatur.ſi appareat
ipm̃ doloſe fuiſſe verſatũ circa res ipſius pu-
pilli, ad p̄fectum vrbis vt puniaẽ remitti ſo-
let d.l.1.in fi.de ſuſp.tut.&d.l.§.ſolẽt.de off. l. l. 1. ff. ſolet.
p̄fect.vrb.attẽto maxime,qa vt dicit Bart. ꝙ
accuſatio ſuſpecti tutoris eſt quaſi publica .
Imol.hic rñdet . ꝙ ex quo principalr̃ agiẽ vt
remoueaẽ ſuſpectus tutor . licet in ↄñam ob
eius dolũ,& verſutiã debet remoueri, debet
tñ ſpectari id q̄d principaliter agitur.l.ſi qs
266 nec cauſam.ſi cer.pet. † Sed tu conſidera ꝙ
tex.in d.l.non ſolum . dum dicit difficile eſt.

poteſt intelligi.i.nullo modo auditur ꝓcura
tor.iuxta tex.in l.1.§.ff.in verbo difficile,qñ
appel.ſit, & iuxta gl.in c.pñtiam. de teſti.in
verbo difficile, & ita conſiderant ẽt Mod.in
d.c.veniẽs.in 12.col.ſed tex.non dicit prout
ipſi p̄ſupponunt,ſed ita cãtat,ſed nõ fuiſſe p
ꝓcuratorẽ ſuſpectus accuſabitur, qm̃ famæ
cauſa eſt,& ſic non vtitur verbo difficile.nec
ibi põt intelligi.i.nullo modo, pp verba ſe-
quẽtia. ibi,niſi ꝯſtet ei à tutore nominatim
mãdatum. & ſic illud verbũ non ſacile vr̃ ex
cludere ꝓcuratorem gñalem. & ratio quare
ibi reqratur ſpeciale mandatũ,eſt,qa agitur
de magno p̄iudicio. Item tex.ille vult,ꝙ vbi
iudex erat,pceſſurus oĩno contra abſentem,
ꝙ iſto caſu admittatur procurator gñalis,a-
267 lias ſecus, † & ille tex.eſt multum mẽti te-
nendus. ſm̃ Imol.hic,ꝙ vbi agitur de cauſa
famæ,& æſtimationis reqritur ſpeciale mã-
datum. & ex illo tex.confunditur vna ratio
Bart.hic dicentis q̃ ad publicũ iudicium ꝓſe
quendum non põt interuenire ꝓcurator.qa
vnuſquiſq; p ſe fidelius agit cauſam ſuam.
nã illa ratio ceſſat,vbi qs habet ſpeciale mã
datum,qa comparet tanq̃ pſona, & organũ
ipſius dñi,nec poſſet fidelius agere q̃ manda
268 tum ſpeciale in forma adimplere. † Nota
etiã pro eo,quod dicit Imol.hic, ꝙ vbi quis
principaliter accuſat,vt remoueatur tanq̃ ſu
ſpectus,licet in ꝑnam poſſit puniri, cẽſetur
tñ cauſa ciuilis, pro qua poteſt interuenire
269 ꝓcurator. † nam pro iſto dicto facit gloſ.
quam ſummæ not.Ang.in d.l.nõ ſolum.§.ſi
ſtatus. vbi dicit ꝙ qñ cauſa principaliter eſt
famoſa,dãnatus p ꝓcuratorẽ eſt infamis, ſe
cus ſi principalr̃ eſt pecuniaria, & in ꝑnam
270 eſt famoſa. †ſic intelligit.l.furti.§.ſi qs alie
no.de infam. & rõ eſt,qa ex quo principalr̃
cã eſt famę,ſi p interuentũ ꝓcuratoris euita
rei infamia.iam ſñia nullum operaretur effe
ctum quod non ꝯtingit,vbi principalr̃ cauſa
eſt pecuniaria.qa fit exactio ſaltem pecunię.
Gloſ.in verbo ꝓcurator,diuiditur in qn-
que partes principales. In 1.parte declarat
tex. In 2.adducit concordantes ad hũc text.
In 3. format duas oppoſitiones contra text.
In 4.quærit an poſſit conſtitui ꝓcurator in
cauſa criminali ad vnũ articulum. In 5.for-
mat aliam oppoſitionẽ,& eam dupliciter ſol
uit.Secũda ibi,& facit.Tertia ibi,itẽ contra.
Quarta ibi,& eſt argm̃. Quinta ibi,item cõ
tra. Ex prima parte huiuſce gl.colligitur cõ
cluſio, ꝙ ſicut non põt conſtitui procurator
ex parte actoris,ita non põt ꝯſtitui ex parte
rei,licet ex parte actoris dicat proprie ꝓcu-
271 rator,ſed ex parte rei dr̃ defenſor.†Sed iſte
terminus ꝓcurator eſt latiſſimus.aliqñ.n.ca
pit pro p̄ſide ꝓuinciæ.l.2.C.de iure fiſ.li.12.
aliqñ ꝓcuratore.l.ſi in emptione.§.fi.de cõ
trahen.emp.& pro tutore ẽt cap.ẽ ꝓcurator
l.in defendẽte. ꝓut eſt in litera ꝓcurator.ff.
272 de auth.tut.† illud ẽt verbum ꝓcurare, eſt
latiſſimũ,iuxta illud Apuleij,hunc.n.equulũ
ſuũ curioſe nimis ꝓcurantẽ inueni. & alibi,
inqt Cato de re ruſt.eodẽ modo ceteras ar-
bores ꝓcur.& alibi,inqt, Hieron.cũ Satha-
nas aliquẽ ſua arte deceperit, & ꝓpriũ ei iu
gũ impoſuerit. vltra ad vitioꝝ abundãtiam
nõ ꝓcurat,& ſic apud Catonẽ ſumit hoc ver
bũ ꝓcurare,pro ſuſtẽtare,apud vero Hiero-
nymũ pro ſtudioſe curare,ſeu inueſtigare,&
nõ ab re Iurecõſulti aliqñ appellãt negocio
rũ geſtorẽ ꝓcuratorẽ,vt eſt caſus in l.ſi ego.
de neg.geſt.& in l.Plautius.ff.de ꝓc.cui ſñię
aſtipulatur,Cic.in lib.1.de nat.Deor. dũ di-
cit ſunt.n.philoſophi,& fuerunt q oĩno nul
lam hr̃e cenſerent rerum humanaꝝ procu-
rationem Deos. ꝓprie tñ,& ſtricte dr̃ pro-
curator, ſm̃ gl.hic qui aliena negocia mãda
to dñi gerit.l.1.ff.de ꝓcur. Secunda colligit
273 cõcluſio ex hac gl. ſm̃ Imol.hic † ꝙ ꝓcura
tor ex parte actoris non admittit ſine mãda
to,bene admitteret vbi eſſet dubiũ de mãda
to,præſtita tñ cautione rati.iuxta no. in l.1.
274 C.de ꝓc.† & dr̃ eſſe dubium de mandato,
ſm̃ Imol. vbi ille q aſſerit ſe eſſe ꝓcuratorẽ
venit de lõginquo,& habet inſtr̃a dñi ſacien
tia ad cauſam.iuxta not.p Bart.in l.3.§.duæ
cauſæ.ff.de carb.edic.& eſt tex.iũcta gl.in c.
coram.de off.del.ibi,cum inſtr̃is eiuſdem ec
cleſię.ſed ille tex.allegatus.p Imol.nõ ꝓbat,
ꝙ ille clericus q habebat inſtr̃a eccleſiæ erat
rector ipſius eccleſiæ.nimiꝝ ſi admittitur ad
agendum. Item ſtat ſimul,ꝙ aliquis habeat
inſtr̃a ad cauſam,& tñ illa ſubtraxerit. atten
to qa vr̃ ſpãle in caſu.l.fi.vbi gl.de pac.con-
uen. vbi ſi marito ab vxore fuerunt tradita
inſtr̃a bonoꝝ paraphernalium p̄ſumitur ei-
dem cõceſſa adminiſtratio. pro reſolutione.
vide omnino Alex.in d.l.1.col.3.de proc. q
dicit,ꝙ cõis opin.eſt cum Imol.hic,&in c.1.
de prob.& rñdet ad l.fin. C.de pac.conuen.
ꝙ ibi ex illa traditione ſequitur, ꝙ maritus
põt agere etiam nõ p̄ſtita cautione rati. Sed
tu

tu ꝯſidera vltra alios ibi,& hic,quia id quod dicit Alex.poſt.Pet.& Cy.non vř tutum. qa gl.allegata hic p Imol.in d.c.corā. de off.de leg.dicit,ꝙ admittiť clericus,quia erat coniū cta pſona,& habebat inſtr̄a,& tñ vt ibi faten tur Doct.cõiter fuit præſtita cautio rati. itē ad qđ põderare traditionem inſtrorũ vbi da tur ſanguinis coniunctio inter agentē nomi ne alicuius,& ipm cuius nomine agitur, qa hoc caſu ſufficit,ꝙ ſit coniunctus q admittiť pro coniuncto.cum cautione rati. Cõis tñ eſt opi. vt dixi,ꝙ hñs inſtr̄a facientia ad cau ſam principalem admittať ad agendum cum
275 cautione rati, imò vř, † ꝙ ſi poſſet pbari inſtr̄a fuiſſe alicui à dño tradita, ꝙ iſte poſ ſet agere ēt non pr̄eſtita cautione rati,quid quid ſentiat Imol.hic ac Alex. & ceteri in d. l.1. C.de proc.vbi.n.quiſpiam inſtrm̄ alicu ius debiti mihi tradit,non eſt pſumendum, ꝙ mihi tale debitum donare velit.arg.l.cum de indebito.de pb.& c.ſuper hoc.de renun. ergo illa traditio aliqđ operetur, pſumendū eſt,ꝙ mihi mādatum de exigendo tale debi tū ſit,vt illa traditio quippiam opereť.arg.l. ſi qñ de leg.1. Cogita ſuper pmiſſis. Circa
276 †cõtrarium.l.3.C.de accuſ.accõmodantur p ſcribentes q̃ plures ſolutiones. Prima fuit ſolutio Mart.ꝙ in caſu d.l.3.q̃ incipit reos. erat lis conteſt.cõtra principalem, nimirũ ſi pcurator interuenire põt,hic vero §.proce dit ante lit. conteſt. quo caſu pcurator dari non põt,& ratio eſt qa poſt litem conteſtatā dñs, & non procurator eſt condēnatus l.2. C.de accuſ.& l.fin.C.de iniur.ſed ſi admitte retur pcurator ante litem cõteſt.tam.lite cõ teſtata cū ipſo pcuratore non poſſet dānari ipſe dñs,tñ ante litem conteſt.repellitur p curator,vt ad diffinitiuā perueniri poſſit ad quā non poſſet lite ꝯteſtata cum pcuratore. attēto,ꝙ dñs non poſſet dānari.Sed hanc ſo lutionē improbant Sal.&Mod.cõiter in d.l. reos.&Imol.ac ceteri hic.vt hic plura p eos. vltra quos vř,ꝙ potius ante lit.conteſt. dēet admitti pcurator: vt declinatorias,& dilato rias exceptiones poſſet pponere,quę poſt li tem cõteſt. opponi non pñt,vt hř in d.c.ve niens.de accuſ. Secūda datur ſolutio ad tex. in d.l.reos,ꝙ ille tex.loqtur in pcuratore q allegat cauſas abñt æ non añt cauſas cauſæ, & ita rñ let gl.in d.l.reos.& Bart hic, & iſta vř melior ſolutio quæ dari poſſit. Tertia dať ſolutio ꝙ ille tex.debeat intelligi in illis ca ſibus in qbus abſens põt damnari etiam, ꝙ agāt de pœna capitali ſtricte ſumpta.vt in ca ſu l.lege Cor.§.conſtit.ver. ſed in ſeruos.ff. ad l.Corn.de ſicar.& in l.ne diu.C.de pœ.& in extrauag.Henrici Imper.ad repr.in h.s er go caſibus põt intelligi.l.reos. & hanc ſolu tionem tenuit Dyn.hic. & Io. And.in addit. ad Spec.& Innoc.in c.veniens.& hęc ſolutio placet Imol.hic q ponderat tex.in l.ſeruum quoq;.§.publ.ibi,quemuis dēe admitti. qui tex.innuit,ꝙ ſi q̃s cõpareat cū mādato tanq̃ pcurator admittēdus erit, ſi vero ſine māda to tanq̃ defenſor. ſed poſſet replicari vt ſu
277 pra dixi ad iſtū tex. Secūdo † moueť Imol. p tex.in extr.ad repr.ibi dř pſonaliter, vel legitime non comparuerit, quæ alternatiua vel,innuit ꝙ in crim.læſæ maieſt.vbi abſens damnari põt, poſſit quis perſonaliter cõpa rere,vel legitime,& ſic p procuratorē, & cū hac opin.tranſit Alex.in conſil.116. incip. Animaduerſis ſtatutis. in 1.col.vol.2. poſt Cyn.in d.l.reos. in 3.q.cū ſimul.de qbus p Hipp.tum in ſua pract.car.102.& in ꝯſ. ſuo 60.col.1.vol.1.& p veritate pro iſta opin.vř caſus in d.extrauag.ad repr.cui nõ ſatiſfacit ſolutio Bar.dicētis,ꝙ ille tex.dū dicit pſona liter,vel legitime, debet intelligi ꝙ compa reat,ſi eſt ſingularis pſona ea q̃ deliqt perſo liter,ſi vniuerſitas cõpareat p pcuratorē, iu xta l.tā collatores.C.de re mil. nā ſi hoc vo luiſſet dicere Impator facile expſſiſſet.ſed re plicari põt,ꝙ ille tex. neceſſario ita debet in telligi,ex quo ſupra dixi. ad hoc ſi qua cõi tās,corpus,vel collegiū,vel aliq̃ quæuis pſo
278 na deliquerit, † quo caſu non eſt abſurdū ꝙ verba ſequentia ſi pſonaliter,vel legitime cõparuerit recipiāt interpretationē,& decla rationē à verbis pcedentib.l.ſi ſeruus plurĩ. in ſi.de leg.1.& l.vtrum. de pet.hær. dūt tñ Mod.Sen.relatis dictis Imol.hic formaliter. col.31.q.14.ꝙ opin.Imol. cõiter recipitur. quæ tñ iudicio meo non pbatur vt ſupra di xi in d.§.publice.nec in d.extrauag.ad repr. nec dicāt ꝙ intelligēdo illud extrauagās p ut Imo.intelligit,ꝙ illa verba pſonaliter vel legitime, videant pariformiter referri tā ad pſonas ſingulares q̃ ad vniuerſitates, qa di co ꝙ iſta poderatio facit p intellectu Bar.nā illud verbū pſonalř cõparuerit,referri nõ pt ad vniuerſitatem, quæ non põt comparere pſonalř,& ideo non põt fieri pariformis de terminatio, & regula l. nam hoc iure pro

 cecit

cedit vbi fieri pōt pariformis determinatio,
279 alias ſecus l.2.ff.de off.ꝓc.†Et ideo verior
vr̃ opi.Bar.ꝙ in his caſib.in quib.abſens pōt
dānari in cauſis criminib.ꝙ non poſſit inter
uenire ꝓcurator tanq̃ ꝓcurator, ſed ſolū in
ſtructor ſeu informator ad allegandū cauſas
abſentiæ,& ad informandū ſeu inſtruendum
ipſum iudicē.& hanc opi.ſequitur Sal.in d.l.
reos.& do. Ant.in d.c.veniens.&hanc opin.
dicit eſſe cōem illuſtris perceptor meus do.
Iaſ.in l.2.C.q teſt.fac.poſ.col.3. vbi citat ēt
Aret.hanc opi.tenentem,q̄ opi.inconuinci-
biliter ꝓbari vr̃ hoc text.qui loq̄tur ēr in ca
ſu in quod abſens poterat damnari, cui non
ſatisfacit ſolutio Imō. vt ſupra dixi, & certe
vbi crimē eſt graue accuſatus vel inq̄ſitus ſi
pōt capi ſolet in carcerē detrudi.l.pen.& fin.
C.de acc.& l.1.2.3.ff.de cuſt.reo.& tñ illo ca
ſu preſens poteſt condemnari.& text.noſter
ſimplr̃, & abſolute dicit ꝙ ꝓcurator fruſtra
interuenit in cauſa crim.& idem dr̃ in l.1.an
per alium cau.Secundo facit ſm Bar.quia in
cauſa tanti p̄iudicij,prout eſt cauſa crimina-
280 lis, † ex quo factū ꝓcuratoris ſolet obeſſe
domino.l.non ſolum.in princ.ff.de ꝓc.ergo
debemus dicere ꝙ debeat admitti tanq̃ in-
ſtructor,& defenſor,q̄a ꝓdeſſe poſſunt, non
aūt tanq̃ ꝓcurator,q dn̄o nocere pōt.c.2.de
cōfeſ. Sed huic rōni enititur rn̄dere Imo.hic
in 8.col.ꝙ in cauſa tā grauis p̄iudicij nō po
terit nocere, niſi habeat ſpecialiſſimum mā
datū arguendo per locū à matrimonio ad ca-
281 ſum noſtrum. † nā in matrimonio req̄rit̄
ſpecialiſſimum mandatū.c.fi.de ꝓc.in 6.& l.
gn̄ali.de ſponſal.& ſic non poterit talis ꝓcu
rator rn̄dere poſitionib.ſm Imo.niſi habeat
282 ſpāliſſimum mandatum, † ſicut ēt requirit̄
in p̄ſtatione iur̄i de calumnia.c.fi.de proc.in
6.&tradit̄ in auct.& ſi principales.C.de iur.
cal. Sed replicari pōt ꝙ licet ad iſta requirat̄
ſpāliſſimum mandatum, pōt dici ex mente
Bar.ꝙ p̄p hoc lex non vult ꝙ ad tale crimen
ꝓſequendū,nec gn̄alis, nec ſpālis ꝓcurator
dari poſſit.q̄a non debet abſenti obeſſe. Sed
replicari pōt ſm Imo.ꝙ vr̃ vtilius ipſi abſen
ti ꝙ negligentia procuratoris eidē noceat,q̄
pro impoſſibili q dæmon Deo permittente non poſſit hoiem corporalr̃ deferre de loco ad locũ motu locali, q a ſi ſuiſſet illius intentionis dixiſſet contra cõem omnium Theologo℞, & canoniſta℞ ſnĩam, imò cõtra tex. proprium ſacri Euangelij Matth. 4. Luc. 4. & Marc. 1. c. in princ. vbi apparet q diabolus tentando Xp̃m, qui erat Deus, & hõ nãlis, detulit ipſum corporalr̃ ſuper pinnaculum templi, & in montẽ excelſum, vt latius infra dicemus, intẽtio igitur finalis illius ↄcilij in illo ver. Illud ẽt nõ eſt omittendum &c. fuit, velle improbare, & dãnare errorem illum in quo erã mulieres illæ ſceleratæ de q bus ibi, q erant hæreticæ, & in ſua obſtinata opinione damnatæ, & q̃ fuit ratio principalis, atq; finalis quare ↄcilium illud declarauit mulieres illas eſſe hæreticas, & dãnatas. Ratio dico principalis fuit illa quã ponit ibi tex. v3. Cũ aliq d diuinitatis, aut numinis extra vnũ Deum arbitranẽ, hæc eſt rõ principalis q̃ facit illas eſſe dãnatas, qđ melius declaro ſic. Concilium illud in princ. exponit gñale edictum quo mandat oĩbus epĩs, & clericis ut ſummo ſtudio elaborent ꝑniciosam, ſortilegam, & magicã artem ex parochijs ſuis penitus eradicare. & ſic primo improbat artẽ, de inde deuenit ad ſpẽm .ſ. ad hoies illius artis peritos dũ dicit, q ſi aliquem vi℞, aut mulierẽ hmõi ſceleris ſectatorẽ inuenĩãt turpiter dehoneſtatũ, ex parochijs ſuis deijciant, q a ſubuerſus eſt, & is ẽt qui ſimilis eſt ſibi ſubuerſi ſunt oẽs, & à diabolo captiui tenenẽ q relicto creatore ſuo diaboli ſuffragia q̃runt, & ideo à tali peſte debet mundari ſancta eccleſia. hic .n. remanet completa oro primæ partis cap. vbi ↄcilium mãdat extirpari hãc reprobã artem magicã, & ſortilegã, & illius ꝓfeſſos turpiter dehoneſtatos, & externos à fide catholica ex oĩbus parochijs ſuis repelli, ad hoc vt ſancta eccleſia à tali peſte liberetur. Deinde incipit ſecunda pars ibi, illud ẽt non eſt omittendũ q quædam ſceleratæ mulieres retro poſt Sathanã ↄuerſę &c. vbi cõcilium ṗdcm̃ mutauit ſermonẽ, & poſuit aliũ caſum diuerſum à ṗcedenti, q patet ibi dum dicit. Illud nõ eſt omittendũ q q̃dã ſceleratę mulieres &c. tex. ibi in princ. locutus fuit de mulieribus, q̃ artẽ magicã, & ſortilegã ꝓfitẽtur ibi, dũ dicit ſi aliquẽ vi℞, aut mulierẽ huiuſcemodi ſceleris &c. ſi .n. ↄcilium ṗdcm̃ in illa ſecũda parte voluiſſet intelligere de eiſdẽ mulierib. de q bus fuerat ſacta mẽtio ĩ prin. tex. non dixiſſet p illa uerba q̃dam ſceleratę mulieres &c. ſed dixiſſet p aliqua verba repetitiua earundẽ pſona℞, & qualitatũ, v3, eędẽ ipſæ dictæ, vel ṗdictæ, vel p alia ſimilia verba ex quo .n. text. in d. ij. parte non fuit locutus p verba repetitiua, ſed p diuerſa, & diuerſum ſenſum, & caſum demõſtrãtia, fatendũ eſt de neceſſitate q ille ſic diuerſus caſus a ṗcedẽti & ſic diuerſa ſpecies pſona℞, & q ſic ve℞ clarius demõſtrabit infra. †Cõcilũ igĩ deue-
33 niẽdo ad ſecundã partẽ exponit illa℞ mulierum ꝓfeſſionẽ, & qualiter ſub falſis illuſionibus, & fantaſmatibus illudunẽ a dęmone, de inde enumerat quaſdã opationes quas mulieres illæ ꝓfitenẽ facere cũ Diana vel Herodiade deabus ſuis, qua℞ iuſſionibus ad illa℞ ſeruitiũ euocanẽ, & nocturnis horis accedere ꝓfitentur, ſed utinã hæ ſolæ in ſua pfidia perijſſent, & nõ multas alĩs ad illa℞ interitũ ptraxiſſent, deinde ponit modũ ĩfidelitatis, & errorẽ exprimit quo principalr̃ deducunẽ in hęreſim dũ dicit, nã innumera multitudo hac falſa opin. decepta, hæc uera eſſe credũt .ſ. q a putant Dianã, & Herodiadẽ eſſe ueras deas, & poſſe illa opa de q bus ibi pficere, & credẽdo à recta fide deuiant, & errore paganoꝝ inuoluunẽ. Rõ finalis, & principalis oĩm ſuptadcõ℞ ope℞, & dãnatę credulitatis ex q̃ dñr hęreticæ nũc ponit dũ dr̃. Cũ aliq d diuinitatis, aut numinis extra vnũ Deũ arbitrãtur, & huc uſq; pficit ſecũda oro, & dcm̃ illi⁹ ſecũdæ partis, deinde ſeqẽ improbatio illa℞ falſæ opinionis, & erroris ṗdicti. Rõ igĩ finalis eſt illa quã ꝓxime dixi, ex qua oẽs alij errores, & illuſiones ſucceſſiue depẽdent cum credũt illas Dianã, & Herodiadẽ, eſſe ueras deas, & in eis multũ diuinitatis, & numinis eſſe, & iſte eſt verus intelľs illius capĩi, ſi bñ ↄſidereẽ in verbis & in mẽte. Stãte igĩ rõne ṗdicta expreſſa ſm̃ illam verba ipſius legis ſunt interpretanda, & vbi ratio ipſa nõ ꝓuenit lex quoq; oĩno ceſſat d. l. cum pater. §. dulciſs. ff. de leg. 2. l. hæc ratio. & ibi Bart. ff. de calum. l. is qui animo. ff. de acquir. poſſeſ. Ratio autem prædicta non conuenit, neque verificari poteſt in hac ſecta ſtrigarum, & maleficorum quippe quia ipſi, vel ipſæ non decipiuntur iſta falſa opinione putantes inſeruire deabus illis, & extra vnum Deum aliquid numinis eſſe, ſed ipſæ uident cognoſcunt, & apprehendunt expreſſe quod illarum Prince-

ceps

ceps cui inſeruiunt,& quē obediunt,& adorant eſt diabolus inferni inferior Deo,& inimicus Dei,ſed illi inſeruiunt relicto creatore pp mundi vanitates ad explendas illaꝝ libidines d.c.epi,in princ.& c. ſi quis eps.ead. q.5. ſi.n. rō ipſa de qua ſupra iſtis ſtrigimagis non conuenit verba legis, & illius diſpō minus conuenire debet per ea quę proxime
34 dicta ſunt,eo maxime.† Quia ratio legis determinata reſtringit dcm̄ legis, ut illa duntaxat lex ipſa comprehēdat ad q̄ ratio illa nāľr adaptari pōt,& nō ultra.d.l. cum pr.§.dulc. & l.hęc actio & ibi Bar.ff.de cal.& l.q aio.ff. de acq.poſſ.& 1. diſt. ꝯſuetudo,& not. gl. in clem.1.de elect.& p Gemin in c.vbi periculum in princ.eod.tit.lib.6. Cum aūt iſte ſint excluſe à rōne dñr eſſe excluſe à legis diſpoſitione per ea quæ ſupra diximus,nec obſtāt exēpla,& auctoritates quas tex.inferius deducit de Paulo,& Ezechiele,qa illa oīa referuntur ad ſectam illam,de qua ibi.non autē ad ſtrigas,ſiue maleficas,de qbus hic.Fateor tñ qď ſtrige iſte & malefice in qbuſdam cōueniūt cum mulieribus illis de qbus in d. c. epi.in 2.parte in hoc.ꝯueniunt quia vtraq; ſecta inſeruit diabolo , ēt illius imperio gubernator, ſed vna ſcienter altera ignorāter, vna decipitur,altera decipit. Conueniunt & in alio,quia quo ad effectum æternæ dānationis ita ſunt damnatæ ille ſicut iſte,ita dæmones hñt imperium ſuper illis, ſicut ſuper iſtis , & eodē modo ille ſunt eliminandæ, & deijciendæ extra parochias , ſicut iſte ſtrigimagæ, qa oēs ſunt dānatæ, non tñ ſeqtur ſi in aliqbus ꝯueniunt, & æquiparantur, ergo in oībus debent eſſe æq̄parate quia data diuerſitate rōnis datur ēt diuerſitas iuris,ut ſupra diximus,& dicemus ēt infra eo.ti. q.12. dū declarabitur mā poculoꝝ,ſiue venenoꝝ, & ut dixi extra cōionem fideliū poſite ſunt ilie,ſicut iſte,& oēs tanq̄ oues morboſe ſunt penitus à Xpi fidelibus euitandæ ne ſanas oues morbo illo inficiāt.l.2. C. de ſum.Tr. & l.hi qui ſanctam.C. de apoſt. qa oēs ſunt eiuſdē diabolicæ religionis,ſed diuerſæ ꝓfeſſionis,& habitus dico animi nō corporis, & ordinis profeſſe ſicut monachi , & moniales xpianæ religionis diuerſos ordines ꝓfeſſionis accipiunt ad vnū tñ diuinū cultū oēs tendentes,ita iſti dānari diuerſos ordines,& ritus accipiūt,& ſub diuerſis ordinibus,& mo[illegible]s diabolo inſeruiunt,& diuerſis quoque noībus nuncupanť qdā ſunt hæretici, quidā manichæi, alij vero apoſtate , alij ſciſmatici donatiſte,& ſimiles,de quibus in l. Manich. C.de hær.& l.1,& l. hi q ſanctā.C.de apoſt. & hř per gl.Abb.& alios doct.in rub.& in c. 1.de apoſt.& de ſciſm.& hoc eſt qď i effectu voluit dicere tex.in c.excōm.lo 1. & lo 2. in princ.extra de hær.vbi dixit.faciēs qdē hñtes diuerſas caudas aūt adinuicē colligatas , qa de vanitate cōueniunt in idipm,ꝑ facies dico diuerſas intellexit de diuerſis ordinib. hæreticoꝝ,ſiue ſortilegoꝝ,per caudas adinuicē colligatas intellexit de vnico cultu eiuſdē diabolicæ religionis,qa oīa eoꝝ opera tēdunt ad cultum Sathanæ ſiue in mente,& in tellectu, ſiue in corpore fiant . ad hoc inde q̄ dixi ſupra in primo euidentiali huius qō .
35 † Illæ igitur mulieres de quibus in d. c. epi, dñr ꝓprie hæreticæ ex quo pſiſtūt in illo errore,putātes aliqd numinis eſſe in illis deabus,& illas eſſe veras deas, relicto Deo Saluatore noſtro,vt in c.1.de Sum.Trin. & 21. q.2.q ſine Saluatore.& cap.firm.de hær.Iſtę vero ſtrigimagæ magi, & ſortilegi q ſciēter, & ex ꝓpria malitia peccant relinquētes diuinū cultū,& Xpi fidē, & ſcienter adhærentes diabolo,quē ſciunt,& cognoſcūt eſſe diabolū infernalē,& inimicū Dei, nō dñt proprie ſtricte hæreticæ , qa nullo dñr errore ſeductæ, ſed potius apoſtatæ pfidæ , qa ſcienter ꝓpria temeritate receſſerūt a fide Xpi, q̄uis illa eaꝝ apoſtaſia lōgo tpe indurata,& ptinaciter defenſata tranſit in hæreſim,ut diximus ſupra ti.1.q.2.& dñt gl.&Doct.in rub. extra de apoſt. & hř ꝑ Imperatorem in l.1. & hi q ſanctā .C eod.tit. vbi apoſtate proprie dñr q ſcientes,& ꝓpria auctoritate,ſiue potius temeritate retrocedunt à fide Xpiana , vt hř in d.l.1.& in gl.rub.& in c.1. extra eo. tit.& ꝑ S.Th.in 2.2.q.95.art.5.& 6.in tit.de ſupſt.ad q̄ faciunt q̄ diximus ſupra in primo euidentiali,& ſupra ēt q.2.Et not.vnū valde ſingulare , ꝙ iſtoꝝ apoſtataꝝ duæ ſunt ſpecies, vna eſt quæ ſimplr̄ retrocedit à fide , & ſequitur cultū,& obediētiam dæmonis, & altera eſt q̄ poſtq̄ Xpi fidem abnegādo poſtergauit,&deiecit ex corde ſuo,iteꝝ ſe baptizat expſſe in noīe diaboli,& aliud nomē ſibi ſuperimponit,licet vtraq; ſpecies ſit damnata , prior tñ ſi pctm̄ ſuum reuocat admittitur ad pniām,& euitat pœnas corporales,ſicut hæretici,ut l.Manich. C. de hæret.ſecunda vero ſpe-

ro ſpecies nunq̃ admittiť ad pœnitentiã in foro iudiciali ex qua poſſit euitare pœnas corporales ẽt ſi milies abiuraret ꝓfeſſionem illam,& vellet ad Xp̃i fidem reuerti nõ audiť quo ad iſtũ effectũ,& iſte eſt tex.valde no.ad hoc in d.l.hi q̃ ſanctam,& ibi gl.C.de apoſt. eodẽ modo irremiſſibiliť puniunť q abnegato baptiſmate xp̃iano iudæi effecti ſunt,&inter iudęos commoranť, vt l.1. C. de apoſta. quo ad aiam vero in foro ↄſcientiæ admittiť pœnitẽtia iſtoꝝ ab eccleſia, & alioꝝ quorũcunq; , vt no.in d.l.Manich.ꝑ Doc & hř in c.ad abol.& c.firm.de hær.ꝑ gl.in c.excõicamus.el 2.eo.tit & c.ſup eo.tit.lib.6.& diximus ſupra tit.1.q.5.circa fin.& iſta ſit prima dña q̃ repetiť inter iſtas quo ad nomẽ,& or-
36 dinẽ ꝓfeſſionis.† Secundo differunt in modo ꝓfitendi,q a illæ de q̃bus in d.c. epi. non faciunt ꝓfeſſionẽ expreſſam cum dæmone ſicut iſtę,nec credunt inſeruire dęmoni,ſed deludunť ſub ſpecie boni:& ꝑpea dicit text.ibi ꝙ diabolus poſtq̃ illarũ mentẽ captiuatam tenet,transformat ſe in diuerſas ſpecies pſonarũ.Tertio differunt,q a illæ nulla ↄficiunt ſortilegia nec maleficia in humanis aũt brutoꝝ corporibus,& nemini nocẽt, niſi ſibi ipſis,& ꝑpea non dñr maleficæ,ſeu hętericæ, iſtæ vero ſunt deterioris ↄditionis, q a nocẽt multis ꝑ diuerſa maleficia,vt latius ſupra vidiſtis in 2.& 3.qõ. Quarto,diſcõueniunt in hoc q a nõ reperiť ꝙ illæ aliquem maleficiatum curauerint . & ipſam maleficia ↄtrarijs maleficijs abſtulerunt,iſtę vero publice incũbũt curæ,& medelis maleficioꝝ, & poſtq̃ aliquẽ dicto morbo curauerint, ſæpius indicãt maleficiantẽ ſaltem aliq̃bus indicijs,vt hř ꝑ S. Aug.in lib.10.de ciu.Dei.& in 3.de Trin. & S.Thom.in d.q.5.primæ partis,tract.q.in tit.de mira.& hř 26.q.5.nec mirum.§.necn. verſ.ad hæc oia. Quinto,q a illæ licet inſeruiant dæmon virtualiť tñ inſeruiunt ſub forma dearũ bonoꝝ numinũ,iſtę vero ꝓprie dęmoni ſedẽti in ſolio maieſtatis cui,vt vero,& vnico Principi reddunt obedientiã vt ſupra latius diximus in 2.&3.q.Sexto,q a nõ apparet,ꝙ illæ de q̃bus in d.c.epi, accedant ad ludos,& exerceant ibi choreas,& ſaltationes , & demũ coitũ carnalẽ habeant cũ ſicut iſtę ꝑ ea q̃ ſupra latius in hac qõ.ↄcluſimus,& ꝑ S. Tho.d.q.5. Septimo,diſcordat in hoc,q a illæ nulla celebrant ſacrificia , nullaſq; imagines offerunt,neq; baptizant,aut rñſa petũt , iſtæ vero cuncta opera hmõi faciũt vt ſupra late vidiſtis.in 2.& 3.q.& in hac ẽt in 1.& 2. fundamento. Et ꝙ ſint diuerſi ordinis ſpecie differentes,apparet ex diuerſitate tractatuũ, & capituloꝝ,& ẽt auctoꝝ. ea n q̃ diſponunť in d.c epi decreta fuerunt in ↄcilio Aquir.diſpoſitio aũt.c.nec mirum ſumpta fuit ex doctrina textualũ ſ.Aug.in lib.10. de ciu. Dei cum igiť ex diuerſis auctorib.t pibus,& cauſis decreta ipſa ſtatuta fuerint,ſuperflua fuiſſet alterius deciſio,ſi vtrunq; eũdẽ caſum cõprehenderet vel decideret ↄtra not.in § q̃b. in 1.ↄſtit.C.& in c.ſi Papa,de priuil.lib.6.ne igiť illud incõueniens ſuꝑfluitatis ſuccedat, dicamus ꝙ c.epi loquať de diuerſa ſpecie mulierum ab iſta,& ab illa de qua in d.c.nec mirum,maxime cũ in veritate plures reperiunť ſpecies,& diuerſę ꝓfeſſoꝝ ſub hac diabolica religione,vt ſupra dictũ eſt in primo euiden
37 tiali.† Sed ↄtra ꝑdicta oppo.& dico,ꝙ imõ d.c.epi,loquiť de iſtis ſtrigimagis maſculis , & fœminis,& de oĩbus ſortilegis vt apparet in princ.ipſius c.dum dř qđ epi,& eoꝝ miniſtri curam habeant ſortilegam, & magicã artem à zabulo inuentã extirpare : & ſi aliquẽ virum aut mulierem hmõi ſceleris ſectatorẽ inuenerint ex parochis ſuis oĩ ſtudio eliminare,& deijcere curent. Solu. verum eſt qđ oẽs illi q̃ ſunt diabolicæ religionis, & ſub illius obedientia debent à limine Eccleſiarũ , & à Xp̃i fidelium cõionem repelli ſiue ſint hęretici ſiue ſciſmatici,ſiue apoſtatæ,magi,necromanti, ſortilegi cuiuſcunq; ſint ordinis , & gradus,aut quocunq; noĩe nũcupenť,quo ad hoc vt à fideliũ Xp̃i ↄſortio ſeparenť oẽs æquiparanť ex quo oẽs damnati ſunt,&dñr veluti oues morboſæ, & ab ouili Xp̃i fideliũ penitus euternæ,& merito ſunt igiť ab ipſorũ ↄſortio ſeparandæ,vt l.2.C.de ſum.Trin. & l.hi q̃ ſanctam.C.de apoſta.c.firm.& c.ad abolendam,extra de hære.& in clem. 1. eo. tit.& d.c. epi.in princ.licet.n.quo ad hoc ſint equiparati, nõ ſequiť ergo ꝙ quo ad oia cenſeať eſſe æquiparati,vt no in c.excõicamus , in princ.el 1.& lo 2.de hæret.licet.n.iuris lator in princ.d.c.fecerit mentionem de hac ſecta , nihilominus poſtea dum loquiť de illis mulieribus in ſpecie mutauit caſum in facto in verſ. ibi illud ẽt nõ eſt omittendũ ꝙ, q̃dã ſceleratæ mulieres retro poſt Sathanã ↄuerſæ, &c. q eſt diuerſus à ꝑcedenti vt patet ex his quæ tradit S.Th.in d.q.5.1.partis tract.

38 qq.tit.de mira. † vbi dicit, ꝙ dæmones poſ-
ſunt mirabiliter in nobis operari dupl̃r, vno
modo ꝑ verã corporis tranſmutationẽ, & ꝑ
veros effectus corporeos. Alio modo ꝑ ap-
parẽtiã, & illuſionẽ ſenſuũ, ex aliqua immu
tatione imaginationis ꝑ q̃ verba voluit in-
telligere de vtraq; mulierũ ſecta ſubiũgẽs ẽt
ꝙ neutra tñ ipſaꝝ operatio eſt miraculoſa,
ſed ex rebus nãlibus, & ꝑ modũ artis dæmo
nis ſubtilitate inuẽta, & hæc ſufficiãt quo ad
ſolutionẽ oppoſitionis factę de d.c.epi. Ad il
lud ſm dico dũ adducit̃ illud inconueniẽs ꝙ
dæmon portare poſſet, &c. ſol. colligit̃ ex his
q̃ dicit S. Tho. in d.5. verſ. rñdeo in tit. de mi
rac. vbi dicit ꝙ dæmones multa poſſent face
re q̃ nobis viderent̃ eſſe miracula, tñ ea face-
rẽt eoꝝ nãli virtute, & ex rebus nãlibus ſi à
Deo facere ꝑmitterent̃: ſed qa nõ ꝑmittunt̃
ideo ea facere non poſſunt, q̃ q̃dem facultas
fuit illis adempta ꝑ paſſionẽ D.N. Ieſu Xp̃i
vide ibi, vt ſingl̃r dixit S. Boñ. in 3. ſen. diſt.
19. q. 3. & diximus ſupra q̃ ꝑcep. nec eſt mirã
dũ ſi dæmon ſtrigimagas, & alios ſuos ꝓfeſ
ſos defert corporal̃r, q̃a id facere põt Deo ꝑ
mittente, ex quos ſunt oues gregis diaboli-
ci, vt latius diximus ſupra ead. q. in 4 fund.
iſtius vlt. opin. & tetigit ẽt ſupra in vlt fund.
eiuſdem poſt ſeptimam dñiam inter d.c.epi,
& ſectã ſtrigarũ. Pro quo optime facit dcm̃
illud S. Boñ. in 3. ſen. diſt. 19. q. 3. num. 22. &
23. de quo diximus ſupra qõ. ꝓxima à ꝯtra
rio ſenſu ſi.n. diaboli potentia fuit depreſſa,
& debilitata ꝑ paſſionem D. N. Ieſu Xp̃i, à
quo fuit manus attrahens penitus abſciſſa,
manus vero compellens debilitata, & eius vi
res coangustatæ fuere, illud eſt verũ reſpectu
xp̃ianoꝝ ꝓ q̃bus effuſus fuit ille ſanguis p̃-
cioſus, illi vero q̃ ſunt extra baptiſmũ, & ab
negarunt fidẽ Xp̃i ſicut pagani ſunt reputan
di, & ſunt extra oẽm gratiã, & beneficiũ ſalu
tis, vt d.c. firmiſſime. de hæret. & l. hi qui ſan
ctam. C. de apoſta. ergo ſequit̃ ꝙ diaboli po
tentia quo ad iſtos remanet illęſa, & per ꝯſe
quens ipſos deferre põt ad libitũ accedente
maxime ipſarũ mulierũ voluntate, & ꝯſenſu.
39 † Ad tertiũ dico ꝙ demones nõ poſſunt ex
tendere eoꝝ vires ꝯtrã iuſtitiam humanam,
& eripere captiuos de manibus publicæ iuſti
tiæ, q̃a Deus ñon ꝑmittit, vt dicit S. Aug. in
lib. 10. de ciui. Dei. & S. Tho. d.q.5. in tit de
mira. alias ſequeret̃ ꝙ dæmonis potẽtia eſſet
ſupra diuinam, & ꝙ iuſtitia oĩno periret & iu
ra oĩa ſubuerterentur, qđ Deus nullo modo
patit̃. vt dicit Tho. ibi vide q̃ dixi ſupra eo. q.
5. Ad quartum non negat̃ imò ꝯcedit̃ ꝙ dæ-
mones poſſunt mirabilia operari in imagi-
natiua, & humano intellectu, q̃ veriſſimilia
ſunt, & vera vndiq; eſſe vñr, ex hoc tñ nõ ſe-
quit̃, ꝙ nõ poſſunt aliquas operationes nã-
les efficere, & mouere corpora inferiora, vt
late diximus ſupra in primo fundamento, &
ẽt in ſecundo huius ꝯcl̃onis S. Tho. in d.q.5.
verſ. rñdeo. vbi dicit ꝙ dæmones poſſunt mi
rabil̃r in bonis operari dupliciter, vno mo-
do ꝑ verã corporis tranſmutationẽ. alio mo
do ꝑ p̃ſtigioſam mentis illuſionẽ, & formas
apparentes, vt hr̃ in d.c. epi in 2. parte. Ad
quintũ dũ dat̃ de illo exemplo. rñdeo ꝙ dæ
mones facile poſſunt hoĩes decipere dum ca
piunt mulieres ad ludos p̃dictos, & illoꝝ ſa
crificia celebranda neceſſe eſt ꝙ habeant mu
lieres in corpore, & earũ nãli forma ſi ea q̃
cupiunt ꝑfici volunt. & ꝓpea ne ſequat̃ ſcan
dalũ aut periculum ꝯtra ipſas, Sathanas mit
tit alium dæmonem in forma ſuccubui q̃ ia
cet ad latus mariti loco vxoris, & quoties cõ
tingit oĩa vxoris officia in thoro ꝯiugali ẽt
coitus ſubire non denegat, ſed libenter appe
tit, & adeo ſe bene accõmodat, ꝙ quenq̃ eo
ſapientiſſimũ falleret. vide S. Tho. in d.q. 5.
& dixi ſupra late. in primo fundamẽto ꝯclu
ſionis, & in 2. euidentiali. dum dixi de opera
tionibus incuboꝝ, & ſuccuboꝝ. Nempe vel
lem ꝙ hi q̃ tenent aliã opi. ꝙ deferunt ſolũ
in ſpiritu reducerent mihi intellectũ illũ ad
practicam. Aur.n. volunt, ꝙ nemo capiat par
tem ſpiritus. ſ. aiæ q̃a ſpiritus hominis idem
eſt qđ aĩa, vt no. declarat Arch. in c. Moyſes.
23. q. 2 & hoc facere non põt, q̃a aĩa eſt vni
ca in ſubſtantia, & indiuiſibilis, & nullã rece
pit diuiſionem in quãtitate nec in qualitate
vt dicit Philoſ. in 1. de Anima, & eſt gl. no. &
ibi Abb. in c. 1. de ſum. Trin. in ver. ſimplex.
& Bar. in l. ſtipulationes non diuidunt̃. ff. de
ver. obl. in 3. opp. vbi dicit, ꝙ aĩa eſt indiuiſi-
bilis, & eſt toto in tota, & tota in qualibet
parte corporis, aut volunt qđ dæmon capiat
totũ ſpiritũ, ſiue totã aĩam, & neceſſe eſſet ꝙ
remaneret hominis cadauer, & ſic mortuum,
abſente aĩa, & ſequeret̃ maius incõueniẽs, q̃a
eſſet in p̃tãte dæmonis auferre vitam homi-
ni, & illi defuncto reſtituere, & ſic mortuũ ſu
ſcitare, qđ eſt impoſſibile, quia ſolus Deus
40 hoc facere põt, † & nulla creatura neq; An-
gelica,

gelica, neq; humana habet hanc facultatem ſuſcitandi mortuum, vt dicam infra in q. 10. vnde non video quõ illoꝝ opinio poſſit ſaluari intelligendo de ſtrigis & magis, & ſi tu diceres non dico ꝙ dæmon auferát totá, nec partem aiæ, ſed deludit dormientem ꝑ illa ſigna pſtigioſa formata in intellectu, ſine intellectui pñtata ꝑ immutationem imaginationis, quod facere poteſt dæmon, tunc rñdeo ꝙ eſt impoſſibile, vt tot nãle operationes q̃ fiunt per iſtam ſectam ſtrigimagaꝝ, maleficoꝝ, & alioꝝ ſimilium, fieri poſſunt in ſpiritu ſolo, quin interueniat corpus, & membra nãlia, quõ .n. poſſent in congregationibus, & ludis prædictis tot choreas, reuerentias, & retrogradas ſaltationes efficere, niſi corpus adeſſet quõ poſſent coitum carnis implere, quem faciunt in ſingulis ꝯgregationibus ludis completis, niſi corporaliter intereſſent, nec dicendum eſt ꝙ ſit pollutio ſomnitatis, qa dæmones pñt vere, & corporaliter cum mulieribus coitum perficere, & illas qñque reddere ꝑgnantes in aſſumptis corporibus, ſm ea quæ ſupra diximus in 2. euidentiali illius. q. ergo ſequitur neceſſario ꝙ corporaliter perficiunt, non nego tñ ꝙ etiam nõ poſſint in ſomnijs pollui diabolo operãte. Quõ etiam poſſent illoꝝ ſacrificia, & cærimonias celebrare, & imagines illis imponere, ſi in ſolo ſpiritu hæc fierent: quarum imaginum olim vnam vidi Romæ, & manibus palpaui. & erat vera ſpecies materialis habens mãm, & formam, & formata erat ex quibuſdá mixturis mihi ignotis, quõ etiam poſſent tot maleficia, & ſortilegia contra humana corpora fabricare, niſi corporaliter intereſſent, in ſpiritu .n. & in ſomnijs nemini vnquam vidi iniuriam fieri, nec occidi quenq̃. Cum igitur operationes iſtæ, & aliæ hmõi quæ ſunt naturales, & corporeæ non poſſint fieri, niſi per corpus, & membra, ergo ſequitur ꝙ ſtrigimagæ, & alij ſimiles deferuntur, & inter ſunt corporaliter, & nõ in ſpũ ſolo, & ꝑ iſta ſum expeditus de iſta ſeptima difficili q;

1 *Dæmon maleficis, ſiue ſortilegis vtitur tanquam inſtrumentis ad nocendum corporibus humanis.*

2 *Dæmon non poteſt hominem in aliam transformare ſpeciem.*

3 *Maleficium quandoque abſque veneno, & ſola carminis, & verborum potentia perficitur.*

1 Octauo quæro. Si dæmõ per † ſe nõ põt nocere corporibus xpianoꝝ, q nõ ſunt de ſua religione, quia Deus id non ꝑmittit, vñ fit ꝙ ſæpius infantes ad latus parentũ, & in proprijs gremijs matrũ reperiunt qñq; ſuppreſſi, & eoꝝ corpuſcula conſciſa, & mutilata, aut aliqua alia intrinſeca ægritudine polluta, ex qua ſæpius moriũtur. Sol. dic ꝙ licet dæmon ꝑ ſeipm corporibus xpianoꝝ nocere non poſſit, ad illos maleficiandũ vtit̃ inſtrõ maleficæ, ſiue magi, q, vel quæ cũ vnctionib pulueribus cęterisq. mixturis maleficis, & venenis ꝑdictis infantib. & alijs in occulto noctis ſilẽtio dũ dormiũt parẽtes, & oẽs qeſciũt, ipſe dæmõ apit oſtia, et ſi fortiſſimis ſeris clauſa eſſent, & illas maleficas itromittit ꝑ oſtiũ dico, aut qñq; ꝑ feneſtras in domo maleficiãdi, quos ſic intromiſſos inſtruit quõ facere debeant, & ne lux cãdelæ, aut lucernæ impediãt maleficũ ne diſcoopiat, aut cognoſcat a maleficiando, ipſe dæmõ in aſſumpta forma felis, ſiue gattæ lucernã, lãpadẽ ſiue candelã, quá lucentẽ repit illico extinguit, vt maleficus ipſe cõmodius poſſit maleficia ſua pficere, qb. ꝑactis maleficus tutus abit. dæmõ vero vt facilius illinc recedere poſſit apit oſtia, deinde recludit, ꝓut añ illa repierat, nec putes (vt qdã ignari vulgares aſſerũt) ꝙ ipſe ſtrigæ, ſeu malefici trãsforment ſe in ſpẽm gattę aut alterius

2 aialis bruti † qa hoc eſt impoſſe dæmoni, ꝙ poſſint hoiem trãsformare in alterá ſpẽm, vt diximus ſupra q. ꝑced. & dicem⁹ inf. eo q. 10. bñ veꝝ eſt ꝙ ipſemet dæmõ aſſumit illas varias formas, & facit opatiões illas, de qb. ſupra ſm ꝙ declarat Aug. in lib. 10. de ciuit. Dei, & in 3. de Trin. & S. Th. d. q. 5. primę par. qq. diſp. in tit. de mir. & Bon. ſup 3. ſen. q. 3. & in c. epi, 26. q. 5. & vt facil.⁹, & ſine piculo ipſi malefici poſſit pficere dicta eoꝝ maleficia, dæmõ eſt illi ꝑuius, & tanq̃ dux in tenebris illis quos ducit ad lectũ maleficiãdi diſcoopit pãnos, & oñdit oia q̃ facienda ſunt dormiẽtibus oibus qbus ipſe dæmõ imponere põt iuxta caput ſemina q̃dã, aut pulueres ex qbus introducit ꝓfundus ſomnus, qbus ſic dormiẽtib. introducit maleficũ, & oia pficit, & hoc ego alias deſerri audiui à duab. mulierib. maleficis quas ꝑ maleficijs hmõi præ manibus examinãdus accepi: & eſt ueriſimile, ꝙ ita ſit, qa nunq̃ repi, nec audiui ꝙ aliqs maleficus, ſiue malefica fuerit vnq̃ apprehen-

prehenſus in flagrãti crimine, & vř quodã-
modo impoſſe q́ euntes in domos alienas,
& per ſecreta domus nocturno tp̃e clauſis
oſtijs,atq; feneſtris poſſent ita tute in obſcu
ris tenebris ingredi, & euadere abſq; aliquo
rumore,vel ſcandalo niſi hñnt ducem dæ-
monem qui illas in opibus ipſis ſaluas red-
3 deret. † Qñq; nullo veneni hauſtu, uel mi-
xtura in corpore, vel extra corpus adiecta,
ſed ſola potentia carminis, & verboꝝ pficit
maleficium,vt hř in d.c.nec miꝝ.§.mag.26.
q.5.vbi text.refert dcm̃ Lucani, Mens hauſti
nulla ſanie polluta veneni &c. Et ego alias
vidi Romæ quendã magũ excellentiſſimum
græcum tp̃e Adriani 6.anteq̃ perueniret ad
vrbem Pont.ipſe qui ſolis verbis cõpreſſerat
vires cuiuſdam ferociſſimi tauri exñtis in ar
mento in loco ſylueſtri,quem ſic affixum,ut
ita dixerim,& humiliatum apprehendidit p
cornua,& chordula quadam ſatis debili arte
tñ magica fabricata tauꝝ ipm̃ ligatũ quo vo
luit adduxit media nocte circiter q̃tuor, aut
qnq; miliarib.& hæc notoria ſunt q̃ viſa fue
rũt p ducẽtos,& vltra viros, quẽ poſtea ha-
bui in carcerib.capitolinis examinãdũ,& oia
iſta,& maiora quoq; ingenue fatebatur ver-
borum potentia efficere poſſe, qui tñ poſtea
euaſit imperfecto examine fauoribus popu-
li Rom.& quorundam magnatum.

1 *Malefica in manibus publicæ iuſtitiæ exiſten-*
tes quare non faciant ſe deferri per dæmones
ad mortem euitandam.
2 *Diabolus eorum mortem quos habet ſubiectos o-*
ptat,quo plene prædam eorum habeat tutam.
3 *Strigæ, ſiu lamiæ qualiter cognoſcantur vere*
penitere.
4 *Malefici incarcerati euadere nõ poſſunt, eo quod*
Deus non permittit hoc caſu dæmones ſuam po
tentiam exercere.

1 NOno quæro, quare eſt q́ † poſtquã
illi malefici, & ſtrigimagæ ſunt i ma
nibus publicę iuſtitię incarcerati,nõ
faciunt ſe corporalř deferri a dęmonibus ex
his carceribus,in qbus iacent,vt poſſint ſal-
uare vitam,& euadere pęnas corporales.qđ
qdã iudices curioſi qñq; tẽtauerũt expiẽtiã
rei uidere,& tñ nihil fecerunt,qa poſt multa
viderunt ex eoꝝ ſortilegijs nullũ penitus ef
fectũ ſortiri hmõi corporalis delationis, &
ppea multi tenuerũt q́ ipſi malefici,& ſtrigi
magæ corporalř deferri nõ pñt à dæmone,p
ſolutiõe illius q.duę reddunt rõnes p ſacros
Theologos,& Canoniſtas in c.nec miꝝ.26.
q.5.prima eſt,q́ dæmõ q nil auidius cupit,q̃
aias multas lucrari, ad tenebras inferni mul
titariã fraudibus hoies ptrahere q̃ primũ vi
det hoiem ipñi apphenſum, & illius aia ſub
ſua ptãte ſubiectam nil aliud q̃rit, niſi vt ſe-
paret a corpore,vt quã adhuc ſub ꝯdõne re-
tinet,certã lucret,q̃ poſſet p pniam illius im
periũ ſubterfugere,& ſe reunire cũ Xp̃i fide-
2 lib. † ad hoc igř vt certã eius pcũ poſſideat
ſp q̃rit illius mortẽ,& diſſolutionẽ aiæ a cor
pore,qa nõnulli qñq; repti ſunt q reuocaue
rũt errorẽ ſuũ, & grauẽ ſuſceperũt ex cõmiſ
ſo crimine pniam,& reſiduũ vitæ ſuæ ſanctiſ
ſime duxerũt,& ppea dñt q́ tũc diabolus nil
aliud ſatagit nec laborat in alio, niſi in pſua
dẽdo ipſi malefico vt pſiſtat in eius opiniõe,
& pfeſſionẽ ipſam nullatenus reuocet,ſed in
ea perſeueret vſq; ad finẽ vitæ, qa licet addu
cat ad furcas,& ſup imponat igni dæmõ ſta-
tim illũ arripiet corporalř, & liberabit à la-
queo,& flãmis,adeo q́ nullũ penitus dolorẽ
patiet,& caſu quo mori ꝯtingeret trãſibit ſi
ne pœna ſupplicij, & liberabit ſe à tot picu-
lis hꝰ mũdi, & lõge maiorib. gaudijs in alio
ſeculo fruet cũ eo, his igř illuſionib. & falſis
pſuaſionib.ab eo pmunitus ſępius tenaciter
pſeuerat in eius opione: nec curat quoquo
mõ errorẽ ſuũ reuocare,& pniam agere, ſed
obſtinatus pmittit potꝰ vlt. ſupplicio pimi.
Quædã vero ex ipſis maleficis mulierib. re-
periunt q̃ erroris ſui mirabilř pœnitere vñr,
& maximis fletibus agere pniam, quæ oia fi
cte peragunt,nullamq́. gerunt in corde me-
3 ſtitiam,aut vere pniæ amaritudinẽ. † Ad co-
gnoſcendum aũt, an vere, vel ficte pœniteãt
maxime mulieres q̃ hñt faciles lacrymas ad-
uertẽdum eſt ad oculos ipſaꝝ,an in fletu, &
gemitu hmõi emittunt lacrymas,quas ſi nõ
emittunt nulla adeſt cordis ꝯtritio,ſed oia ſi
mulate fiunt, & alias audiui à quodã excellẽ
tiſſimo canoniſta q erat ẽt optimus theolo-
gus qđ regula iſta eſt veriſſima, maxime in
mulierib.q̃ non laborant multũ in lacrymis,
& dixit mihi q́ lacrymę ipſe ſunt ſigna mani
feſta ueræ, & internæ pniæ, & adduxit mihi
text.de pœn.diſt.1.c.Petrus. & cap. lacr. vbi
dř q́ lacrymæ lauant delictum quod pudor
eſt confiteri, & hř Luc.7.c. & ego illas ha-
bui in facto nondũ tertius eſt elapſus annus
Romæ,

Romæ, in agro Sabinenſi. dum quandam vetulā maleficam examinarem q̄ iam 20. an. in ipſa ꝓfeſſione cōpleuerat, & infinita quodā modo ſortilegia venefica ſuis mixturis fabricauerat, & magnū Chriſtianoꝝ numeꝝ diuerſis ægritudinibus pollutū reddiderat, quoſdā vero occiderat, raros vel nullos ſanauerat, q̄ poſtq̄ ꝯfeſſa fuit crimē, dū ego ꝓſequerer illius examinationē ꝑ horas duas, & vltra, quā maxime videbatur ꝯdolere de ſuis cōmiſſis exceſſibus, & ꝯtinuos fletus, & ſuſpiria ꝯficiebat, aſſerēs velle ꝓfeſſionē illā oīno relinquere, & ad veram orthodoxe fidei religionē reuerti, veruntn̄ in tāta fletus, & ſuſpirioꝝ copia nullam vnq̄ ēt minimā lacrymā emittere potuit, ad qđ ego alias inſtructus plurimū aduerti, & viſum fuit q̄d valde mirabile qđ mulier fleret ſine lacrymis, & niſi vidiſſem fortaſſe nō credidiſſem, licet in viro non ſit mirandū ex quo ipſi duriores ſunt in lacrymis. non tn̄ nego q̄n mulieres poſſint in multis ꝯfigere lacrymas, vt alias dixit Cato. inſtruit inſidias lacrymis dū fœmina plorat. in actu tn̄ ꝑnīæ vr̄ quid mirādum, ſed dici pōt, ꝙ diuina iuſtitia hoc agit fauore pnīę.

4 † Secūda ratio reddit̄ quare non pn̄t euadere, q̄n ſunt incarcerati, q̄a diuina iuſtitia tūc nō ꝑmittit dæmonē poſſe ſuam nālem potētiā exercere in illos ne aliq̄ iudices, & officiales curioſi forſan vidētes aliqua ſigna manifeſta liberationis eoꝝ inuitarent̄ ad ꝓſequēdum illoꝝ ꝓfeſſionem. & hoc eſt quod dicit Aug. in lib. 3. de Trin. in 10. de ciu. Dei. & S. Th. in tract. q. 1. partis. q. 5. in tit. de mira. & Canon. in c. nec miꝝ. 26. q. 5. ꝙ Deus impedit potētiā dæmonis in q̄buſdā pro ꝯſeruatione Chriſtianæ fidei, vt late diximus ſupra eo. tit. 7. q. q̄a alias fides ipſa Chriſtiana paulatim tota ſubuerteret̄ maioréq. ꝑtātē videret hr̄e diabolus quā Deus, & iudex q̄ eſt miniſter Dei. 11. q. 3. nemo ꝯtēnat, &c. ſeq. & iō tūc Deꝰ reſiſtit dęmōi, & illiꝰ vires cōprimit ꝑ ea q̄ no. S. Aug. ī li. x. de ci. Dei. & refert, & ſeq̄t S. Th. ī d. trac. qq. d. q. 5. & dixi ſupra eo. q. 7.

1 Sortilegia, & alia maleficorum opera quando hæreſim manifeſte dicantur ſapere.

Deo ſoli reſeruata quæ ſint, nec vlli permiſſa creaturæ.

2 Secreta cordis humani ſolus Deus poteſt rimari.

3 Dæmon quæ, & qualia in cognitione habeat à naturali potentia.

4 Maleficorum, ſeu ſortilegorum duplex profeſſio, tacita videlicet, & expreſſa.

5 Sortilegia quomodocunque facta per eum qui eſt expreſſa profeſſionis diabolicæ hæreſim cenſetur ſapere.

6 Maleficia facta per eos qui ſunt de tacita profeſſione diabolica quando hæreſim ſapiant, & quando non.

7 Sortilegium factum cum hoſtia conſecrata, vel cum ſanguine Chriſti an manifeſte ſapiat hæreſim.

8 Sortilegia facta ad calefaciendum cor frigidū, hæreſim ſapere non videntur.

9 Auxilium diuinum non poteſt implorari per ſortilegia per cōmixtionem ſacramētorum facta.

Imagines facere ad amorē mulieris prouocandū potius ſuperſtitioſum eſt quam hæreticum.

10 Inuocatio dæmonis quādo hæreſim ſapere dicatur.

Imploratio auxilij dæmonum ad ſciendum futura ſapit hæreſim.

11 Inuocatio dæmonum per modum orationis eſt propriè hæreſis.

Aduocati debēt in poſitionib. formādis eſſe cauti.

12 Sacerdotes pro viuis miſſam defunctorum celebrantes in odium ipſorum, an ſint hæretici.

Imagines calcare, aut alias contemnerē, an ſit hæreticum.

13 Sacerdos in celebratione non conſecrans, an ſit hæreticus reputandus.

14 Sortilegia in quibus immiſcentur reliquiæ ſanctorum, an ſapiant hæreſim.

15 Sortilegia quæ fiunt cum permixtione chriſmatis, aut aqua baptiſmatis, an ſapiant hæreſim.

16 Sacramenta poſita in ſortilegijs amatoriis nullos producunt effectus.

17 Sortilegia quæ fiunt cum rebus in eccleſia benedictis, an & quando hæreſim ſapiant.

18 Hæreſis quibus caſibus cōmittatur in ſortilegijs.

Sortilegium factum cum rebaptizatione alicuius hæreſim ſapit.

19 Dæmonis ſuffragiū inuocare ad ſciēdū, vel faciēdū ea quæ ſoli Deo competunt eſt hæreticum.

1 DEcimo videndum eſt an, & q̄n hmōi ſortilegia, † & opera maleficoꝝ ſapiunt hæreſim manifeſte, ita ꝙ ipſorum rei, & machinatores iudicis eccleſiaſtici inq̄ſitoris hæreticæ prauitatis examini ſubijciant̄, & hæreticoꝝ pœnis puniant̄. Rn̄deo in hoc deueniēdum eſſe ad diſtinctiones. Sed antequam ad vlteriora ꝓcedam pro euidentia. Pręſuppono primo, quòd quædam ſunt

quæ

quæ ad ſolum Deum creatorem ꝑtinent, ex quo illa reſeruauit ſibi in priuilegiũ, nulliq. creaturæ &̃ angelicæ illa ꝯceſſit. Prout eſt hoiem veꝝ nãlem creare, vt hr̃ Gen. 2. & S. Th. in 1. par. tract. qq. in tit. de poten. gen. & de creat. q. 2. art. 6. & q. 3. art. 1. 2. & 4. Vel iã creatum in melius, aut deterius reformare, aut in alteram ſpẽm cõmutare, ut ibi dr̃. Itẽ mortuum ſuſcitare, ita vt vere, & nalr̃ viuat, ſicut reſuſcitatus fuit Lazarus qui iam quatriduanus erat, vt hr̃ Io. 11. & qñ ẽi filium illius viduæ dũ deferret ad ſepulturã ex pheretro ſuſcitauit, & ſurgere iuſſit, ut hr̃ Mat. 18. Item futura ſcire ex vera, & ꝑfecta ſcia ad ſolum Deũ ꝑtinet, vt dr̃ Eſa. 41. cap. annũtiate nobis quæ futura erunt, & dicemus, qa dij eſtis vos. Item cœli motũ ſiſtere ab eius vnica volunrate dependet, vt inqt Tho. in tract.
2 qq in 1. par. q. 1. art. 3. & 6. † Itẽ ſecreta cordis humani q in animo ſunt occulta nec dũ ad aliquem actum extrinſecũ deuenerũt ſolus Deus eſt ſcrutator, & verus cognitor, ut habet Matth. c. 22. Vbi Xp̃s optime cognouit ſecreta cordis Phariſæoꝝ q cupiebant ipſum calũniari apud Cæſ. ex eo ꝙ vocabat ſe regem Iudæoꝝ, & ꝑpea interrogarunt ipm cui nã dn̄t offerre tributũ ipſi vel Cæſari, tunc Ieſus petijt ab eis vt oſtenderẽt ſibi monetã aliq̃ ſi habebãt, & vnus ipſoꝝ exhibuit numiſma qdʼ Ieſus videns interrogauit cuiuſnã eſſet illa imago in numiſmate ſculpta, at illi rñderunt, eſt Cæſaris imago, tũc Ieſus reſtituens illis numiſma dixit. Reddite ergo q̃ ſunt Cæſaris Cæſari, & q̃ ſunt Dei Deo, demõſtrans ꝙ Deus nõ q̃rit theſauꝝ pecuniaꝝ ſed corda fidelium, & opa charitatis, de pœ. diſt. 1. ecce. & cap. ſeq. & diſt. 2. c. rad. & c. ſeq. & not in c. ã nobis, de ſent. exc. & in c. 1. qui de. vel vouent. Et iſta ac his ſimilia nullus dęmonũ, nec angeloꝝ facere, aut cognoſcere põt, ſed ſolus Deus, vt dixi. & hr̃ 2. q. 4. c. ꝯſ.
3 † Quædã uero ſunt ſub cognitione, & nãli potentia dæmonis, & q̃ dæmon ipſe ꝑmiſſu diuinæ clementiæ facere põt, quia ſibi non reprimit, & hæc multa ſunt, inter q̃ eſt tentãdi facultas, & flectendi pudicos aĩos ad libidinem, & ad alia peccata, vt hr̃ in Apoc. 2. ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerẽ vt tentemini, vt habeatis tribulationẽ diebus decem, nolite timere &c. S. Aug. lib. 10. de Ciuit. Dei, & Th. in 2. 2. diſt. 95. q. 2. in tit. de ſupſt. & hr̃ Gen. 3. & Mat. 4. Mar. 1. Luc. 4. vbi diabolus auſus fuit tẽtare Xp̃m & diximus ſupra eo. q. 6. Itẽ omnium nãliũ, & virtutum creataꝝ cognitio, tam ſuperioꝝ q̃ inferioꝝ, ex quibus quidem rebus nãlibus inferioribus multa fiunt veneficia, ex qbus diuerſe, & q̃plurimæ cauſanr̃ infirmitates in humanis corporibus, ſciuntq. dictas ægritudines ſic ex accñti expoſitas ꝯtrarijs remedijs curare quam quidẽ ſciam nãlium dęmones pñt hoies docere, & inſtruere qño facere debeant ad ſauciandum ſanandum ue corpora hmõi, vt proxime diximus ſupra eod. ti. in 6. q. & alia hmõi quamplura facere pñt eoꝝ nã, & permiſſu Dei, vt dicit S. Th. in trac. qq. 1. par. q. 5. de mir. & eo. li. q. 16. ar. 7. de dem. Quibus ſic ꝓſuppoſitis nunc diſtinguo, Aut
4 † ſortilegus, malefica, ſiue magus ſunt de expreſſa ꝓfeſſione diabolica, quod eſt qñ expſ ſe abnegarunt Xp̃i fidem, & iteꝝ ſe baptizarũt in nomine Beelzebub, ut plene diximus ſupra eo. d. q. 6 & q. 3. & hr̃ in l. hi q ſanctã. C. de apoſt. & malefici hmõi ſunt tacitæ profeſſionis, qdʼ eſt qñ nondum ſe remouerunt pœnitus à diuino cultu, & à fidei Xp̃ianæ religione, nec celebrant expſſum dęmonis cultum ꝑ ſacrificia diabolica, nihilominus hñt quandam tacitã, & occultam amicitiam, ſeu familiaritatem cum dæmone, & alijs maleficis ꝑꝑ quã q̃dam ꝯficiunt ſortilegia, & operationes ſuperſtitioſas, q̃ non pñt abſq; dæmonis ſuffragio, & inſtructione cõpleri, ſeu effectum ſortiri, vt ſunt ligaturæ execrabiliũ remedioꝝ, & incantationes quas faciũt iſtæ mulierculæ, vt plurimum cum ſchedulis oib. aut alijs mixturis, ſiue ligaturis ſuſpendendis, aut ligandis ad collũ, maxime qñ ſtudet ſanare ꝑſonam maleficiatam, & hoc eſt qdʼ dicit tex. in c. nec miꝝ. in princ. in verſ. ad hæc omnia. 26. q. 5. & Aug. lib. 10. de ciuit. Dei, vbi dicit, ꝙ in iſtis oĩbus ars dæmonũ eſt ex quadã peſtifera ſocietate hoium, & angeloꝝ maloꝝ exorta. † Primo caſu dic, ꝙ
5 qualitercũq; fiunt ipſa ſortilegia ꝑ illũ q eſt expſſæ ꝓfeſſionis ſꝑ dñr ſapere hæreſim manifeſte ſi nõ reſpectu opis ſaltẽ reſpectu operãtis, q eſt vere, & ꝓprie hæreticus, ex quo relicto Deo ꝓprio creatore adorat dęmonem tanq̃ vnicũ Deum, & ꝑpea dr̃ hæreticus, qa ꝯtrauenit primo diuinoꝝ præcepto. Vnum cole Deum &c. Itẽ primo ex articulis Xp̃ianæ fidei. Credo in vnũ Deum &c. Idem dicẽdũ eſt de eo qui non eſt hereticus, tñ in ipſis

ſortilegijs fabricãdis aſſociat ſibi hereticum,
vel puerũ rebaptizat &c.vt dicit gl. in d.c.ac-
cuſatus.§ ſane.de heret.lib.vj. Et licet q̃dam
ex his q̃ faciũt ſint de his q̃ demõ facere põt
nãlr̃,quæ rr̃ non deberent ſapere hæreſim,
manifeſte,tñ in illo caſu dici põt heretica nõ
reſpectu rei,ſed reſpectu operantis,& hoc eſt
quod voluit dicere gl.in d.c.accuſ.§. ſane, q̃
exemplificat plures caſus in q̃bus ipſa ſorti
legia ſapiunt hæreſim manifeſte inter quos
ponit iſtos .ſ. q̃n ſortilegi ad ipſa ſortilegia
ꝑficienda aſſociant ſibi hæreticum aut pueriũ
rebaptizant,&c.q̃dam alia his ſimilia faciũt.
6 † Secundo aũt caſu q̃n hæc fiunt ab his qui
ſunt tacitæ ꝓfeſſionis,& tũc diſtingue ſm ꝙ
facit Oldr.in ꝯſ.210.q̃d incipit,regularis ha
bet traditio,&c.vbi dicit ꝙ aut implorat au
xilium dæmonis ad ea faciẽdum, aut cogno
ſcendũ q̃ ipſe dæmõ ſua nãli virtute,& prãte
facere põt diuina virtute non reprimente,ſi-
cut eſt hoiem tentare ad peccandũ aut flecte
re pudicos animos ad libidinẽ,& ſimilia face
re,vt dictũ eſt ſupra late in 3.& 6.q.& illo ca
ſu nõ ſapiunt hæreſim manifeſte, vt dicit gl.
& not.Archid.Gem.& cæteri Doct.in d.c ac
cuſ.§. ſane. idẽ eſſet ſi eius virtus inuocet ad
reuelandũ furta vel alia occulta pñſentia vel
pterita,ad pparandum docẽdumq́. medelas,
ad ſanandũ maleficiatum:iſta licet fieri oino
ꝓhibeant dæmonis auxilio de iure canoni-
co,vt hr̃ in c.2.de ſortil.vbi copioſe per Pa-
nor.& 26.q.vlt.c.admoneant. tñ nõ ſapiunt
hæreſim manifeſte,q̃d patet ex gñe pœnę,vt
in d.c.2.de ſortil.& p Old.in d.cõſ.210.Aut
implorat auxilium dæmonis ad cognoſcen
dum vel faciendum ea,q̃ de ſui nã ſcire aut fa
cere non põt, quia ſunt de his q̃ pertinet ad
ipſum creatorẽ,vt ſupra late diximus, & tũc
ſi q̃s putat dæmonẽ poſſe facere p ſeipſum
illa q̃ ad ſolum Deum pertinent eſt hæreti-
cus,& pagano deterior.d.c.epi.§.q̃ſq̃s in fi.
7 & d.c.q ſine ſaluatore. † Sed q̃ro q̃d ſi aliq̃s
aſſumeret hoſtiam ſacratã in ſortilegijs ipſis
q̃ fiunt maxime ad amorem,in q̃bus ſæpius
illa ſacra miſcent, vt diximus ſupra in 2.&
3.q.an iſta ſapiunt hæreſim manifeſte q̃n in
eis nullus hereticus interuenit,diſtingue aut
illa fiunt ad effectum cognoſcendi aiũm mu
lieris vel viri ſi amat illum aut illam,q. vel q̃.
ſortilegia facit,vt ſæpius faciunt iſti amãtes,
q̃ ſunt dementes, aut fiant ad effectum indu
cendi amorem erga ſortilegum aut ſortilegã
in corde illius amatæ pſonæ q̃ nullũ vel mi
nimum habet amorẽ,Primo caſu non vr̃,ꝙ
ſapiant hęreſim manifeſte,ex quo in hoc ſor
tilegio implorat auxilium illius ſacri ad ea
q̃ ſunt ꝓpria diuinæ virtutis.ſ.ad reuelandũ
ſecreta cordis hoium ſm q̃d ꝯcludit Oldr.in
d.ꝯſ.210.de quo ſupra ꝓxime diximus,hęre
ticũ potius eſſet ſi ꝓ notitia occultoꝝ prædi
ctoꝝ q̃s inuocaret auxiliũ dæmonis,putans
dæmonẽ poſſe ipſa reuelare ex certa ſcientia
ſm ꝙ dicit idem Oldr.in d.conſ. & diximus
ſupra.Et ſm hoc no.q̃d multi hodie incidũt
in hanc ſpeciem hæreſis,quia plures ſunt ex
iſtis amantibus fatuis q̃ facere ſtudent hæc
eoꝝ ſortilegia,cu alijs diuerſis rebus,vt ſciãt
aium amatę,ſiue amaſij,an teneat dilectio-
nẽ ſui.& hi q̃ in hac opinione ꝑſiſtunt firmi
8 ter id credentes ſunt hæretici,alias nõ. † Se
cundo vero caſu q̃n fiunt ad effectum calefa-
ciendi cor frigidum,& illa ſilr̃ non vñr ꝙ ſa-
piant hæreſim manifeſte, q̃m inuocat ſuffra-
gium illius ſacri ad diligendũ, ſed dilectio in
ſe non eſt pc̃tm̃ , imò vr̃ eſſe meritum apud
Deum,vt hr̃ in diuinis p̃ceptis . Diliges ꝓxi
mum tuum ſicut teipſum.& nota.Matth.22.
c. & dixit Paul. Apoſt. ſi oẽs virtutes habue
ro charitatem aũt non habeam nihil ſum, &
not.in c.firm.de hær.gl.tñ in d.§.ſane.c.ac-
cuſ.de hæret.lib.6.vr̃ tenet ꝯtrarium ꝙ ſorti
legia in q̃bus interuenit hoſtia conſecrata ſa
piunt hæreſim manifeſte,dũ ponit plura exẽ
pla in q̃bus ſortilegia ipſa ſapiunt hęreſim
manifeſte,ponit et̃ illud de per ſe q̃n interue
nit hoſtia ꝯſecrata,nec ſpecifice ponit ad quẽ
effectum illa fierent, vnde intelligi poteſt ad
oẽm turpem effectum,maxime vbi vertit mã
peccati : & ab iſta opinione q̃ fauorabilis eſt
ꝓ fide non diſcederem,vt dicit text.in d.c.ac
cuſ.maxima.n.temeritas eſt illius xp̃i q in re
bus vanis,& laſciuis tãti ſacri abuſum audet
miniſtrare. Et ad ea q̃ ſupra in ꝯtrarium ad-
ducebant. R̃ndeo,nec nego ꝙ diuina virtus
precibus implorata ad reuelandum ea q̃ ſe-
cretiſſima ſunt in corde hoium hoc facere
poſſet,qa hæc ſunt ſub eius arbitrio,& pote
ſtate,non aũt dæmonis, q̃ eſt creatura , hoc
eſt verum quotieſcunq; ꝯſultatio ipſa fieret
debito modo iuxta ritum veri diuini cultus,
& xp̃ianæ religionis,& p modum ſacrificio
rũ q̃ in eccleſia celebrant p bonos ſacerdo-
tes,nõ aũt iſto modo ſuperſtitioſo,& retrogra
do,iuxta not.in c.nihil in ſacrificijs. de ꝯſec.
diſt.

diſt. 1.& not.in c.cũ marthæ.de celebra miſ.
vide dom.Ioan.lec.in ſum.ↄfeſ.in tit.de ſort.
9 q.19.& q.vlt.† ꝑ iſta.n.ſortilegia nõ implo-
raĩ auxilium ſacri mixti in ſactura aut ipſa
diuina virtus ad reuelandum iſta,ſed potius
dæmonis ſuffragiũ vt illa reueler ꝑ abuſum
iſtoꝝ ſacroꝝ cui oia hmõi opera ſortilegia
immolanĩ ꝑ illam amicitiam quam ibi male
fici hñt cũ dęmone ẜm pacta inter eos inita.
26.q.5.c.nec miꝝ. ver.ad hæc oia & Io.lec.
in ſum ↄfeſ.eo.tit.c.2.& hoc faciũt in oppro
briũ diuinæ maieſtatis,& ſi qua rñſa reuela-
tionis inde ſequanĩ, illa ꝑfecto ſunt diaboli
ca,& non diuina, ſed iſtũ tam turpẽ abuſum
ſacroꝝ diabolus iſtruit hoiem facere vt ſub
eo ipſe facilius adoreĩ ab hoie in dedecus di
uinæ bonitatis,& hoc modo hoiem decipit,
vt dñt Canoniſtæ,& ſacri Theologi in locis
ſupra not.in 6.& 7.q.& hř in d.c.epi.Ad ẜm
dũ dicebaĩ ꝙ diligere in ſe non eſt pc̃tm̃, eſt
veꝝ qñ dilectio eſt ipſa in caritate fundata,
tũc.n.eſt opus meritoriũ Deo,qa caritas eſt
recta volũtas ab oibus terrenis,ac præſenti-
bus penitus aduerſa iuncta vero Deo inſepa
rabiliter vnita igne quodam ſpiritus,omnis
extraneæ corruptionis neſcia,nulli vitio mu
tabilitatis obnoxia, ſupra omnia q̃ carnalĩ
diliguntur excelſa, & in effectu conclude ꝙ
illa eſt dilectio maxima circa diuina,& eccle
ſiam vel erga proximum ꝑꝑ Deum q̃ reſpi-
cit aiæ beatitudinem non hæc mundana fra
gilia.vide tex.ꝑclarum de pœn.diſt.2.c.chari
tas eſt,vbi plura ſingularia de charitate nar-
rantur,hæc.n.eſt illa charitas,& dilectio quę
habet meritum regni cœleſtis, hæc eſt illa de
qua locutus fuit Paulus Apoſt.& Matth.22.
c.& de qua loquiĩ diuinum ꝑceptum.& text.
in d. c. firmiſſime.& ibi gl.ceteræ vero dile-
ctiones carnis q̃ terrenæ ſunt potius habent
annexum pc̃tm̃ q̃ meritũ reſpectu vltimi ef-
fectus qui eſt carnalis coitus, & ꝑꝑea ille q
putat ſacr̃m Euchariſtiæ oꝑari ea q ſunt me
diate vel immediate pc̃tm̃, eſt in maximo er
rore,nec caret manifeſtæ hæreſis ſuſpitione,
nihilominus in iſtis ſp me refero ad cõem
Theologoꝝ opi.& rectum iudicium ſanctæ
matris eccleſiæ. Oldradus aũt in hac mã in
conſ.ſuo.210.qđ incipit regularis habet tra
ditio,&c.ſic diſtinguit dicẽs ꝙ ſortilegia ſim
plicia,itẽ pocula amatoria,vel aſſumere ho-
ſtiam non ſacratam iſta non inducunt hære
ſim.vt in c.1.de ſortil.& in rub.eo.tit.l.ſi qs
aliquid. §. qui abortionis.ff.de pœn. & c.de
hoie.de celebratio. miſſ. Imagines vero face
re ad amorem mulieris ꝓuocandum dicit ip
ſe ꝙ magis vř eſſe ſuperſtitioſum quam hæ-
reticum.Sed circa hoc duo ſunt ↄſideranda.
Primum eſt modus inuocationis,q̃uo inuo-
catur dæmonis ſuffragium.Secundum eſt cõ
10 ſiderãdum circa rem quæ expetitur.† Primo
igiř caſu aut inuocaĩ auxilium dæmonis per
modum imperij,& ſuffragio, aut per modũ
adorationis,& cultus latriæ,primo caſu aut
imploraĩ ad tentandum, & flectendum pudi
cos animos mulierum ad libidinẽ,vel his ſi-
milia,quæ ſunt de ꝓpria dæmonis nã. & nõ
ſapiunt hæreſim,vt hř in Apoc.2. c.ecce miſ
ſurus eſt diabolus aliquẽ ex vobis in carcerẽ
vt tentemini.&c.& hř Matth.4. Marc. 1. &
Luc. 4. hoc.n. eſt ꝓprium dæmonis tentare
hoiem ad peccandum,vt ibi dř,& diximus ſu
pra ea.q.in princ.Aut imploratur eius auxi-
lium ad ſciendum futura, vel ad aliqd aliud
faciendum,qđ ſoli Deo creatori cõpetit, &
tunc ſapiunt hęreſim manifeſte,qa vult attri
buere creaturæ qđ eſt ꝓpriũ creatoris, vt c.
accuſ.§.ſane,de hæret.lib.6.& ibi not Doct.
11 † Secũdo vero caſu principali qñ inuocatio
illa fit per modum adorationis,& cultus la-
trie adorando diabolũ,abſq; dubio illud ſa-
pit hæreſim, imò eſt ꝓprie hæreſis adorare
diabolum,ſi n.adorare hæreticũ eſt hæreſis
non ꝑꝑ pſonam, ſed ꝑꝑ vitium in quo eſt
graue pc̃tm̃,vt dicit Old.ibi.& Gem. in d.c.
accuſ.§.ſane ita,&multo fortius adorare dia
bolum eſt opus hæreticũ,qđ.n.maius, & de
teſtabilius vitium eſt ꝙ adorare diabolum?&
hic non ponderaĩ perſona,ſed vitium qđ cõ
mittetur in illa adoratione.Et ideo diligẽter
eſt aduertendum ad modum,& formam,qui
bus dæmonis ſuffragium inuocatur, qa ſi ꝑ
modum imperij,& gratificationis, & petuni
ea q̃ diabolus facere põt non ſapiunt hære-
ſim,ſi vero ꝑ modum certæ adorationis,tũc
ſapiunt hæreſim expreſſe ꝑ ea q̃ ꝓxime dixi
mus q̃ fuit ſingularis doctrina Oldr.in d.ↄſ.
210.Ex qua not.ſingularem cautelã in pra-
ctica ꝓ aduocatis vt ſint cauti in formando
poſitiones,& interrogationes ꝙ ꝑ modũ im
perij ſeu gratificationis qs inuocauit auxiliũ
dæmonis,& iſto mõ euitabiĩ labes hęreſis,ſi
vero ponat ꝙ ꝑ modum adorationis,& veri
cultus latriæ qs incidit ꝓprie in hæreſim, ꝑ
12 ea q̃ ſupra diximus.Poſt hęc videndũ eſt † qđ
de-

de ſacerdotibus qui cauſa doloris ſpoliant altaria,& celebrant miſſas veſte lugubri in li uorem, & odiũ alicuius inimici, vel celebrãt miſſas defunctorũ pro ipſis viuentibus,& ſumũt pces vt citius moriant̃,vel incurrãt mor tis periculũ, nunq̃d iſta ſapiunt hæreſim ma nifeſte? dic q̃ non,qđ apparet reſpectu pœ næ q̃ imponit̃ ꝑ iſto crimine.26.q.5.q̃cunq; & clarius dicetur infra eo.q.ſeq.vbi tradetur de pœnis iſtorũ. Deinde q̃ro q̃d ſi clerici,vel laici crucem,aut imaginem B. Mariæ virginis,ſeu aliorũ ſctõrũ irreuerenti auſu ꝓiecerunt in terrã,& ſpinis, vel vrticis ſuppoſuerunt,aut pedibus forſan calcauerint,an iſta ſapiant hęreſim manifeſte,vel dicant̃ proprie opera hæretica,& ſiũr dicas q̃ non,licet grauiſſimum ſit pctm̃ in ſe.ca.ſi canon.§.fin. de

13 de off.ord.lib.6. Vlterius † quæro quid ſi ſacerdos celebrat vnã, aut plures miſſas ſuper hoſtia quam nunq̃ ſacrauit, ſi poſtea cõicat ſe cum illa an incidat in hereſim,vel dicatur hæreticus ex eo,ſiũr ſi aliquis accepit hoſtiã ſuper qua celebratæ fuiſſent vna aut plures miſſæ,non tñ fuit ſacrata, & illam immiſcue rit in ſortilegijs,maxime his q̃ fiunt ad amo rem,an incidat in hereſim ſacerdos q̃ miſſas illas ſcienter celebrauit, & ille qui hoſtiam cõmiſcuit in ſortilegijs,dic q̃ neuter cõmittit hæreſim q̃uis grauiter peccat vterque,ca. de hoĩe,de cel.miſ.& ꝑ Old.in d.conſ. 210. in 3.col.& diximus vnum verbum ſupra ea. q.in princ.& hr̃ per d.Ioã.lect. in ſumma ꝯſ. eod.tit.q.12.& 6.Nec omittã eos qui in ſortilegijs ſuis apponunt imagines illaſq. baptizant ſub noĩe pſonæ maleficiandæ vt aſſi gent in eo vel ea illud accñs qđ ipſi,vel ipſę deſiderant, an iſta ſapiũt hæreſim manifeſte, dic q̃ ꝯſiderãdũ eſt ad quẽ effectũ imagines illæ fuerunt fabricatæ, & ad quem effectum tendunt ſortilegia,& ad q̃d imploratur auxi lium dæmonis,aut ad ea q̃ facere põt virtute ſua nãli, aut ad ea quæ ſpectant ad creatorẽ, item ſub quo modo, & forma implorãt dæmonis ſuffragium,aut ꝑ modum imperij, & gratificationis,vel ꝑ modum adorationis,& cultus latriæ,de quibus omnibus diximus ſupra eadem.q.ideo non inſiſto vlterius in declaratione,vide d.Io.lect.in ſum.ꝯſ. eo.tit.q.

14 12. † Quid de his q̃ in ipſis ſortilegijs immiſcẽt reliq̃as ſctõrũ Martyrũ.ſ.particulas oſſiũ carnis,aut neruorũ capillorũ vnguiũ, & ſi miliũ,vel particulas aliquas veſtiũ eorundẽ, vel D.N.Ieſu Xpi,B.virginis Marię,ſeu alio rũ ſanctorũ,aut ſanctarũ,an ſortilegia ipſa di cantur eſſe hæretica, vel ſape hæreſim mani feſte,ꝓſuppoſito q̃ immixta fuerint in ſortilegio amatorio,vt ſępius fieri ſolet,dic q̃ nõ ſunt hæretica,nec ſapiũt hæreſim manifeſte, q̃uis negari nõ põt q̃ ſunt valde ſupſtitioſa dãnanda,qđ eſt verũ qñ fieret ipſa ſortilegia ad flectendũ pudicos aios ad libidinẽ,vel ad alios effectus q̃ fieri pñt ꝑ dæmonẽ, & non interuenit cultus adorationis, ſi vero interueniret cultus adorariõis, & fierẽt ad ſciẽdũ illa q̃ ptinẽt ad Deũ ſꝑ ſapiũt hęreſim mani feſte,ut late dixim⁹ ſupra ꝓxime.vide S.Th. in ſum.2.2.diſt.95.art.3.verſ.dicẽdũ,in ti.de ſupſt.vbi hoc idẽ tenet.idẽ ẽt Io.lec.in ſum.

15 ꝯſ.eo.ti q.16.Modo † q̃ro q̃d de his q̃ ſacra eccleſiarũ vt eſt oleũ ſctm̃ baptiſmatis, crismatis,vel extremæ vnctionis, aut aq̃ fontis baptiſmatis ĩ dictis ſortilegijs cõmiſcuerint, an ſapiãt hæreſim.vt ſupra,& br̃ dicas q̃ nõ, qđ patet ex diuerſitate pœnarũ indictarũ ꝑ hmõi maleficijs,q̃ ſunt diuerſæ à pœnis hæreticorũ,de q̃b.in c.ad abolẽdã,& c.verg.extra de hær.& late diximus intra de hær. q.6. Qđ tñ eſt verũ qñ ꝑ ipſa ſortilegia non implorat̃ auxiliũ dęmonis,niſi ad ea q̃ de ſui nã facere põt,de q̃bus alias diximus ſup.ead.q. & q.6 & 7.ſi vero inuocat̃ ad ea q̃ nõ ad ipm̃ ſed ad Deũ creatorẽ ſpectãt ſine dubio tunc ſaperẽ hæreſim manifeſte, vel ſi dæmonis ſuf fragiũ inuocat̃ ꝑ modũ adoratiõis,& cultus latriæ,q̃a ipſi ſortilegi,& eos ꝯſulẽtes adora rẽt cũ deuotiõe diabolũ,tũc illorũ opa eſſent hętica,alias ſi ꝑ modũ impij,vel gratificatio nis,dicas q̃ nõ,vt ſupra ꝓxime diximus, & ꝑ Old.in d.ꝯſ.210.Et ideo dic,q̃ ſi q̃s in ipſis ſortilegijs q̃reret auxilio dęmonis ſcire ſi mulier in corde ſuo amat ipm̃ amãtẽ,vel ecõ uerſo qñ mulier ſortilegat erga virũ iſto caſu ſortilegia ſapiũt hæreſim manifeſte,q̃a ſecre ta cordis hoim nemo ſcit,niſi ſolus Deus,& cui ipſe voluit reuelare,& hr̃ 2.q.4.cap.ꝯſul.

1 Vigeſimoſecundo quæro † An de hæreſi poſſit qs accuſari poſt mortem. & dicendum q; ſic. vt 24 q. 3. c. fin. & in c. filij. de hær. lib. 6. de quo eſt bona gl. 24. q. 2. in ſum. hoc tamen limitat gl. 23. quæſt. 4. cap. ipſi pietas. niſi illi dum viuerent eſſent bonæ famæ. per c. in primis. 2. q. 1. ſed intelligē eam in caſu in quo loquitur. ſ. qñ ille qui accuſat eſſet hæreticus vel alias inhabilis, & ſic ēt loquitur tex. in d. c. in primis. alias aūt crederem φ hmōi accuſatio ēt ɔtra non infamatum eſſet poſt mortem admittēda, & hoc iudicio meo ꝓbat ſatis aperte. tex. i d. c. filij.

puinciť aūt in hoc caſu mortuus de crimine ſi poſtq̃ erat accuſatus ſeipſum occidit. nam tunc conſcientia criminis ſe vř occidiſſe. pro eſt gl.not.in l.ſi.C.de iur.fiſ.lib.10.& ibi te-
2 net Bart.Illud † iñ limita niſi hęres vellet in nocentiā purgare defuncti,vel id q̃ ꝓ innocentia reputať,vt eſt q̃libet iuſta defenſio vtputa pſcriptio, vel q̃ fecit ad ſuā defenſionē & ſimilia, nam q hēt iuſtam defenſionem in nocenti par eſt. nā eius factum pōt defendi, q̃uis oino excuſari nō poſſit.ff.ad l Iul.repe. l.lege Iul.§.ſi.ita tenet Bal.in l.2.C.q teſt.fa. po.ſed in crimine hęreſis.difficilime innocētia poſſet ꝓbari,cū in aio ꝯſiſtat hęreſis,niſi eſſet caſus vbi ex aliquo particulari facto vel dicto illa ꝯcluderet.& adhuc eo caſu ſi illi in vita de hoc crimine fuiſſent infamati vel ſuſpecti pdicta accuſatio nō admitteret. vt i c. filij. de hær. lib. 6. qđ tñ intellige iuxta ea q̃ inferius dicam in eodē mēbro, pſcriptio ēt in hoc crimine viuente hęretico nō ꝓcedit,
3 † ſed eo mortuo admitiť ſola quadragenaria ad tuendū hæredes ſuos, quo ad bona q̃ habuerūt ab hæreticis. dūmodo illi dū viuerent catholici putarenť.alias ſecus. totū hoc ꝓbat tex.not.in c.2.de pſcrip.lib.6.p quem tex.declarať.l.apoſtatarꝫ. C.de apoſta. Formam aūt ꝓnunciandi hoc caſu, & ſimilibus ꝯtra mortuum vide p gl. nor. in §. p ꝯtrarium.inſt.de hær.q̃ ab inteſt. defe. Cōſidera tñ quod iſta accuſatio admittiť in finē occupandi bona illius quem in vita ꝯſtat hæreticū fuiſſe.non aūt vt aliqua pœna alia puniatur. vt voluit gl. in d. ſum. & ne mirandum
4 de hoc, † cum ēt ſi ꝯtra viuentē eſſet accuſatio inſtituta, ſi tñ anteq̃ pœna ſibi inferetur mortuus extitiſſet non eſſet in eius corpus aliqua iuſtitię executio poſt mortē fienda p tex.notab.in l.defuncto. ff. de publ. iud. ex quo manifeſte ꝯuincunť errare aſſeſſores, ſeu iudices maleficioꝝ, qui in defunctos faciūt executionē pęnę capitalis. & hoc tenet Ang.in d.l.defuncto. & faciūt ad idē not. p Cyn.in l.2.C.q teſtam. facere pñt. caucant igiť ab hoc, alias tpe ſyndicatus ꝯueniri poſſent, tanq̃ inferentes iniuriā cadaueri. in l. 1.§.quoties.ff.de iniur.dicit tñ Ioā.de Imo.
5 in d.l.defuncto,qđ q̄nq; † de facto ſeruatur ꝯtrariū preſertim in grauibus delictis.& vbi eſſet talis ꝯſuetudo tollerāda eſſet,in odium & deteſtationem eoꝝ.& pp facti memoriā. argum.eius quod hř.15.q.1.c. mulier. vbi ēt animal irrationale punitur pp facti memoriam. & argum eius quod hř in c. cum ad monaſterium, de ſtatu regu. vbi monachus qui in morte non reſignauit pecuniam quam tenebat tanq̃ ꝓpriam ſine conſenſu abbatis, iubeť ſepeliri extra cœmiterium cum pecunia in ſterq̃linio, in ſignum pditionis.† Pœna tñ excōicationis aſtringi pōt 6
hæreticus poſt mortem. 24. qō. 3. ſane. & per gl.ca. cauſſa. & quæſtione in ſumma,& idem tenet gl.in c.ſi quis epſ. eod. tit. & talis excōicatio nō ideo fertur vt ille amplius ligetur, quia ille iam æternaliter eſt damnatus.ſ.in criminis deteſtationē, vt ceteri hoc iudicium terribile eccleſiæ audientes, ſimilia committere contremiſcant, ſm Archidiaco.in d. ſumma,hodie iñ non eſſet neceſſe in eos ferri ſniam, cum à iure ſint excōicati,de hæreticis,excōicamus. lo 1. non iñ tollitur ꝓpea quin poſſent ēr ab homine excōicari, iuxta notata per Gloſſ. & docto. in c. ita quorundam. de Iudæis. Infertur
7 † etiam ipſis alia pœna poſt mortem,qm eorum corpora non debent hēe eccleſiaſticam ſepulturā,immo quicunq; eos præſumpſerit eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere ipſo facto ſententiā excōicationis incurrant vſq; ad ſatisfactionē condignam,à qua abſolui nō debēt niſi proprijs manibus publicæ extumulent, & proijciant hmōi corpora dānatorum, & vltra hoc locus ille perpetua debet carere ſepultura.vt in c.quicunq;.in prin.de heret.li. 6.& pōdera illū text. qui requirit q̄ ſuis manibus extumulent.& ſic non ſatis eſſet ſi per alium facerēt,vt dicit .bi glo.requirit ēt tex.
8 qđ extumulent publice.Cōſidera iñ q̄ † iſta accuſatio poſt mortē habet loco iñ in hæreticis,non aūt in credētibus,fauoribus,& receptatoribus eorū qui non ſunt hæretici,qa morte eorum hmōi crimina extinguntur, vt probat tex.in c.accuſatus.§.porro,eo.tit. lib.6.& huius ratio eſt,quia iſtorū bona ſunt ipſo iure confiſcata,vt in eo.ca.§. ſi vero. & hanc concluſionē tenet Archi.Io.Imo.& Io. Andr.in d.§.ſi vero.quo ad carentiā tñ ſepulturæ eo iure quo hæretici cenſenť, vt in d.c.
9 quicunq; in prin.Sed iuxta pdicta † quero eo caſu quo procediť contra mortuū,an ſi aliq̃s voluerit eū defendere admittatur. gl. tangit q.24. q. 2.c.damnationis.& tenet q̄ ſic.ff.de procu.ſeruū quoq;.§.publicę. & maxime cū in cauſa criminali pro inuito quis poſſit appellare

pellate.ff.de appellat.nõ tñ.ſed opponit gl.
qũo admittetur cum nõ poſſit cauere de ra-
to.ad quo reſpondet ꝙ ſatis vr̃ hr̃e ratũ, ex
quo non opponit obicẽ cõtrarię voluntatis.
de conſecra.diſt.4.quæris.ſed ego limitarem
hoc eo caſu quo illi in vita non erant diffa-
mari de hæreſi vel ſuſpecti.nã tunc nõ eſſent
aliqui ẽt filij vel hæredes ad eorum defenſio-
nem admittẽdi,pro quo iudicio meo eſt tex.
apertus in d c.filij. Sed illo caſu aduertendũ
eſt ꝙ ẽt ſi non admittunt̃ defenſores ad ex-
cuſandum delictum, vel ad opponendum ſe
contra ꝓbõnes.& contrarium probandum
10 admittendi † tñ ſunt ad probandum corru
ptionem vel falſitatem illius ꝓbationis, ita
ꝙ ↄcludant illam non eſſe legitimam ꝓba-
tionem, qa ſolũmodo à iure excludunt̃ ad
ꝓbandũ ↄtrarium directum eius qđ ꝓbatũ
fuerat,ſecus aũt ꝑ hunc modum indirectũ.
ſic determinat Ioan.And.in nouel.in d.c.fi-
lij. quem ſequit̃ ibi Domi. & per hoc habes
no. intellectũ ad oĩa iura q̃ volunt ſtare ali-
cui ꝓbõni, & non admittunt ↄtrariam ꝓ-
bõnem.debent.n.intelligi modo prædicto.
facit in ſimili quod no.gl.& Bar.in l. iuriſgẽ
tium.§.qđ fere.ff.de pac.limitarem ẽt,& ſe-
cundo illum tex. vt intelligatur tñ in filijs
vel hęredibus. mortui hæretici,qui ſunt ad-
mittẽdi illo caſu,ſecus aũt in alijs extraneis.
arguendo ex illo tex. ꝑ locũ à ſpeciali ſicut,
& multa alia ſpecialia ꝑꝑ deteſtationem tã
ti criminis reperiuntur ſtatuta, ad quod ẽt
ſeruit ratio gl. ibi poſitę quæ dicit ꝙ alioꝝ
non intereſt ſe opponere huic defenſioni,&
defenſio q̃ admittitur ex fauore publico ꝑ
quęcunq; ꝓſtita, vt in d. §. publice,excludit
ꝑꝑ eundẽ fauorem publicũ, cuius maxime
intereſt tam nephandũ crimen indilate pu-
niri, & inde eſt ꝙ ẽt ſi in alijs criminibus ne
dum condemnato,ſed ẽt tertio permittatur
in fauorem condemnati appellare, vt l. non
tñ. ff. de appella. in hoc tñ crimine ẽt ipſi
condemnato appellationis remedium inter
dr̃,vt late ſuperius diximus, & hoc ꝑꝑ cri-
11 minis enormitatem. † Sed quæro cui pœ-
nę ſubijcietur iſte qui mortuum accuſauit ſi
ſuccumbat in accuſatione.gl in d.c.ſane,di-
cit ꝙ ei cui ſupponeretur accuſatus ſi viueret,
& non ei cui modo ſupponit̃.nec mirum cũ
grauius ſit peccare in mortuum,q̃ in viuum.
vt C. de ſepul. vio. l. qui ſepulchra, ſed ego
dubito an illud ſit verum,cum accuſator ſuc
cumbens puniat̃ ſimilitudine ſupplicij.C.de
accuſ. l. fi. imò ab hac pœna in multis caſi-
bus accuſat̃,de quibus ꝑ gl.not.in athletas.
§.calumniator.ff. de his qui notantur infa.

1 ☞ Filijs hæreticorum quæ pœna irroganda ſit, & quæ filijs fautorum,et receptorum.

2 Filius hæretici an ipſo facto perdat eccleſiaſticũ beneficium.

3 Pœna quæ filijs hæreticorum à iure infliguntur, an ad baſtardos,aut ſi manus illegitimos extendantur.

4 Filij ſimplex appellatio in caſu rationabilis odij, etiam naturalem comprehendit.

5 Pœna quæ filijs hæreticorum irrogatur an etiã ad liberos ante paternam hæreſim natos extendatur.

6 Inquiſitores prauitatis hæreticæ an poßint ſtatuta aduerſum hæreticos condere, et quid in delegatis ad vniuerſitatem cauſarum.

QVAESTIO XXIII.

1 VIgeſimotertio quæro, † de pœna
filijs hæreticorum infligenda. Ad
quod eſt dicendum, ꝙ puniuntur in
ſucceſſione paterna, nam in bonis paternis
minime ſuccedunt, imò illa fiſco applican-
tur.Si.n.in crim.læſæ maieſt.hoc eſt inſtitu-
tum, à fortiori in crimine hęreſis locum ſi-
bi debet vendicare,cum longe magis ſit ęter
nam q̃ tpalem lædere maieſtatem. ſic dicit
tex.de hęret.c.vergentis. Puniunt̃ ẽt alia pę
na: qa filij hæreticoꝝ,& receptatoꝝ vſq; ad
ſecundam gñationem ad nullum eccleſiaſti-
cũ beneficium officium publicũ admitti de
bent,& ſi ſecus actum fuerit eſt illud irritũ,
& inane.vt c.qcunq; §.hęr.eo.tit. lib. 6. qđ
intellige de ſecundo gradu deſcẽdentiũ ꝑ li
neã maſculinã. In deſcendentibus aũt ꝑ li-
neam maſculinam ad primum gradũ dunta
xat extendit̃,vt in c.ſtatutum,lo 2.eo. tit. &
lib.Item illud intellige de illis quorum ꝓge
nitores iuxta ꝓdictam diſtõnem fuerunt hæ
retici vel deceſſerunt hæretici.non aũt illoꝝ
quos emendatos eſſe ↄſtiterit, & reincorpo
ratus eccleſiæ vnitati, & pro culpa hmõi ad
mandatum eccleſiæ pniam recepiſſe, quam
ipſi vel iam ꝑfecerunt vel humiliter proſe-
quuntur, vel ſunt parati ad recipiendum eã
2 dem.vt in d.c.ſtatutum.§.fi. † Sed iuxta præ
dicta dubitat̃,nunqd filius hęretici ipſo fa-
cto ꝑdat beneficium eccleſiaſticũ qđ hẽt gl.
in

in c.ſatis peruerſum. 56.diſt.ↄcludit ꝙ non,
& ſic tranſit Panor.in d.c.vergentis. remit-
tens.ad gl.in d.c. quicunque,ſed aduerte qa
gl. in dict. c. ſatis peruerſum, non loquitur
in crimine hęreſis, ſed in crim. læſæ maieſt.
& gl.in d.c. quicunque ad quam remittit nil
dicit de hac mã.Io.And. in nouel. & Dom.
in c.vt commiſſi.§.priuandi.eo.tit. & li. te-
net ꝙ tales ipſo iure ſint priuati beneficijs ,
nec eſt fienda diſtinctio fuerint talia benefi-
cia collata filijs , vel nepotibus ante delictũ
parentũ,vel poſt, ſed ſimpliciter eſt dicendũ
qđ ꝑdiximus,pro quo facit tex.in d.§.priuã
di.q ſimpliciter loquitur,& text.in c.felicis .
§.quod ſi quis de pœ.lib. 6. Nec ob. ſi dicat
ꝙ ille. §. loquit̃ in alio caſu,quia ſm eos il-
lud eſt longe minus delictum q̃ iſtud , ad qđ
ẽt facit d.c. ſtatum,ſed ſalua meliori delibe-
ratione ego crederem eſſe fiendam illam di
ſtõnem , quia aut beneficia fuerunt collata
ante delictum parentum , & filij non ſunt
illis ipſo iure priuati, aut fuerunt poſtea col
lata , & ſunt priuati , & pro hac diſtõne fa-
cit text.in c.quicunque.§.hæret.iuncto d. c.
ſtatutum , vbi inhabilitant̃ ad beneficia ob-
tinenda filij hæreticorum,&c.& ſic iura præ
dicta loquuntur tñ de obtinendis poſt hæ-
reſim parentum,non tñ ante . nec obſt. tex.
in d.c felicis . §. quod ſi quis,quia loquitur
in alio crimine q̃ hæreſis, nec eſt fienda ex-
tenſio cũ ſit ius pœnale.ꝑ iura vulgaria,& ſi
illud eſſet verũ oẽs pœnę ↄtẽtę in d c.felicis.
hñt locum contra hęreticos ꝑ fundamẽtũ
iſtorum,de quo ſupra,qđ eſt abſurdũ,preſer
tim qa interdum,ꝓ minori delicto imponũ
tur maiores pœnæ.& ſic rõ argumẽtationis
coꝝ non ꝓcedit.ꝓ quo eſt tex.in d.c.admo
nere.33 q.2. vbi maior pęna imponitur oc-
cidenti vxorẽ q occidenti matrem , cum tñ
ↄſtet longe grauius delictum eſſe matrẽ occi
dere q̃ vxorem.Reſtat rñdere ad d.c. vt com
miſſi.§.priuandi quod ſatis vr̃ vrgere.& di-
cas quod ille tex. eſt intelligendus ſm iura
prædicta, non.n.inducit nouum ius quo ad
hanc priuationem, nam ille tex. principalr̃
emanauit ad declarandum in quibus inqui-
ſitores ſine diœceſano poſſent procedere .
Vnde qđ de priuatione beneficioꝝ dr̃ enun
ciatiue narratur , & per ↄñs diſpoſitionem
non facit,iuxta tex.in c.ſi Papa. de priuileg.
lib. 6. & vbi velles quod diſpoſitionem in-
duceret , debet intelligi de beneficijs poſtq̃

parentes hæreſim incurrerunt , filijs colla-
tis per ea quæ ſuperius diximus, vt iura iu-
3 ribus concordentur . † Vlterius quæro an
pœna quæ imponitur filijs hæreticoꝝ ex-
tendatur ẽt ad baſtardos gl.in d.c. ſtatutũ .
tangit hanc q.& arguit pro,& ↄtra, & finali
ter tenet quod extẽdatur ad eos ne plus ha
beat luxuria q̃ caſtitas, & idem tenet ibi Ar
chi.& ſequit̃ Ioan. And. in nouel. q dicit,ſe
ſic ↄſuluiſſe cum quibuſdam doctoribus cum
illegitimus ſit de ſanguine reſpectus gene-
ris,& in ipſo ẽt timeatur crimẽ paternũ. C.
ad leg.Iul.maieſt.l. q ſq s . Itẽ ſi puniunt̃ filij
illegitimi à fortiori baſtardi , q ſunt odibi-
les legi.arg.de ꝑben.eũ q lib.6.cum ſuis cõ-
cor. Item qa iura gñaliter loquuntur, bene
facit ad hoc.ff.de in ius voc.l.fi. veruntñ ſm
doctrinam Cyn. in d. l. quiſquis,illud eſſet
intelligendũ de baſtardo q patrem certũ poſ
ſet nominare, ſecus aũt eſſet in vulgo quæſi
tis natis ex incerto coitu , qui certum patrẽ
demonſtrare nequeunt , quia tunc ceſſat in
eis rõ cum non ↄſtet illum eſſe patrem eo-
rum,& idem ſequitur Ioan.And.in d.c.ſtatu
tũ.Subdit tñ ibi Dom.ꝙ vbi cõis vſus alicu-
ius ciuitatis vel loci reputaret illos de do-
mo ſm ꝙ dicit ſeruari Florentiæ , & Peru-
ſij , vbi deferunt arma illius agnationis de
qua eſſe putantur , tunc ad eos hmõi pœnę
extenderentur , & dicit fuiſſe hoc de mente
Bart.in l.pronunciatio. ff. de verb. ſig. & in
l.filium.ff. de his qui ſunt vel alie. iu. Con-
4 firmo ẽt amplius hanc partem.† Nam in ca
ſu odij rationabilis ſimplex appellatio filij
comprehendit ẽt nãlem,vt in l. libertinum,
coniuncta rub.C.de interdic.ma.inter.pup.
& tut. hoc aũt odium rationabile eſt . nam
cum crim. læſæ maieſt. filij dicantur digni
paterno ſupplicio,vt in d.l. quiſquis . §. fil-
vero . à fortiori in crimine hæreſis per d. c.
vergentis.ad idem facit quod no. Bart. in l.
2.ff.de acc.& in l.tutelas.ff.de c.dimi.& in l.
fi.C.de verb.ſig.vbi tenet ꝙ ſi ius ſiue diſpo
ſitio loquit̃ per verba nãlia , vtpote filij vel
nepotes,comprehendunt̃ ẽt nãles, & baſtar
di , quia ſm nãm ſi trahunt nãm a patribus
ſicut legitimi ſic eſt aũt in propoſito qm iu-
ra ſuperius inducta loquuntur de filijs hę-
reticorum per verba nãlia.ſ.filij , & nepotes
&c. & pręſumuntur imitatores delicti pa-
terni ſicut,& nãles,imò multo fortius cũ ex
talibus complexibus ſepenumero de gñe vi

ri-

ri,& ſcelerati naſci cõſueuerunt vt dicit text.
5 56.diſt.ſi gens anglorum. †Sed quæro,an pœ-
næ prædictæ ſe extendant ẽt ad filios q nati
ſunt anteq̃ eorum patres hęreſim incurriſſent?
Cald. mouet hanc q. in conſilijs ſuis in tit.
de hæt.conſ.3.& arguit pro & contra, finali
ter tñ concludit, ꝙ non ſe extendant ad eos
per l.emanc patum.ff.de ſena. cum mã ſua.
Item facit qa filius ante natus ex ſuperueniẽ
te dignitate in perſona patris nõ conſequit
priuilegiũ,vel honorem,vt l.ſenator. C. de
dign.lib.12.& l.filij.§.ſenatores.ff.ad muni.
& per ꝯñs ſi non honorem ergo nec pœnã,
vel onus, vt l. ex qua perſona.ff.de reg.iur.
ad idem l.1.§.fi.ff.de bon.poſſ.contrab. & l.
ſi neceſſe.§.ſi deportatus.ff.de bo.lib.ꝑ quæ
iura filij iam nati ꝓꝑ ſuperueniẽtem caſum
in perſonam patris nõ repelluntur à ſucceſ-
ſione,& pro hoc ẽt inducit l.diuo Marco.C.
de qõ.vbi dicit eſſe caſum expreſſum. in l.2.
C.de lib.& eo.lib. Ad cuius cõfirmationem
põt induci,quod in ſimili not.Cyn.in d.l.q ſ
quis,circa filios illius qui cõmiſit crim. læſæ
maieſt.ſed in contrarium facit quod not.ibi
Saly. q tenet illam pœnam ẽt hr̃e locum in
ante natis,cum non minus in eis hęreditarij
criminis exempla ſint metuenda, & qa iura
gñaliter loquuntur,Nec obſtant iura in con
trarium inducta ſm eum, ꝓꝑ grauitatem.n.
criminis læſæ maieſt. contrarium in eo ſta-
tuitur, & per eaſdem rõnes idem ego dicerẽ
in crimine hæreſis,cum ſit lõge maius, vt in
d.c.vergentis.ad hoc ẽt facit text.apertus in
d.c.ſtatutum.§.fin.de hær.ibi cũ dicit,vel ta-
les ẽt deceſſiſſe ꝓbantur, ex quo innuit ſuffi
cere,ꝙ patres eorum in morte fuiſſent hæreti-
ci. nec põt dari conueniens ſolutio ad illum
tex.ad idẽ facit d.c.filij.eo.tit.quod loquitur
de illis q oſtenderunt ſigna hęreſis,cum de-
cumberent in lecto ꝓꝑ infirmitatem de qua
deceſſerũt,&contraria tolluntur ꝑ ea quę di
ximus ꝙ ſit in hoc crimine ſpeciale ꝓꝑ eius
6 grauitatẽ. †Sed an inqſitores hæreticæ praui
tatis poterũt facere ſtatuta vtpote augendo
pœnam contra hæreticos,vel alias circa hoc
crimẽ diſponendo,& dicẽdum eſt ſm Lap.in
c.2.§.ſtatuto. de conſt.lib.6.quod non,quia
ſunt delegati.vt c.ꝑ hoc.& c.ne aliq.de hęr.
lib 6.ex quo infertur,ꝙ ẽt delegatus ad vni-
uerſitatem cauſarum non põt facere ſtatuta,qa
à iure non reperitur ſibi conceſſum. Illi.n.
ſunt delegati ad vniuerſitatem cauſarum, vt
not.gl.in d.c.per hoc. & cõcluſionem iſtam
ſequitur etiam Dom. in d.§.ſtatuto.

1 Ciuitas in qua aliqui inſunt hæretici an tota poßit igne exuri,aut alias deſtrui, latiſſime vſque ad quæſtionis finem.
2 Ciuitas quando dicatur hæreſim committere vt vniuerſa deſtrui poßit.
3 Vniuerſitate punita de hæreſi, an ſinguli quoque puniri videantur, ita vt amplius puniri nõ poßint.

QVAESTIO XXIIII.

1 VIgeſimoquarto quæro, † an ſi aliqui
hæretici ſunt in vna ciuitate poſſit
tota ciuitas exuri ſiue alias deſtrui,
& gl.in ver.oẽs.in c.ſi audieris.23. q. 5. ar-
guit,quod ſic per illum text. & vñr ibi velle
Ioan. & Laur. ꝙ quilibet poſſit hoc facere,
ſed in contrarium inducitur. ea.q.ſi non li-
cet.ver.quaſdam.& verſic.his igitur. & q. 4.
verſ.non ergo.& q.vlt.quodcunque,&quod
not.33.q.2.inter hæc.in 1.gl.Archid.in cap.
præſidentes.de hær.lib.6.dicit quod eccleſia
concedit generalem auctoritatẽ extermina-
di hæreticos.23. q 5. ſi vos. & c.ſi audieris.
quæ non tantum diriguntur principibus. &
facit eadem cauſa.q.8.legi.& de hæret.com-
municamus.§.catholici.vbi etiam ad eos ex
terminandos,cõceditur cruce ſignatis indul
gentia vltramarina,tñ occiſio,& ſpoliatio ta
lium tutum eſt quod fiat ex edicto principis
vel eccleſiæ.c.cum ſecundum leges.eo.tit.lib.
6.ne ex cupiditate vel vltione potius q̃ ex iu
ſtitia,vel obedientia pugnate videantur. 23.
quæſt. 1.quid culpatur.& quæſt.2.c.1.& q.3.
ſex differentiæ,quod etiam tenuit Raine. in
ſumma,eod.tit. verſ.ſed nunquid. & Goffre.
in ſumma.eod. tit. §. ſed nunquid catholici.
& Hoſtien.in ſumma.eod.tit. qualiter euitẽ
tur,verſ.ſed nunquid catholici. Idem ſequi-
tur Ioan.And.in nouel.in d.c. præſidentes.
ꝙ Dom. qui ſubiungit oportere neceſſario
precedere iudicis declarationem ſuper crimi
ne hæreſis ad hoc vt iſta executio fieret, per
d.c.cum ſecundum leges.ſed iſta videntur mi
hi cum ſupportatione nimis crude,& indige
ſte dicta, & in tanta qõne, vbi de tantorum
periculo agitur,& pręſertim vbi innocentes
pro nocentibus punitur grauius,& profun
dius ſcribẽdũ,& calamus magis tẽperandus
fuiſſet,quapꝓꝑ ego dicerẽ ꝙ ẽt ſi aliq de ciui
tate

tate ſint hæretici, dummodo ciuitas ipſa hæ
reſim non incurrerit, adeo quod delictum
illud vniuerſitatis ciuitati aſcribi poſſit, non
ꝓpea ciuitas poſſit exuri, aut alias deſtrui.
nullo.n.iure hoc reperitur cautum, imò iura
clamant in contrarium.ſ.ꝙ peccata ſuos de-
bent tenere auctores.C.de pœ.ſancimus.de
his quæ fiunt à maiori parte cap. quæſiuit.
Ad iura quæ in contrarium inducuntur ſtat
rñſio. ad c.ſi audieris. per quod gl.præfacta
ſe fundat, dici poteſt multipliciter. Primo,
ꝙ illud erat præceptum legis veteris, & iudi
ciale, vt patet clare. nam hr̃ originaliter
Deut.13.& talia in lege noua ceſſauerunt,
niſi de nouo fuiſſent inſtituta, nec legitur no
ua inſtitutio. Nam Cyprianus cui inſcribi-
tur ille tex in decretis nõ habuit facultatem
iura gñalia concedendi, cũ non fuerit Rom.
Pont.eo maxime, vbi de incendio, & morte
inferẽdis diſponitur, vt patet in illo tex.quæ
pœnæ ab eccleſia non imponuntur. ne cler.
vel mona.ſententiam ſanguinis, & eo.tit.eo.
lib.6.& de exceſ.prælatoꝝ, ex literis, vel ali-
ter dicas, ꝙ ille tex.non loquitur de hær.ſed
de idolatris, & iſta crimina ſunt diuerſa, vt
ex ſuperioribus patet. Aliter etiam põt dici,
ꝙ loquitur qñ omnes de ciuitate inficeren-
tur illo crimine, & ſi non omnes, illud tamẽ
tempore illo licite fiebat, ſtãte pręcepto Dei
qui dñs eſt vitæ, & mortis pro quo bonus
text.in d.c.ſi non licet, & in cap. gaudemus.
de diuor.vbi de homicidio Sanſonis fit men
tio. Ad alia vero iura quæ inducit Archid.
videlicet, c. legi, rñdetur, ꝙ auctoritate Dei
illa facta fuerunt qui interius auctoritatem
occidendi inſpirabat, vt in d.c.ſi non licet,
ad c.ſi vos, dicendum eſt, ꝙ loquitur qñ au-
ctoritate iudicis illa fiũt, vt patet in fine eiuſ
dem tex.vbi dicit diligentiſſimi rectores, &c.
ad c.excõicamus.§ catholici.dicas, ꝙ intelli-
gitur qñ in caſu licito bellum contra eos mo
ueretur, & accedente auctoritate ſuperioris
qui hanc cõcedere poſſet, alias autem ſeque
retur abſurdum, quod pro actu illicito, & re
probato Papa concederet indulgentias, quę
iñ pro opere charitatis ſunt indulgendę, iux
ta not. per doctores c.quod autem, de pœn.
& remiſſionibus. Pro quo eſt tex.eo.tit.cum
ex eodem tenet S.Tho.4.ſententiarum diſt.
20. Stabit in hoc concluſio, ꝙ ciuitas laba-
tur in hæreſim, tunc demum poſſit exuri, &
deſtrui, & non aliter. Hanc ſententiam fir-
mat Bar.in l.aut facta.§.nonnunquam.ff.de
pœn.in crimine hæreſis, & in crimine læſæ
maieſt. & alias vbicunque filius punitur ꝑꝑ
delictum patris, & ſic fuit factum de Cartha
gine, quę ꝑꝑ rebellionem paſſa eſt aratrum,
vt ff.quibus mod. vſufruc. amit.l.ſi vſusfru-
ctus. Dicit etiam ſe vidiſſe ſententiam diffi-
nitiuam Imperatoris Henrici quam dedit
contra ciuitatem Brixiæ quæ fuit ſibi rebel-
lis, in qua dicebat illam ciuitatẽ eſſe ſubijciẽ
dam aratro, quã pœnam poſtea ex miſericor
dia relaxauit, quę ſnĩa diffinitiua eſt lex, vt l.
2.ff.de legi.& in l.fin. C.eo.& de re iud. c.in
cauſis.& ita fecit papa Bonifacius qui ꝑꝑ de
licta quorundam templarioꝝ totum ordinẽ
eoꝝ deſtruxit, quia erant hæretici. Hanc aũt
ſententiam nullus inferior à principe ferre
poterit, nec ſine principis auctoritate hoc fie
ri poteſt ſm quod late proſequitur Bart. in
extrauag.qm̃. & idem ſenſit vno verbo.Sal.
2 in l.1.C.de ſedit.in fin. † Sed qñ dicemus ci
uitatem cõmittere hæreſim, vt modo premiſ
ſo puniatur, dicas, ꝙ ſi omnes eſſent hæreti-
ci, vel maior pars, vt in l.quod maior.ff.ad
municip. & hoc tenet Bart.in d.extrauagan.
quoniam in ſimili materia, & requiritur,
quòd conueniant, vt vniuerſitas ad hoc fa-
ciendum vtpote communicato conſilio, a-
lias dicerentur ſinguli facere, & non vni-
uerſitas. iuxta not.per gl.l.ſed ſi ex dolo.§.
1.ff.de dolo. & l.aliud §.refertur.ff.de reg.
iur. neque per hoc credas quod pœna corpo
rali puniantur innocentes pro nocentibus
quod manifeſte patet per ea quæ Bart.not.
in d.§.nonnunq̃.& Saly.in d.l.1.C.de ſedit.
3 † Sed iuxta prædicta quæro an punita vni-
uerſitate de hæreſi modo præmiſſo cenſean
tur ſingulares puniti ad hoc, ut amplius pu-
niri nequeant. Ad hoc rñdeo, ꝙ ſingulares
non eo minus puniri poterunt ſi culpabiles
in hoc delicto reperiantur, quia quod debet
vniuerſitas non debent ſinguli, & ecõtra ff.
quod cuiuſque vniuer.l.ſicut.§.1.ff.de reg.
iur.aliud.§.refertur, facit ff.quod vi aut clã,
l.ſemper.§.ſi in ſepulchro. Ad hanc deci-
ſionem, faciunt not.per Ioan.Mo & Ioan.
Andr.in cap.felicis. de pœn.lib.6.in fin. &
per Bart. in d.l.aut facta.§.nonnunquam.

1 ☞ *Cogendus an ſit quis ad Chriſti veritatẽ am-
plectendam, & an ſolum ſit verbo agendum, di
ſputatione pugnandum, & ratione vincẽdum.*

Quæſtio 25

QVAESTIONE XXV.

VIgeſimoquinto ſupereſt nonnullis
hęreticorum prædictorum obiectio
1 nibus, & calumnijs rñdere. † Di-
cunt .n. neminem ad Chriſti veritatem eſſe
cogendum, verbo eſſe agendum, diſputatio-
ne pugnandum, rationę vicendum, ne fictos
catholicos eccleſia habeat, & huius opinio-
nis fatei Auguſti. ſe fuiſſe cum cecitate infi-
delitatis primitus tenebaē, poſtmodū vero
cum faciem ſuam ad veritatis lucem ꝯuer-
tit, cognouit nedū verbis, & auctoritatibus
hanc ꝯfutari, & confundi ſniam, quinimmo,
& exemplis. Nam, & ciuitaş ſua cū primo to
ta eſſet in partes Donati, ad vnitatem tandē
catholiçam legum imperialiū timore ꝯuerſa
eſt, quam tpe ſuo vidit ita pniciem pfactam
deteſtari vt in ea nunq̄ fuiſſe crederet. Itē, &
aliæ multæ ciuitates ſibi nominatim com-
memorabātur, vt in ipſis rebus agnoſceret,
ēt in hec cauſa recte intelligi poſſe qđ ſcri-
ptum eſt. da ſapienti occaſionem, & ſapien-
tior erit hæc ille in epiſtola ad Vincentium
Donatiſtam. & hñr tranſumptiue. 23. q. 6.
vides, vt opinior, qualiter aiūt, & ſacræ ſcri-
pturæ teſtimonio hoc idem probetur conſi
dera patremfamilias ſeruis ſuis pcepiſſe cum
ad inuitandum ad nuptias in vias, & ſæpe
oēs deſtinaſſet, quoſcunq; inueneritis (in-
quit) bonos, & malos compellite intrare,
legimus quoque. Primo Saulum poſtea Pau
lum ad veritatem cognoſcendam, & tenen-
dam magna violentiæ Chriſti cogentis eſ-
ſe compulſum, qn potius qđ mirum eſt il-
le q pœna corporis ad euangelium coactus
intrauit plus illis omnibus qui verba tm̄ vo
cati ſunt in euangelio laborauit, & quem
maior timor compulit ad charitatem, eius
pfecta charitas foras mittit timorem. Sed,
& circa idem aduerſarij prædicti obijciant
Deum dediſſe liberum arbitrium, & ideo
non dře hoiem cogi ac bonum, qđ, & dona
tus Auguſti obijciebaē, cui, & ipſe rñdet. at-
tende, & ꝯſidera, ꝙ non ideo voluntas bona
miſericorditer impendiē, vt mala voluntas
hois diligatur. Nam quis neſciat nec dam-
nari hoiem niſi merito malę voluntatis. nec
liberari, niſi bonā habuerit voluntatem, nō
tā ideo qui diliguntur male. ſuę voluntati
impune crudeliter permittendi ſunt, ſed vbi
ptās datur, & malo prohibendi, & ad bonū
cogendi ſunt. Nam ſi voluntas mala ſemꝑ
ſua pmittenda eſſet libertati, quare Iſraelitę
recuſantes, & murmurātes tā duris flagellis
à malo ꝓhibeanē, & ad terram ꝓmiſſionis
cōpellebanē. vbi, & ſubiungit multa alia no-
ui, & veteris teſtamenti euidentia teſtimo-
nia, hñr tranſumptiue 23. q. 3. diſplicet hoc
ēt philoſophoꝶ ſchola apertiſſime docet. q
eīm nec nā ad virtutem inclinantur, nec in-
genuos hñt animos vt verboꝶ doctrina du
ci queant (qđ pcipue his ꝯtingit q aſſuetu-
dine longa malū habitū induerūt.) neceſſe
eſt quaſi beluas quaſdā ſub iugo ponere, &
legū auſteritate cohercēdos fore, vt philoſo
phus docet 10. Ethicoꝶ, & per hūc modum
coacti recta operātes virtutū actibus aſſueſa
ciēdo, tandē in bonos viros euadūt, vt ipſe
dicit 2. Ethicoꝶ, ex eo .n. quod multoties
agitur ſm rōnem, imprimitur forma ratio-
nis in vi appetitiua, quæ quidem impreſſio
nil aliud eſt q̄ virtus moralis vt Thomas
ibidem dicit, ad prædicta ēt facit tex. 23. q.
6. §. fi. Adhuc inſtant apoſtolos in ſui fauo-
rem inducentes, quos non legimus violen-
tia aliquos ad fidem compuliſſe, nec à regi-
bus terræ ad hęc auxilia petijſſe, ſed qui ta-
lia dñt, vt inquit Auguſt. ad Bonifacium co-
mitem non conſiderant aliud tunc fuiſſe, &
omnia ſuis conuenire tpibus quis .n. tunc
in Chriſtum crediderat Imperator? quis pro
pietate contra impietatem legis ferendo ſer
uiret, tunc .n. adhuc illuc propheticum im-
plebatur. Quare fremuerunt gētes, & popu
li meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges ter
ræ principes ꝯuenerunt in vnum aduerſus
dñm, & aduerſus Xp̄m eius. nondum .n. age
baē qđ paulopoſt in eodem Pſalmo dř. Et
nunc reges intelligite, erudimini qui iudi-
catis terram. Seruite dño in timore, & exul-
tate ei cum tremore 23. q. 4. ſi eccleſia. Poſ-
ſet ēt aliter eorum obiectio confutari, ali-
ter enim cum his qui nunquam fidei ſacra-
mentum ſuſceperunt eſt agendum, qui non
vi, ſed proprij arbitrij voluntate ſuadendi
ſunt, vt ad fidem conuertantur, vt cap. q ſin
cera & cap. de Iudæis. 45. diſt. & aliter cum
eis qui ſemel ſacramentum baptiſmi adepti
ſunt, qui etiam ſi metu ad Chriſtianitatem
coacti fuiſſent à principis, ſicut factū eſt tem
poribus religioſiſſimi principio Siſebuti
quia iam conſtat eos ſacris diuinis aſſocia-
tos, & baptiſmi ſacramentum ſuſcepiſſe, &
chriſma

chriſmates vnctos eſſe, & corporis dñi extitiſſe participes, oportet ut fidem quam ét ui vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, ne nomen dñi blaſphemetur, & fides quam ſuſceperunt uilis, & contemptibilis habeat, vt in d.c.de Iudæis, quod tñ diximus de conuerſis ꝑ uim, debet diſtingui iuxta text. in c. maiores.§.itē q̃ritur, de baptiſmo. Poſt hæc aūt obijciunt ꝙ principes res eoꝝ ꝯcupiſcūt & vt auferant in eos ſentiunt. Sed iſti peſſimi Iudaica ſupſtitione obcecati, ſup quoꝝ oculos, vt ait Apoſt. vſq; hodie uelamē illud Moyſi appoſitū manet, vt oculos hñtes non videant, non attendont q̃ ſint ꝯtraria veritati q̃ loquunt. Si.n. principes p̄fati eoꝝ vellēt bona, nequaq̃ miſericordiam pollicētes eos inuitarent ad pniam. Sed quia eoꝝ ſalutem ex viſceribus ſitiunt, etiam ꝙ fiſco ſuo competebat dum tamen conuertantur liberaliſſime ipſis, relaxant, nec erubeſcunt hæretici ſua dicere, qui in huiuſmodi errorem lapſi in ſuo dominio retinent, vt in cap. quo iure. 8. diſtinct. & cap. quod autem 23. quæſt. 7. Clamant inſuper dicentes ſæuam crudelitatem in eos exerceri. Sed his reſpondetur per illud Hieronymi ſup Eſaiam, nō eſt crudelis qui crudeles iugulat, ſed crudelis patiētibus eſſe vr̄. Nam latro ſuſpenſus patibulo, crudelem iudicem putat 23.q.5. non eſt crudelis. Deus.n. qui miſerator, & miſericos eſt patiens, & multum miſericors, nō ideo crudelis, & rigidus & cruentus reputatur, ꝙ diluuio genus humanum deleuit, & Sodomā, & Gomorrā, ignē, & ſulphur pluit. Egyptios ſubmerſit in fluctib. Iſtaelitaꝝ cadauera ꝓſtrauit in eremo. Dñt poſtremo ꝙ reuerſi ad pniam non recipiuntur, cum eccleſia pia mr̄ gremium non claudat redeunti. Quibus reſpondetur per id quod ſcripſimus ſupra qō. 20. vbi latiſſime pertractauimus, qño, & qualiter reuerſi ab hæreſi, admittendi ſunt. Friuolis igitur ipſorum peſſimorum hominū ſpretis querelis iuris cenſura in eos eſt exercenda. Aliter.n. Rex ſeruit Deo, quia Rex eſt, aliter quia homo eſt, ſeruit viuendo fideliter, quia, Rex eſt, ſeruit leges condendo, iuſta præcipientes, & contraria prohibentes, ac uigorem iuris in ſceleratos exercendos. Et cum his breuiter finem facio. Ad laudē, & gloriam Ieſu Chriſti domini noſtri, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

TRACTATVS

De Hæreticis ſeqtur ex tex. ibi mathematicorum cū ſupra, & infra dicetur aremathematicus dicatur hęreticus, & matheſis hæreſis ſit, ſūpta occaſiōe de hr̄ſi diſſeremus ad ſolatiū. Ludouici Careriy.

SVMMARIVM.

1 Hæreſis quid ſit, & quis dicatur hæreticus.
2 Qui ioco ꝓfert verba hæretica, quia dicat ſe habiturum vxorē in alio ſeculo, an ſit hæreticus.
3 An, & quando ex ſola voluntate vt hæreticus cōdemnari poteſt.
4 Pertinax hæreticus quis dicatur.
5 Hæreſis vnde dicatur.
6 Hæreſis quot modis contrahitur proſequere, & primo quando deuiat à fide Chriſti, & religione Chriſtiana etiam leuiter aduerſando, etiam non defendendo.
7 Hæreſis contrahitur adhærendo opinionibus illorum qui dānati ſunt ab eccleſia, de quibus in c. quidam. 24 q.3.
8 Dubius in fide hæreticus eſt quod declara, & limita quinque modis.
9 An hæreticū eſt tenere vſuras eſſe permiſſas, & an inter Iudæos, vel inter Iudæos, & Xpianos, nu. 10. Et an Papa poſſit diſpenſare circa uſuras.
11 An ſit hæreticum nolle iurare putans iuramentum eſſe illicitum.
12 An aſſerendo uotum paupertatis non includi ſub voto religionis hæreticum ſit.
13 An hæreticum ſit ſi dicatur non poſſe pœnitere eum qui vixit vſque ad ſenium in peccatis.
14 An aſſerendo Papam non habere poteſtatem dimittendi peccata.
15 An ſi dicat Imperatorem non eſſe Monarcham, & dominum totius mundi.
16 An per nouum ſenſum, & opinionem hæreſis cōtrahatur, & quando.
17 An aſſerendo fornicationem non eſſe peccatum.
18 An recuſans ſe purgari in cauſa hæreſis ſit hæreticus.
19 An defendens hæreticum, vel aduocans pro hæretico, hæreticus ſit.
20 An credendo hæreticū ſit hæreticus.
21 An ſi ſteterit in excōicatione per annum, aut biēnium hæreticus ſit.
22 An ſi per annum ſteterit, & non receperit communionem ſit hæreticus.

23 An per inuocationem dæmonum, & ſortilegia dicatur hæreticus.
24 An idolis ſacrificando hæreticus eſt.
25 An qui dicis incedere noctu tempore cum Herodiade, vel Diana hæreticus ſit.
26 An blaſphemando hæreticus ſit.
27 An oppugnando priuilegia eccleſiæ.
28 An contemnendo canones, & ſtatuta eccleſiæ, aſſerendo Papam non habere poteſtatem condendi canones.
29 An aſſerendo poſſe eſſe in eccleſia duos vicarios Chriſti.
30 An aſſerendo Papam in temporalibus non habere poteſtatem ſicut in ſpiritualibus.
31 An per ſimoniam hæreſis contrahatur, vt ſi credat ſacramentum vendi poſſe.
32 An per ſchiſma hæreſis contrahatur.
33 An auferendo priuilegia eccleſiæ.
34 An aſſerendo peccata nō dimitti niſi à ſolo Deo.
35 Si officialis diſtulit præſtare auxilium cōtra hæreticos, an ſit hæreticus.
36 An negando infernum, & paradiſum, & aſſerendo animam eſſe mortalem.
37 An aſſerendo decimas non deberi clericis.
38 An ſi profeſſus recedat à religione, & publice cōtrahat matrimonium.
39 An non conſecrando, & celebrando cum hoſtia non conſecrata.
40 An negando ex latere Chriſti ſanguinem, & aquam exiſſe.
41 An tenendo animam eſſe ſanguinem, & ex præiacenti materia generatam.
42 An contemnendo hiſtorias in biblia.
43 An per contumaciam contrahatur hæreſis.
44 An perſiſtendo in notorio crimine, & ſit incorrigibilis.
45 An recuſans iurare ad purgationem.
46 An hæreticis credendo.
47 An epſ inſtituens hæredem conſanguineum.
48 An fauendo hæreticis.
49 An frangendo imagines crucifixi, & ſanctorū.
50 An inuocando dæmonem ad actum luxuriæ.
51 An per apoſtaſiam contrahatur hæreſis.
52 An hærendo opinionibus reprobatorum.
53 An aſſerendo Chriſtum non eſſe aliquid ſecundū quòd homo.
54 An ſi abiuraſſet in iudicio prius, deinde reincidat in hæreſim.
55 Officialis recuſans iurare obſeruare ſtatuta eccleſiæ.
56 An aſſerendo animam rationalem non eſſe formam humani corporis.
57 An credendo erroribus illorum de Alamania.
58 An potens reuocare ab hæreſi aliquem non reuocando.
59 An faciendo nouam ſectam contra fidem.
60 Hæreticus tandem eſt qui contra fidem Chriſti, & articulos fidei, & contra præcepta, et dogmata eccleſiæ credit.
61 De proceſſu hæreticorum proſequere, et primo ad quē ſpectet cognitio hæreſis ad eccleſiaſticū, an ad ſecularem, et an ſit mere eccleſiaſticum.
62 Eccleſia quam pœnam imponit, et an ſanguinis.
63 An tradendo ſeculari conuictum de hæreſi cognoſcat ſecularis de proceſſu hæretici. Et an nouas pœnas imponere poſſit, num. 64
65. Qui iudices cognoſcere poſſunt de hæreſi: et quis ſit iudex ordinarius an epiſcopus, et quis ſede vacante. 66
67 Qui dicantur iudices delegati in hoc crimine.
68 Inquiſitor hæreticæ prauitatis quis eſſe poteſt, et an minor 40. annis.
69 An inquiſitores hæreticæ prauitatis habeant iuriſdictionem inſolidum ſi plures ſint.
70 An delegati inquiſitores in diœceſi epiſcopi habeant priuatiue iuriſdictionem, an cumulatiue. et quis præferatur citantibus ambobus, nu. 71. Et an vterque procedat incitando, torquendo, procedendo, et ſententiando, num. 72. Et an abſoluendo.
73 Qualiter ſe habere debent inquiſitores, et eorum officiales circa officij executionem.
74 An inquiſitores procedere poſſunt contra epiſcopos de hæretica prauitate.
75 An poſſunt cognoſcere de ſortilegijs.
76 An poſſint cognoſcere ſuper crimine uſurarum.
77 An poſſint carcerare, tormentare, et condemnare abſque interuentu epiſcopi, et quot monitiones requirantur. et an vnica ſufficiat. num. 78.
79 An inquiſitores poſſint hæreticis pœnas pecuniarias imponere.
80 An inquiſitor poſſit procedere ex ſola ſuſpicione contra diffamatum tantum.
81 Inquiſitor an teneatur ad precium melioramentorum quando bona alienata reuocantur, et precium rerum venditarum.
82 An poſſit tollere inquiſitor defenſiones, et exceptiones reo competentes.
83 An generalis inquiſitor poſſit procedere contra quem à Papa ſpecialis datus eſt inquiſitor.
84 Contra quas perſonas poteſt inquiſitor procedere, et an contra laicas, et contra exemptas, et an diœceſano non requiſito, num. 85.
86 An cōtra uſurarios ꝓcedere poſſit vt reſtituāt.

87 An

87 *An poteſt procedere contra prohibentem baptizari iudæum.*

88 *An poteſt concedere vſum armorum, & punire turbatorem.*

89 *An procedat contra iudæum receptantem chriſtianum apoſtatam.*

90 *An poſſit recipere teſtes facta publicatione.*

91 *An poſſit ſubdelegare.*

92 *An procedere poſſit mortuo delegante.*

93 *An poſſint cogere ſecularem ad concedendum auxilium, & brachium, & an punire impedientes ſuum officium, & tollere ſtatuta, & conſuetudines impedientes officium, & an inquirere poſt quinquennium, & an cogere hæredes inquiſiti ad pœnitentiam, & an contra blaſphemantes, & an cum teſtibus excommunicatis, & an abſoluere, & liberare infamatos tali crimine, & an excommunicare, & priuare prædicatores officio prædicandi, & an proſequi hæreticum confugientem ad alienam prouinciam, & an poteſt procedere ſimpliciter, ſummarie, & de plano, & an teſtibus non publicatis, & an teſtibus periuris.*

94 *An ſi ſint plures inquiſitores habeant iuriſdictionem inſolidum.*

95 *Qua pœna puniantur ſi male ſe gerant in eorum officio, & qualiter puniantur.*

96 *Quando delegantur ab epiſcopo tales inquiſitores quam habent poteſtatem.*

97 *Contra quos poteſt procedere, & qui de hæreſi inquire poſſunt an ẽps, & perſonæ exemptæ an Papa an imperator, & per quem, & an deponi poteſt ex hoc, num. 98. 99. & à quo Papa, & imperator, & an poteſt facere ſtatutum, vt Papa de hæreſi non teneatur, numero 100. & an requiritur incorrigibilitas.*

101 *An iudæi accuſari poſſint de hæreſi.*

102 *De proceſſu hæreticorum proſequere, & quòd æquiparatur hæreſis crimini læſæ maieſt. in procedendo, & quòd per inquiſitionem procedi ſoleat, & per exceptionem, num. 104. & per accuſationem, num. 105.*

103 *An inquiſitor ordinem iudiciorum ſeruare debeat.*

106 *An quilibet accuſare poteſt de hæreſi, & an publicum ſit, & omnes perſonæ etiam prohibitæ accuſare poſſunt, num. 107. & qui prohibentur, & an excommunicatus, & an minor, infans, & doli rapax, & an inimicus.*

108 *An in crimine hæreſis requiratur perſona legitimatio in accuſando.*

109 *An requirantur ſolemnitates etiam ſubſtantiales, & quid ſi accuſatio ſit inepta, & an locus apponi debet.*

110 *An diffamatio requiratur in inquiſitione de hæreſi, & an lit. conteſt. num. 111.*

112 *An contra citatum contumacem procedi poteſt, & fieri poteſt proceſſus.*

113 *An procurator admitti poteſt, & an aduocatus, num. 114.*

115 *An ſtatim quòd comparet carcerari debet inquiſitus, & an epiſcopus interuenire.*

116 *An ſufficiunt leues ſuſpiciones in hoc crimine.*

117 *An abſque iudicijs ad torturam procedatur in tali crimine, & an perſonæ priuilegiatæ torqueantur, & an requiratur indicia alia ſicut in alijs, & an teſtis de iure admittatur, licet non omni exceptione maior, num. 118. & quid ſi extent ſuſpiciones in eo vt torqueatur quid fiendum, & an purgatio indicenda, & an præſumptiones ſufficiant, et quæ.*

119 *An ſtantibus præſumptionibus non tamen legitimus duellus indicendum ſit, et locum habeat.*

120 *An quando per accuſationem hæreſis probari debet per duos teſtes habiles.*

121 *An teſtes probent parte non citata contra ſuſpectum de hæreſi.*

122 *An teſtes publicandi ſunt, et quando.*

123 *An requiratur probatio quando publice prædicat.*

124 *An poſt publicatas atteſtationes teſtes recipi poſſunt etiam ad offenſam.*

125 *Et an ſit probatum crimen ſi libri hæreſis reperiantur penes inquiſitum.*

126 *An probetur hæreſis ex leuibus ſuſpicionibus.*

127 *An transigi poſſit in tali crimine.*

128 *An in ferenda ſententia requiratur citatio inquiſiti, & an appellari poſſit, & an quando per accuſationem proceditur epiſcopus, & inquiſitor in ſententia adeſſe debet ſicut quando per inquiſitionem.*

129 *An appellari poſſit, & an habere recurſum, num. 130. vbi an prohibitus appellare poſſet habere recurſum.*

131 *An in hoc crimine admittantur defenſiones, et an renunciare poteſt defenſionibus.*

132 *Quæ ſint pœnæ hæreticorum ordinariæ, et extraordinariæ, et an pœna ignis iure canonum, et regni, et an priuilegium perſonæ operetur, et an ſecularis cogi poteſt ad imponendam talem pœnam, et an requiratur incorrigibilitas vt degradari poſſit, num. 133. et per quos degradari debent, num. 134. et ibi de forma degradationis.*

135 *An in hoc crimine dãnatur memoria defuncti & bona publicãtur, & cui bona applicãtur, & quid in terris baronum, & cui feudũ, aut emphyteuſis applicatur, & reuertatur, & quæ bona veniant publicãda, et an inſcriptio requiratur in accuſatione ne memoria dãnetur, & an bona ipſo iure publicentur, an ſententia requiritur, & quæ num. 136. & an declaratio.*

137 *An alienatio bonorũ hæreticorum ſit prohibita, & facta an reuocari poßit, & an precium reſtitui, & quid ſi bona alienaſſet, et fundaſſet hoſpitale an reuocanda ſint, num. 138. 139.*

140 *Si hæreticus habeat filios orthodoxos an bona reſeruentur filijs, & an priuentur beneficijs, & officijs, num. 141. & an etiam obtentu, & qui filij continentur, & an in hoc differant hoc crimen, & læſæ maieſt. et an dotes vxorũ conſeruentur, & an filiarum, & an filij hæretici contrahant matrimonium cum fidelibus.*

142 *Infra quantum tempus peti poteſt publicatio bonorum, & an præſcribi poſſunt, & infra.*

143 *Hæreticus an ſit infamis, & excludatur à teſtimonio.*

144 *Hæreticus an ſit excommunicatus.*

145 *Hæreticus an priuetur omni beneficio.*

146 *Filij hæreticiq́; ad quam generationem priuentur à dignitate obtinenda.*

147 *Hæreticus an careat ſepultura.*

148 *Hæreticus an à quocunque occidi poßit.*

149 *Mulier hæretica an teneatur dotare filiam orthodoxam.*

150 *Mulier hæretica an gaudeat priuilegijs mulierum.*

151 *Hæreticus an teſtari poßit, an contrahere, an aduocare, an iudicare, an eſſe notarius, & an geſta per eum ſi notarius ſit valeant, & an ei legari in teſtamento etiam militis.*

152 *An hæreticus cogatur ad obſeruantiam iuramenti.*

153 *Hæreticus an petere poſſet reſtitutionem bonorum, & rerum eccleſiaſticarum, & an poßit habere ſeruum chriſtianum, & an habere ſinagogas, & an vbique puniri poteſt, & an expelli à ciuitate.*

154 *Hæreticus reuerſus an ordinari poßit, & an agere ſi hæres inſtitutus ſit, & an cum eo conuerſare, an reſcriptum impetrare.*

155 *Papa licet promoueri, & eligi non poteſt ſi hæreticus tamen ſi eligatur valet electio.*

156 *Euntes ad terminum hæreticorum conſequuntur indulgentias.*

157 *Matrimonium cum hæretico contractum non tenet. Item punitur alijs pœnis extraordinarijs, vt num. 158. cum ſeq.*

159 *Qualiter euadantur pœnæ ordinariæ, & extraordinariæ, & primo ſi abiurauerit hæreſim, & redierit ad fidem, & ſi noluerit iurare an ſtatim habeatur pro hæretico, & ibi quæ ſit pœna, & elapſis, & an bona recuperet.*

160 *Forma iuramenti abiurationis, & forma abſolutionis ponitur.*

161 *An, & quando redeundo bona recuperet, et an alienata, & an ad alia proſequere, & an ad formam vt teſtis eſſe poßit, & an dignitatem vt promoueri poßit.*

162 *Relapſus in hæreſim qualiter puniatur.*

163 *Qualiter puniantur receptatores fautores receptatorum, & credentes, & quæ ſint pœnæ introducta, & quid ſi occultat tantum qualiter puniatur. 164.*

165 *An pœnæ contra receptatores fautores, & credentes concurrant cumulatiue ex quo diuerſa ſecundum diuerſas leges, an nouas tãtum, & quando diuerſæ pœnæ ſint impoſitæ à iure ciuili, & canonum an omnes imponi poſſunt.*

166 *An ſicut hodie in crimine læſæ maieſt. receptator rebellis ſuſpenditur cum publicatione bonorum, ita & in receptante hæreticum.*

167 *An liceat receptare hæreticum conſanguineũ.*

168 *Hoſpes an excuſetur ſi dederit potum bannito tranſeunti.*

169 *An liceat vxori receptare virum hæreticum.*

170 *Ignoranter receptans, non punitur idem ſi coacte, num. 171.*

172 *An amicitia inueterata excuſet.*

173 *An ſi gerit receptator pœnitentiam, & abiurauerit euitet pœnas.*

174 *De receptatoribus aliorum malefactorum.*

175 *Alias pœnas proſequere vſque ad finem contra receptatores, & fautores hæreticorum.*

DE hæreſi itaque verba facturi tanq̃ de grauiſſimo crimine, 22. q. 1. c. 1. & 33. q. 7. c. q̃d in omnibus. Primo, quid ſit hæreſis, & q̃ dicatur hæreticus, & vnde dicemus. Secũdo, quot modis cõtrahatur hæreſis ſubnectemus. Tertio, de proceſſu hæreticoꝝ tractabimus. Quarto, de pœnis hæreticoꝝ, & eoꝝ fautoribus, credẽtibus, & receptatoribus ſubijciemus. Tractari itaq; de hæreſi vt ſciamur q̃d ſit id de quo diſputaturi ſumus ab eiuſdẽ definitione ꝓficiſci neceſſe eſt, Cic. in off. imitantes, & in reg. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Primo videamus q̃d

1 ſit hæreſis. † Hæreſis igitur eſt deuiatio à fi-
de Chriſti, & catholica religione cum perti-
nacia: vt probati vr̃ in l.oes.C.de hæret.iun
ctis cle.1.§.porro.de ſum.Trin. & fide cath.
& ibi dictis p Card.in prin.2.q.text.in c.di-
xit Apoſt.24.q.3.text.in cle.1.§.fin.de vſur.
Panor.in rub.de ſum.Trin.& fi.cath.Iſer. in
c.1.§.quocũque licet nomine.de ſtat. & con
ſue.cõtra lib.eccl.& p Paul.Ghir.in tract. de
hæret.in princ. in quibus dr̃ hæreticum eſſe
eum q non firmiter credit, & pertinaciter in
ſiſtit, debet ergo eſſe ptinax in opinione de-
uiãte à fide alias.n.ſi diſputãdo dixerit con-
tra fidem nõ affirmando, non dr̃ hæreticus,
nec vt hæreticus puniri põt, vt dicit gl.in d.l.
oẽs, & alij in locis ſupra, & Card.in d.cle.1.
in fi facit conſt.reg.inconſutilem.circa ff. ibi
in erroris cõcepti conſtãtia perſeueret, & Pa
nor.in d.rub.& tex.in d.c. Apoſtolus.& cap.
2 qui in eccleſia.24.q.3. † Ideo ſi gioco, aut lu
do verba hæretica pferantur non dr̃ hæreti
cus, nec vt hæreticus punitur vt dixit Card.
in d.cle.1.in fi.& Iſer. in d.c.1.§.ſatisfactio-
nem.col.fin.de ſta.cõtra lib.eccl. Quod limi
ta niſi cũ pertinacia aſſeueret, vt ſi dicat ſe ha
bitur vxorem in alio ſeculo, vt p Card. in
3 d.cle.1.§.nos, de ſum.Trin. † Et dixit Fel.in
rubr de hær.q hæreticus nõ eſſet niſi ſuus er
ror habuerit principium, & complementum
ad hoc vt puniat̃, alias ex ſola volũtate occul
ta, vt hæreticus puniri non põt, nam cũ non
cõſtet eccleſia militans nõ habet eum p hæ
retico, ita dixit Bal. in l.ſi qs non dicam ra-
pere, col.1. C.de epo.& cle.& Fely. in tract.
de cons.3.fallen.& in c.ad abolendam. col.
1.de hære.niſi forte inqſitori, hæreticæ pra-
uitatis liqueat de tali volũtate per confeſſio
nem hæretici, cum talis mentis cogitatio p-
bari non poſſit. Anan.in cap. ſi quis eps.2.
col.de hær.& in c.cõſuluit.3.col.de vſu. & p
Fran.Ponz. in tract. de lami.verſ.6. & 7. &
ibi declara qñ confeſſio fuiſſet veriſimilis, &
non æquiuoca. licet quo ad Deum ſola vo-
lũtas ſufficiat, cap.excõicamus.§.credentes.
de hær.gl.in cap.1.24.q.1. Card.in clem.1.
in prin.3.q.de vſu.Mar.in l.q falſam, 2.col.
4 caſu, ff.de fal.requiritur ergo principium,
& complementum expreſſum patens vt pu-
niatur: facit l. cogitationis, ff.de pœnis.
4 † Pertinax aũt hæreticus dr̃, qui dat pecu-
niam ſecreto inqſitoribus ne puniatur Bar.
in l.tutores, ff.de ſuſp.tut.eodem modo per-
tinax dr̃ ſi epo inquiſitori, aut theologo nõ
credit, dum eum corrigunt Bart.& Nic.de
Neap.in l.3.§.tutores, ff.de ſuſp.tu.p gl.ibi,
dicẽtem pertinacem dici iudici non obedien
tem, Compoſt.in cle.1.§.fi.de vſu.& no.gl.
in cle.1.in verſ.ptinaciter, de ſum.Trin.licet
alias ptinacia relinquatur iudicis arbitrio:
vt p Io.And.in c.ſi diligenti, de foro comp.
Fel.in d.rubr.de hær.& in c.qualiter, & qñ.
3.col.de accuſ.& dicit gl.in d.cle.1.§.ſane, de
vſur.2.c.dixit, 22.q.pen.q talis ptinacia de-
bet eſſe obſtinata, vel cũ perſiſtentia incorri
gibili, facit d.conſt.inconſutilem, ideo error
hæretici debet hr̃e complementum vt ſupra:
quot aũt monitiones requirantur ad conſti
tuendum in ptinacia per Matth. in d.conſt.
incõſutilem.in gl.cõmoniti, & gl.in d.c.dixit
5 Apoſtolus. † Hæreſis aũt dr̃ ab electione. er
roris cap. hæreſis, 24.q.3.vel ab erro erras,
vel ab adhæreo, qa adhæret opinioni eoꝝ;
vel ab erciſco.quod idem eſt, q diuiduo: qa
ab vnitate eccleſiæ ſunt diuiſi: ſic.ff.fam. er-
ciſc.i.diuidundæ, vt in rubr.not. & hæc cõue
nit vt dr̃ in d.conſt. inconſutilem. in princ.
ibi, vocabuli vitio ſeruientes. quod ſignifica
tionem diuiſionis enũciat, & ibi gl.Hoſt. in
ſum.eo.tit.§.1.Archid.in cap.2. eo.tit. facit
c.inter hæreſim, ibi, pariter ſeparari, 24.q.3.
probatur in l. ſi duas. in princip.ibi, hære-
ſes leges.i.diuidentes.ff.de excuſ.tut. Hoſt.
in ſum.eod.tit.in princip.Iſer.in cap.1.§.pa
ctarenos, de ſtatutis contra libertatem eccle
ſiæ, & Matth.in d.conſtitutione inconſutilẽ,
2.not.& Paulus Ghir. in d.tract. de hæret.
6 † Circa ſecundum, hæreſis multis modis con
trahitur; & primo qñ deuiatur à fide Chri
ſti, & religione catholica, & miſterijs ſacro-
ſanctæ Romanę eccleſiæ abnegando, aut im
pugnando quidqd continetur in l.nos red-
dẽtes.poſt epiſtolam inter claras, C.de ſum.
Trin.& fi.cath.& in c.1.& in c.damnamus.
eo.tit.& in cap.1.eo.in 6.& in clem.1.eo. &
24.quæſt.1.cap.hæc eſt fides. Panor.in rub.
de ſumma Trin. poſt gl. vbi de articulis fi-
dei, & Bonif.in tit.de hær.& quidquid conti
netur in ſymbolo Apoſtolorum, & Athana
ſij, in quibus principaliter cõſiſtit fides Chri
ſti, & religio catholica, & per Panor.in dicto
cap.damnamus, & per Felyn.in dicta rubr.
de hær. vel ſacra, & miſteria eccleſiæ impu-
gnando, de quibus in c.ad abolendam, de hę
ret.& nos.in c.veniens, de tranſa. & p Ioan.
And.

Andr.ſuper rubr.de ſacra.non reiter.Dec.in
conſ.151.col.2.Panor.in d.c. ad abolẽdam.
1.not.& Fel.ibi.1.no.& in rub.de ſum. Tri.
Bald.poſt Azo.in rubr. C.eo.& Matth.in d.
conſt.inconſutilem.4. not. & de his duobus
p Pan.poſt Hoſtien.in c.firmiſſime. de hær.
& Dec.in d.conſ.151. Amplia ẽt,leuiter pdi
ctis aduerſando leui argõ,d.l.oẽs.in fi. Iſer.
in d.c.1.§.diffidamus.3.col.ver.ſed an ois.&
in §.quocunq; noie.poſt Hoſt.in ſum.eo. &
publice diſputando,vt in c.2.§.1. de hær. in
6.Iſer.in d.c.1.§ ſatisſactionem. & dicendo
contra fidem 24.q.1.c.hæc eſt fides.Amplia
ẽt tacendo,& non defendendo in fauorem fi
dei,vt in c.2.de heret.& no.gl.in c.1.ver.aſſe
rere.de ſum.Trin.in 6.& pdicãdo, vt p Iſer.
in d.§.ſatisfactionem.in fi.2.col.& dicendo.
7 24.q.1.c.hæc eſt fides. † Idem hæreticus eſt
adhærendo opinionibus illorũ qui hñr in c.
quidã,24.q.3.& in l.Arria. & in l. quicunq;
C. de hær. & mathem.quorũ opiniones de-
ueniant à fide Xpi,& miſterijs,& ſacris eccle
ſiæ,vt in c.hæreticus eſt,24.q.4.not. gl. in l.
quicunq; in gl.Eutycetis,C.de hær. idem ẽt
defendendo eorũ opiniones, vt in c. hæreti-
cas.24.q.3.& c.qui in eccleſia.& c.qui aliorũ
30 multæ q̄ones. Et ideo.30.quæro.† An tale beneficium competat bannito ꝑ adulterio. Et dubium facit q̄a ſuper crimine adulterij non licet tranſigi nec paciſci.C.de tranſac.l. tranſigere, imò r̄r non licet trāſigi à ꝯtumace ſm Bart. in diſputatione ſua quæ incipit Lucanæ ciuitatis, in fin. ſed hic fuit ꝯtumax ergo,&c.Sed in ſimili articulo Bar.conſuluit ꝯtrarium dicens. q̃ q̄dam eſt tranſactio q̄ fit de re dubia, & lite incerta. & illa fit ad impediendum ꝓceſſum ne amplius ſup tali crimine ꝓcedat. Et illud nō pōt fieri ſup crimine adulterij,nec ēt pacto. Quædam eſt pax, & ꝯcordia ꝑ quam rancor q̄ eſt in aīo iniuriati reijcit̄.nec ꝑ hoc ꝓceſſus impedit̄, licet pœna minuatur ex forma ſtatuti. Et iſta pax eſt ꝓmiſſa in oi maleficio vt inſt.de iniu.§.fin.& de pact.l.1.& l.ſi tibi.§.quædā. Et q̃ de adulterio poſſit fieri pax eſt tex.expreſſus .C. de adult.auc.ſed hodie,& in corpore vnde ſumitur,vbi dr̄ maritum per adulteriū iuxta poſſe reconciliare eam ſibi,qđ nl eſt aliud,niſi pacem facere. Aduertendum eſt q̃ ille tex.loquit̄ de remiſſione q̄ fit vxori non de illa q̄ fit adultero q̄ vr̄ ꝓhibita l.ſecunda.§. lenocinij ff.de adul. paria.n.vīr ab initio ꝯſentire, & poſtea adulterium committere.l ariter.n. punit̄ retinens vxorē in adulterio depræhenſam,& ipſam alij adulterans,vt ibi.& l.mariti lenocinium in princ. Retinendo tñ opin. Bar.dic q̃ lex tranſigere,& iura ſupra allegata loquunt̄ ante ſñiam latam ꝯtra adulteriū; poſt aūt ſniam latam in cauſa adulterij licitum eſt tranſigi ſuper pœna.ff.de pac.l. iure gentium.§.ſi paciſcar. & §.itē ſi experiar ſm Bar.in d.l.tranſigere.& in l.quid ergo.§.pœna grauior.de his qui not.inſa.Et ſic nō obcontraria. Et ſic concludit̄ q̃ ſtatutum prædictum locum habet ēt in bānito ꝑ adulterio.

31 Sed circa idem 31. dubitat̄ † a quo pax de adulterio hr̄i debeat vt locum habeat beneficium ſtatuti.Dicit Bar.in prælle.3.ꝯſ. 175. quod incipit Ptāti terræ rochæ. qđ ſufficit hr̄e pacē à marito tm̄ ipſe.n.eſt ille cui principa'r̄ infert̄ iniuria, & qui oibus præfertur iniuria vindicāda ff.de adul.l.2.§ ſi. & C. de adul.l.q̄uis adulterij cum muliere aūt non cadit pax cum non poſſit dici ei illata iniuria, quia in volentem factum eſt. Præterea ipſa de hac iniuria non pōt ꝯqueri accuſando,q̄a ſocia criminis.C.de li.cau.l.ſi filiū 15.q.4. nemini,ergo ab ea nō requirit̄ remiſſio, q̄a nō eſt iniuriæ perſecutio de iure deli.l. ait pror. Præterea ꝓbōnes factæ contra adulterū nō præiudicant mulieri.l.denunciaſſe.§.ſi. ff. de adult.Et ſic cum mulier non cōtētetur ſe adulteram vel non dicit ſe iniuriam paſſam, non eſt ab ea requirenda pax,quia videretur confiteri ſe adulteram l.qm̄.ff.de his qui no.inf. Sed in contrarium facit.C.de rapt.vir.l.1.& in auth.de rap.muli.& quod not. Dy.in regula ſcienti,in primo contrario lib.6.ſed illud verum in muliere rapta,ſecus in ſimplici adulterio.hæc Bar.non intelligas per hoc vltimum q̃ ſtatutum non habeat locū in raptore, ſed intellige q̃ tunc requireret̄ pax ēt à rapta,quia ei principaliter iniuria facta eſt.

32 Trigeſimoſecundo † in quo examinabo

33 † 33.& 34.q̄onrs.† Quæro bannitus in ſta

34 tuto prædicto comprehenſus habuit pacē à filio eius quē offendit,poſtea mortui,minore tñ,& ſine iudicis decreto.Quæritur an habeat beneficium ſtatuti. Hæc q̄ō multas habet partes. Prima eſt,an ipſe minor ēt pupillus poſſit de morte patris pacē facere.Secunda,ſi pōt an requirat̄ auctoritas tutoris.Tertia,ſi nō requirit̄, an poſſit petere reſtōnem in integrum.Et erit alia q̄ō circa q̄ dicit Bal. in l.1.C.de in inte.reſt.mi.q̃ ſic.Et ſi hēt tutorē pupillus cū eius autho.ſi non hēt cū auctoritate iudicis ſuppletis tutoris defectū.Et ſi adulter hēt curatorē cū eius auctoritate,& idē dicit in ꝓdīgo ſubdēs,q̃ nō poteſt petere

reſtōnem

reſtõnē in integrum, quia non intellr lędi q pacem facit. Ad primum & ſecundum alleg. not.l.cred.§.1.ff.man. Sed aduerte qa pdicta latius examinantur in Spec.& ſuis additioni bus in tit.de hom.verſ.illud aūt. & ibi refert prius opin. Alb.Gal.in tit.de acc.§. pen. qui poſt allegationes hinc inde ɔcludit quod aut pupillo aliquid datum fuit,& tunc ualet.l.pſes.C.de tranſact. Si non eſt datum idem qa intereſt minoris ſumptibus, & litibus nō vexari.ff.de min.l.min.&de iniur.l.ſed ſi vnius §.filio nam & ciuitas pacem ſeruans cōmendatur.ff.de cenſ.l.1. Deinde ſubdit opin. Vb. de Bobio quę fuit,vt infans nullo modo poſſit.ff.de pact.l.1.ſi aūt exceſſit infantiam.dicit requiri tutoris auctoritatē, & iudicis decretum. Videamus ergo p ordinem articulos ſupra tactos. Primus articulus ſit de infante.& in hoc oēs ɔcordant ꝙ non,nec ſolus,nec cū tutore l.1.ff.de pact.& de noua l. 1.cū ſim.Secundus articulus eſt, an tunc ſolus tutor poſſit pacem facere, vt ſic ſufficiat bānito.In hoc fuerunt opin. Sed cōis opin. ſe habet ꝙ aut homicida eſt icognitus,ut qa dubitatur,an ille cui pacem reddit cōmiſerit homicidiū pris,vel non,& tunc pōt,vt l.pſes C.de tranſac.ideo dixit Io.And.vbi ſupra referens dcm Guid.qđ cautela eſt facere pacē, vel recipere tanq̃ illi,vel illc,q.dr̃ iculpatus, Si vero eſt certū.& tunc aut intereſt pupilli, puta p p periculum ſuæ pſonæ. & tunc pōt tutor facere,vt l.1.§.ſed nōnullos,de tute.& ratio.diſtr.alias non.l.interdum.§. qui tute. ff.de fur.& iſta fuit opin. Iac.de But. quā ibi ſequitur Bal.Sed aduertendum puto qa hæc qō alio non dato debet eſſe ſopita.de iure.n. cōi nulla pōt fieri uindicta.l.3.§.eum,qui.ff. de ui,& ui arm.& l.ut uim.ff. de iuſt.& iure. Snia de homicidio lata eſt, ergo amplius nō pōt accuſ.l.licet.§.pen.ff.nau. ca.ſta. & ideo nihil vr̃ remittere,ſed potius iure reip.vti.& ideo facilr̃ defendi pōt talem pacem valere. Sed dubium facit qñ ex forma ſtatuti eſt per miſſa vindicta.Tunc.n.vr̃ illud ius donari.& ideo tunc tenēda eſt opin.Iac.de But.ꝙ poſſit ſi eſt ei periculoſa inimicitia,alias nō.Sed ɔſidera,ꝙ tutor ēt euidentē damnoſam hæreditatem infanti delatā ſolus repudiare nō pōt ſine ɔſanguineoꝝ infantis ɔſilio, vt not. ff.de auct.tut.l.ſi ad pupillum,& l. is pōt.ff. de acq.hær.& in l.tutor de bon.poſſ. & in l. 1.§.ſi tutor.ff.de ſucceſſ. edic. & in l.eius eſt,

nolle.ff.de re.iu.vbi gl.not.loquit.c.q.nimō, ſm Azo.in d.l.tutor,requiritur ēt iudicis au ctoritas quod ibi ſequitur Bart.& Bald. in l. bonoꝝ.C.qui admit.ad bo.poſſ. Cum ergo hoc caſu ſit expreſſe alienare, & illud facere qđ quantum ad mundanam uitam verecundum eſt. puto ſolius tutoris non ſufficere pacem,ſed reqri ɔſilium ɔiunctoꝝ ſm l. magis puto.§.ne paſſim de rebus eoꝝ, & iudicis decretum p ſupradicta. Id aūt qđ dr̃ cautelam eſſe fieri,vt ei q dr̃ inculpatus non pdeſſet ad beneficium ſtatuti,qa requirit pacē fieri de ɔtentis in banno in quo ɔtinetur, ꝙ fecit,& ſic ɔfeſſus intellr̃, & ſi tunc non eſſet ſatisfactum ſtatuto per nota, & maxime per Bart.in l.1.§.1.ff.de dolo.& l.1.ff.ſi qua.pa. fe.di.&quod ſcripſit in ɔſilio qđ incipit qdā Matthæus ſup verbis illi enunciatiuis, vt dr̃ &c.q̃ dicit tanq̃ dubitatiua ſummi non tanq̃ affirmatiua. Pro quo vr̃ tex.in l.ſi in uenditione in fi.ff.cōm.præd. Tertius articulus ſit de pupillo cum tutore, & adulto cum curatore.& in hoc ɔcordāt oēs,ꝙ ſic,ut ſupra dictum eſt. Sed an tunc reqratur iudicis decretum,qdam ꝙ ſic, vt in prædicto verſic. illud aūt. Bald. aūt ɔtra ꝙ non requiratur iudicis decretum,quia nihil alienat,& qa in executionibus pœnaꝝ non ſubuenitur minori.ff. de min.l.auxilium, & quia non dr̃ damnum pati.de ſep.uiol.l.ſepulchri. vt ipſe ſcribit in l.1.ff.de pac. Sed vt dixi ſupra id poteſt eſſe veꝝ inſpecto iure cōi tm̄, ſm qđ actio iniuriaꝝ remitteretur.non.n.dr̃ eſſe in bonis. & ꝑpea dici ſolet ꝙ dr̃ hæreditas adiri, vt dicā inf. in q. 36. inſpectus vero ſtatutis vindictā permittentibus maior eſt dubō,licet.n. tale ius non dicatur in bonis, ut l.cum emancip. ff.de col.bo.& i l.ſed ſi vnius.§.ſi ante,de iniur.tn̄ alienatio dr̃ ſicut in repudiatione hæreditatis in qua ante aditionem nullum ius dr̃ in nobis eſſe,vt l.pretia reꝝ.ff. ad l. Falc. Quia tn̄ in caſu noſtro loquimur de effectu pacis ad cancellationem fiendam non gratuito,ſed aliquo ſoluto, & ſic pur in aliquo punitur,ſatis putarē veꝝ eſſe iudicis decretū non reqri,vt d.l.pſes. Cautela tn̄ eſt,vt eius auctoritate fiat, vt oē dubiū remoueatur,vt in d.verſ.illud aūt. Vltimus art. ſit,an poſſit peti reſtitutio in integrū, vt ſic interim pax nō dicat firmiter facta. In hoc dicit Iac. de Are.in d.l.1.C.de integ.reſt.mi.ꝙ nō, qa in executionib.pęnaꝝ &c.ut l.auxiliū,& qa nō

eſt ieſus q voluit fugere inimicitias, de vſufr. l.gñali.§.1.in prin.& idē vt dixi ſupra tenet ibi Bal.& in d.l.1.de pac.& ſic pp hoc nõ re tardabit cācellatus maxime cum in talibus nõ inſpiciat qd̄ euenire pōt de iure ſpeciali. l.4.circa prin.ff.de fideicom.lib.& per Bart. plene in l.inter ſtipulantē.§.ſacram.de verb. obl. ex pdictis itaq; patet qualiter requirat pax qñ filius mortui paſſi iniuriam eſt mino.& patent expedite.32.33.& 34. q.

35 Quæro ergo trigeſimoquinto† circa idē. Filius occiſi maior vt ſic ceſſent aliȩ dubitationes fecit ſimplr̄ pacē de iniuria facta patri cū remāſiſſet patri. An hoc ſufficiat ad cācellationē bāni poſito ꝙ pax ſit ſpālis de cōtentis in ſnia bāni.In cuius deciſione primo vidēdū eſt an ſtatutū pdictū qd̄ loquit̄ de hȩrede intelligat̄ de filio,& deſcēdēte.An vero ēt de extraneo.Si.n.primo modo intellr̄,nō vr̄ ꝙ ſit neceſſaria hȩreditatis aditio. ff. de ope.lib.l.vt iureiur.§.ſi liberi.cū ibi notatis. & ita voluit Bar.in l.dāni.§.Sabini.ff.dē dā. infec. vbi dixit tale ius cōpetere iure hæreditario. qd̄ ſecus eſt ſi intellr̄ gñaliter de quo cunq; l.3.§.ſi qs hæred.ff.de ſta.lib.& l. qui hæredi.ff.de pditio.& demon. Et qd̄ debeat intelligi de filijs vr̄ probari,qa idem indicat̄ de remiſſione iuris, ꝙ de ipſo iure l. manumiſſiones.ff.de iuſt.& iur.& qd̄ not. in l. de tutela.C.de in integ.reſti. mi. ſed ipſum ius vindicādi nō trāſit i hȩredē l.iniuria℞ actio. §.1.de iniur.ergo debet intelligi.i.de filio. l. lex facta.§.fi.ff.ad Treb. & quod hr̄ p Bart. in l.Gallus. §.ēt ſi parente de lib. & poſthu. & ita dixit Bart.in l.ſi filius q patri.de vulg. & pup.vbi dixit ꝙ ſufficiebat pax habita à filio ēt q abſtinuerit pp beneficiū ſuitatis q operat̄ commodum filij.Er idē tenet ibi Bal. qa nomen hæredis pfertur ratione nāli. Ex quo ſi ve℞ eſſet ſequeretur ꝙ non ſufficeret pax habita ab eo q adiuiſſet filio abſtinente, puta q non eſſet de deſcendentibus.Quantū ad me paſſus eſt dubitabilis pp nām materiæ ſuper qua proferē tale nomen, ſed pp mā fauorabilem cōis interpretatio ſe habet quod intelligatur de quocunque vr̄i ſucceſſore l.ſciēdum de verb.ſig. & ita tenuit Bal. contra Bart.in l.2.C.de lib.& eo.li.& etiam Bart.in l.eadem.§ cato.de verb.oblig.vt dicam infra in q.39.Non ob. ꝙ ius vindicandi non ſit tranſitorium, quia imò tranſitorium eſt de ſui nā lite conteſta. vt ibi cum concor.de quo ar.vide in d.§.ēt per Bart.& Bald.per Doct.in l.antiquas .C.de vſufr. & in l.annalibus.C.de lega.requiritur ergo ad verificationem ſtatuti qd̄ ſit hæres ideo,&c.

36 Trigeſimoſexto videndum †eſt an ex tali pace dicat̄ adire hæreditatem.Alb.vbi ſupra q.9. tenuit ꝙ ſic ſi aliquid recipit, quia illud dat̄ ꝯtemplatione mortis arg.ff.ad Tre.l. 1. de lib.& poſth.l.in ſuis.Cōis vero opi.ſe hēt in ꝯtrarium l.p hæred.§.fi.& ibi p Bart. ff. de acq.hær.& ēt per alios.& in l.quæſitum. ff.de ſe.viol.facit l.eum qui.C.ar.tute.de his q ef.vel deie.l.ſi vero.§.hec actio. & ita determinauit Odof.vt refert Gui.de Suz.q idē tenuit in ſuis qō.ſub literas S.Quod intellexit idē Odof.in d.§ hæc actio. nullo exiſtente ſtatuto. Sed vbi ſit dcm̄ ſtatutū tribuēs pacis beneficiū dixit eū intelligi adire hæreditatē.& nil allegat.& idē ſequit̄ Cy.in d. l. eū qui.qd̄ non credo ve℞,niſi in inſtr̄o pacis dicatū, ꝙ fecit pacē vt ille ꝯſequeret̄ beneficiū cancellationis.Tunc.n.intellr̄ adire,quia alias hr̄e non poſſet beneficium arg. d. l. pro herede.§.Papin.& l.illud.eo.tit. ita debet intelligi dictum Odof. Simplex ergo inſtrm̄ pacis habitȩ ab eo qui poteſt hȩres eſſe non dat beneficium cancellationis, niſi de aditione tunc facta aliter appareat. Vide tñ quod dicam infra hac eadem parte q 47.ad fin.

37 Trigeſimoſeptimo † qrit̄ ꝑcurator Titij offenſi cū gñali,& libera adminiſtratione fecit bānito pacē de ꝯtentis in banno, qrit̄ an virtute dictȩ pacis bannitus poſſit pp dcm̄ ſtatutū certū qd ſoluendo cancellari.& vr̄ ꝙ ſic,quia tutor poteſt.l.pſes.C.de tranſact.ergo & ꝑcurator cum libera.l.procurator.cui liber. ff.de proc. In ꝯtrariū eſt veritas,qa aut nō venit in mandato hoīs eo ꝙ non ꝯſiſtit in adminiſtratione patrimonij.vt l.nec mulierē.C.de manu.vin.aut ſi venit reqrit̄ ſpāle mandatū.ff.de ꝑc.l.mādato.extra de arb. c.per tuas.& de tranſa.c.contingit. & ff. de pac.l.nā,& nocere.& ita not.i Spe. de treug. & pa.verſ.hoc quoq; not. & de ꝑcurato. §. ratione igitur ſui verſ.22.Et ita ſeruatur.

38 Trigeſimooctauo † quęritur an ſufficiat, bannito hr̄e pacem verbis vel factis ſine ſcriptura. Puta quia probat bannitus ꝙ offenſus,vel eius hæres hñs eius cognitionem bibit ſecū vel cœpit eum per manum,& ſimilia.& vr̄,ꝙ ſic,quia per tales actus alio non dato intelligit̄ fieri pax,& remiſſio iniuriæ.

Facit

Facit qđ notat in l. 1. ff. de pac. & inſt. de iniur. §. fi. eo. ti. l. nõ ſolũ. hoc aũt ꝓbat̃, q a nõ reperit̃ hic caſus inter illos in quibus requirit̃ ſcriptura de quibus hr̃ ꝑ Dyn. in ſuo tract. ꝑ Gui. in Spec. de inſtr. edi. §. reſtat verſ. ſed ſi vnus ꝑ gl. i c. 1. de cen. lib. 6. & ꝓbat̃ ex not. in l. 3. §. pen. ff. de adim. le. ꝑ Bar. in l. 1. ff. de pac. Et vt̃ caſus in l. in ipſius. C. fam. erſc. Et ibi ꝑ Guid. & hoc ver̃ licet Gui. in Spec. in ti. de hom. ver. illud in duobus verbis videat̃ ſenſiſſe ꝯtrarium per c. pactum, de verb. ſign. qđ non ob. vt ibi no. in gl. Quia tñ facilius poſſent fieri fraudes cõiter per ſtatuta prouidetur ꝙ de tali pace debeat conſtare ꝑ publicum inſtr̃m. & tunc dicit Bald. ꝙ producens tale inſtr̃m non debet detineri ſed ſtatim relaxari. ff. de in ius vo. l. neque in fin.

39 Trigeſimonono ꝙrit̃ an ſufficiat bãnito ſi hẽt pacẽ ab vno ex pluribus hæredibus occiſi ſiue alr̃ offenſi. Quæſtio hæc in diuerſis titulis qõnum ad idẽ tẽdentiũ reperit̃ diuerſimode terminata. & licet in voluminibus habeant̃. tñ pro ꝯtrarietate determinationũ opus eſt vt aliqualr̃ inſiſtat̃. Et ideo ſciendũ, ꝙ iſta qõ fuit de facto Bononię, & ibi Oſber. de Cremona determinauit talẽ pacẽ ab vno habitã nõ ſufficere ꝑ tex. l. 1. §. denũciari in fi. de lib. agno. Itẽ q a indefinita ęquipollet vl̃ de leg. 2. l. ſi pluribus. Sed Old. tũc tenuit ꝯtrariũ q a ſtatutũ ſupra relatũ dicit ab hærede, ergo ſufficit ab vno cũ hæres ſit. Itẽ q a vindicare necẽ defuncti eſt qđ indiuiduum ergo cõpetit cuilibet hæredũ inſolidũ. ff. famil. erciſc. l. hæredes. §. antea. & de ſeruitu. ruſt. l. via. §. fin. Nec obſt. lex fi. ff. cõia præd. quia ibi ius illud indiuiduũ reſpicit corpus hæreditarium, ideo ibi requiritur conſenſus oium. ſed in ꝓpoſito tale ius nõ reſpicit qđ hęreditariũ ergo ſufficit volũtas vnius. & ita dixit Cy. in d. §. denũciari fuiſſe Paduę determinatum. Bart. aũt in l. eadẽ. §. cato. de verb. obl. dicit ꝙ licet in indiuiduis apud quẽlibet hæredũ ſit ius inſolidũ, tñ eſt ſine effectu niſi ceteri conſentiant, de ſerui. ru pdio. l. itinere, & qđ licet in tutoribus apud quẽlibet ſit inſolidũ ius actiones exercẽdi. non tñ ſic in iure ꝑ qđ tutela finit̃ l. clarũ. C. de aucto. ꝑ ſtan. & ideo in propoſito cum extingueret̃ ius vindicandi non debet tenere pax ab vno habita niſi ceteri ꝯſentiant, quod ẽt apparere dicit ex eo qđ ſtatutũ dicit ab hærede, & ſic de eo qui ex aſſe. i. in totum hæres eſt l. ſi defenſor §. 1. de interr. act. Ac ẽt quia hęres ꝑ parte non repræſentat defunctũ, niſi ꝑ illa parte. C. de rei ven. l. cũ à matre, ꝑ alia n. hr̃ vt extraneus vt ibi. & no de pr̃ato. ſtip. l. 2. §. fi. ff. de quo ſtatuto nõ cogitauit. Finalr̃ tñ concludit ſtandum maiori parti hæredũ intelligendo maiorẽ partẽ pro numero pſonarum, & vnciarum, & vbi ſint pares ſtandũ eſſe dignioribus, & ſi in oibus ſint ęquales ſtãdũ eſſe remittentibus, & ſic pacẽ facientibus de pac. l. & ſuũ §. ſi. & l. maiorẽ, in prin. & C. q bo. ce. poſ. l. ſi. reputans iniquũ eſſe ꝙ vnus ſolus q forte eſſet vnus triſtis poſſit pacẽ facere. Contra l. ſi vnus. §. ſi filio. ver ſed inter dũ. ff. de iniur. quã ſñiam dixit ęquitati conſonã. Bal. vero in hac q. multũ variauit. Nã in l. cõis libertus. ff. de i ius vo. ſequit̃ opi. Cyn. q a cum non agat̃ de pecuniario commodo, penes vnũquęq; hoc ius faciendæ pacis conſiſtit inſolidũ, ſed non ſic vbi agit̃ de pecuniario cõmodo. & ita rñdet ad not. in l. 2. C. de lib. & eo. lib. vbi allegat̃ lex ſi quis hac lege. §. ſi. ff. qui, & à qui. ma. li. non fuerit. Sed in l. 1. ff. de pact. dicit ꝙ aut tractamus de pace ad effectũ tollẽdi ꝓceſſum inchoatũ & tunc ſi ille q inchoauit remittit ſatis eſt l. per ſundũ. ff. cõia pd. Aut ad effectũ tollendi ſñiam latam, & tunc ſecus eſt. Et ſic tenet directo ꝯtrarium, dicens veram eſſe opi. Osber. & ſubdit ꝙ opin. Bart. ... maiori parte loquẽs non põt eſſe vera, q a illud verum r̃r qñ aliquid competit pluribus collegialiter. i. vniuerſis ſecus ſi ſinglr̃. Tunc n. contradictio vnius qui vtit̃ iure ſuo liberationẽ excludit ſm Innoc. de maio. & obe. c. humilis. Implicat ergo ibi ꝯtrarietatem ꝙ pax vnius ſufficiat, & nõ maioris partis, ſed debet intelligi ꝙ pars vnius ſufficiat alij non ꝯtradicentibus. Si vero aliqs cõtradicat nedum habita ab vno, ſed nec à maiori parte ſufficiat in l. 2. C. de lib. & eo. lib. vbi dicit Old. vacillaſſe ꝙ nõ eſt ver̃. cũ ſemꝑ dixerit inſpici verba ſtatuti, an loquat̃ in ſingulari an in plurali. poſt relatam oium opi. ꝯcludit ꝙ aut ius indiuiſibile accedit rei cõi. & tunc rei cõis habet nãm, & melior eſt conditio prohibentis & plus valet prohibitio vnius q̃ multorum conſenſus. vt d. l. fin. cõia prædio, & ibi concor. Aut tale ius ſtat per ſe, & tunc aut attendit ad percipiendum aliquod commodum, Et tũc oẽs debent requiri, ſed ſi diſcordant ꝓfert̃ maior pars vt l. maiorẽ, & ꝙ nc t. per

Bar.in l.hær.§.pcto.ff.ad Treb. Aut tale ius tendit ad vindictã, & tũc pfertur magis idoneus,& cuius magis intereſt de ſepul. viol. l. 3.§.ſi ad plures,& l.ſepulchri. Aut tendit ad remiſſionem vindictæ. & idem quia fauorabilior,eſt liberatio q̃ vindicta, & qa agit de publica vindicta,q̃ reſp.remittit, nec pñt ptendere cohæredes aliq̃ læſionem, qa nihil agunt niſi ut officiãt.ff.de rei vend.l. in fun. item quia illa illa uerba. Si pacẽ habuit &c. non pferunt aliqd hæredib. ꝙ poſſit extingui,quia verba ↄdõnalia non diſponunt,ſed facultatem denotant.ff.ſiquis omiſſ.cau.teſt. l.ſi quis ſub ↄdõne.Et ſic ceſſare dixit omnia ↄtraria quæ loquũtur de pluribus ius hñtib. Concludens,ꝙ ſi ſtatutum loquitur p uerba ſingularis numeri ſufficiat pax facta ab vno ex hæredibus,qui ſit honeſta perſona, & eã ſecerit bona fide. Nã & ius diuinum ad hoc hortatur offenſum,vt not.de his q no. inſ.l. furti.§.pactus. Ang.vero eius fr̃ faciẽs de eo mentionẽ in d.§.Cato. dicit de rigore iuris opin.pdictam,& ẽt Bart.non poſſe pcedere, ſed veram eſſe opin. Ober.per iura p eũ allegata,qa in iuribus ſingulorꝝ non habet locum lex quod maior, niſi in caſibus l. maiorem,& l.ↄſil.de cura. ſu. De humanitate aũt dicit veram eſſe opin. Bart. ut ſtetur maiori parti ſm eius diſtõnem dum tñ in maiori parte non computetur fœmina, quia ad eã ius uindicandi non ptinet, vt not. per gl. in vſi.feu.in tit.qui feu.da.poſ.uer.hoc aũt not. Dicit ẽt ꝙ ſi in numero minoris eſſet vnus ↄſors occiſi, & alij eſſent extranei uox illius ↄſortis eſſet oĩbus alijs præferẽda.ff. de acc. l.ſi cui.§.1.& l.ſi plures. Vides ergo in hac q. q̃, & quanta ſit diuerſitas opin. Sed ſaluo iudicio cuiuslibet melius,& ſubtilius intuẽtis mihi vr̃ aliter eſſe dicendum. Nã qñq; ius vindicãdi incipit à perſona offenſi qñq; incipit à pſona hæredis. Primo caſu ut ſi ſtatutũ dicit ꝙ nullus poſſit rebãniri, niſi habuerit pacem ab offenſo, vel eius hæred. Et iſto caſu ius ſiendæ pacis quo ad ſtatuti bñficiũ incipiat,& ortũ habeat in perſona offenſi,& ex eius pſona tranſeat in hæredem puto verum eſſe de iure non ſufficere pacẽ habitam ab vno, quinimò nec à maiore parte, cũ ab hærede requiratur pp reſpectum defũcti. Et ſic pp repñtationẽ dicta verba nõ verificanť, niſi in his q totũ eũ repñtant l. cum à mře,ſupius allegata.Pro parte.n. p qua nõ eſt hæres cenſetur extraneus.Et ſic hoc caſu ſit uera õpin. Osber.per iura per eum alleg. & per d.l.ſi quis hac lege.§.fin.in quib.iuribus ius apud quemlibet eſt indiuiduum,vt l. Carm.pia.de iu. pat. Et tũ oẽs requiruntur. Secundo caſu puta cum ſtatutum dicit occidens decapitetur,niſi habuerit pacem ab hærede occiſi.Et ſic ſolum fundatur ius in perſona hæredis non reſpectiuatum ad ius defuncti.Et iſta fuit qõ propria Osber.Old. & Cyn.Et hoc caſo puto ↄſiderandum duplex vindictæ genus.Vnum ius vindicandi ex forma ſtatuti quod datur hæredibus mortui p ppria auctoritate. Aliud ius accuſandi,vt per iudicem puniatur, vel bãniatur, & bãnitum offendendi qd̕ datur cuilibet ex forma ſtatuti. Quo ad primum ius qd̕ datur ſolũmõ ex ipſo facto homicidij ẽt nullo ſecuto pceſſu.& qa vnicuiq; cõpetit inſolidũ, licet vnus pacem faciat, non ppea præiudicat alijs qn poſſint uindicare,& offendere, nec ẽt ſi maior pars pacem faceret. Ille.n.q pacem non fecit tale ius uindicandi auctoritate propria non perdit,ut d.l.fin.cõia præd.& l. claꝛ.de auct.pre.cum ſim.Et eſt verꝭ ꝙ in iure cõpetenti pluribus,ut ſingulis diſpõ l.qd̕ maior. ad mun.locũ non habet,niſi in caſibus ſpecialibus,de qbus iſte non eſt. Quo uero ad ſm ius uindicandi p uiam iudicij, & ſic accuſandi,& faciendi puniri p iudicem, & ẽt bannitum ppria auctoritate offendendi uirtute ſtatuti pmittentis à quocũq; offendi,qd̕ ius eſt publicũ,& in quocũq; reſidet vt in pſona qualibet,ut ff.de pub.iud.p totũ. Puto verꝭ eſſe dcm Old. ſ. ꝙ ſtatutũ qd̕ loqtur in ſingulari locũ habeat ſi vnus hæredum pacẽ facit.Cũ.n.ſtatutũ ſic loquať i ſing.ſufficit pax habita ab vno.l.nõ alr̃.de leg.3.l.1.l. ſi is qs nauẽ,de exerc.cũ ſim.Nec obſt.ꝙ pıudicetur alijs, qa ſic in iure publico, ſiue plurib. ſiue oĩbus cõpetenti ↄtingit,vt l. plures.ff.de acc. & nau.caup.ſtab.l.licet.§.pen. Si.n.vnus accuſat,& nulla interueniẽte colluſione accuſatus abſoluitur, ceteris ius accuſandi ſublatũ eſt.Itẽ ſi agitur cauſa nullitatis,vel cãcellationis, vel exceptionis à bãno ſufficit, ꝙ citetur reſp.ſiue ipſam repñtantes,nõ ꝗt eſt neceſſe ꝙ ſinguli de vniuerſitate citenť, ut hr̃ plene p Bar.in extr.ad repr.ſup verbo citata,& ſi ad petitionẽ vnius cãcellationis tale ius offendendi oĩbus perit. Et hoc caſu uerificanť verba Bal. in d.l.1.ff.de pac. Nec obſt.l.claꝛ de

de auth. pręſt. & l. fi. cõia præd. cum ſim. qa loquũtur in iure priuato cõpetenti cuilibet iure pub. & ſic in eo potuit ſtatuens diſpõere quicq̃d uoluit, de iniu. & dam. da. c. in nr̃a, & ff. de pri. cre. l. Antiocẽſium cum ſim. cum plene no. per Bar. in l. toties. ff. de poll. Hoc tñ caſu verũ eſt, ꝙ ſicut vbi accuſans pſumeretur colluſiſſe non habeat locum abſolutio vt hr̃ in tit. de præuar. p totum. Ita & tũc nõ habeat locum tale beneficium ſtatuti q̃n pſona vnius hæredis q̃ pacẽ fecit eſt uilis, vel prauæ ꝯdõnis, vt ſic ſtatutum à iuris regulis ordinet ar. l. ſed vnius. §. filio, de iniur. Nec obſt. ſi dicatur rõ prædicta locum habet ẽt in primo membro, & tñ dicis diuerſam eſſe cenſuram, quia vt dixi à diuerſitate verboꝝ diuerſa cognoſcitur intẽtio l. Labeo. de ſup. le. In illa aũt q̃one, & ſic in primo membro verba ſtatuti fundata ſunt in iure competẽti offenſo, & de eius pſona in pſonas hæredũ. hic in iure ipſoꝝ hæredum nõ reſpectiuato ad defũcti pſonam, & ſic diuerſa colligitur cenſura. l. ſi idem. C. de eod. Nec ẽt obſt. qđ p hoc dicantur alij perdere ius uindicandi p pria auctoritate, q̃a non eſt veꝝ, ut dcm̃ inf. in 3. tpe parte 1. q. 10. dum tractabo, an contra rebannitum poſſit fieri uindicta permiſſa ex forma ſtatuti contra offendentem.

40 Quadrageſimo † circa eandem pacis materiã pone ſtatuto ſimplr̃ caueri, ꝙ bãnitus rebãniatur ſi habuerit pacẽ, an ſufficiat ſibi pax habita ab occiſo. Pone. n. ꝙ erat capitalis pœna p vulnere facto aĩo occidendi, ut ſic ante mortem potuerit in bãno poni ſm̃ not p Bart. in l. damni. §. Sabini, de dã. inf. & in Spec. de acc. §. uiſo, verſ. ſed pone. & ẽt in tit. de inq. uerſ. pone, ꝙ habuit pacem anteq̃ eſſet bãnitus. In hac q. r. uidendum eſt, an occiſus poſſit liberare occiſorem in quo Bart. in d. §. Sabini. dixit primo vr̃ ꝙ non, q̃a homicidium non põt remitti. l. diuus. ff. ad Syll. & ibi not. & ideo dicit ꝙ debet poni ſtatutũ in his terminis ꝙ q̃ occidit occidatur, ſed ſi habuerit pacẽ minus puniatur. Et arguit ꝙ vr̃ facta pax de occiſo, ut in §. Sabini, cũ oib. iurib. ibi alleg. In ꝯtrariũ arguit de l. ita vul. & l. q̃ occ. ff. ad l. Aq̃l. & ſubdit, ꝙ ſm̃ Guid. de Suz. tutius eſt fieri pacẽ de vulnere, & de oĩ eo qđ ex vulnere ſeq põt, & alleg. Gui. in d. verſ. ſed pone ubi latius p Io. And. & dein de relato d. Iac. de Are. ꝯcludit ꝙ aut eſt certum de mente ꝯtrahẽtium, & ſtare debemus certo. l. 1. §. ſi ꝯuenerit. ff. depoſ. aut nõ ꝯſtat. & tunc ille remiſit actionem iniuriaꝝ, & nõ vr̃ remiſſa actio de homicidio. l. ſi duo p̃roni §. Iulian. de iureiur. aut remiſit iniuriam, tũc aut vulnus erat mortale. & oĩa vr̃ remiſſa, ut in d. §. Sabini, cum ſim. Aut non erat prima facie mortale, & mors non vr̃ remiſſa, ut l. ſi vulnerato. ff. ad l. Aquil. quia de ea nõ vr̃ cogitatum, ut l. qui cum tutorib. ff. de tranſ. & intelligo hoc ꝙ vere erat mortale. Si aũt ex alia cauſa mors fuiſſet ſecuta non minus valeret pax, vt d. l. qui occidit. ex quibus patet ꝙ ꝯcludit ꝙ quis poſſit reddere pacẽ de morte ſuijpſius, & proſit homicidæ, nõ obſt. l. diuus, ad Syll. quia illud veꝝ de iure cõi, de quo dic vt ibi, & per Bar. in l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff. de adult. Ad ꝓpoſitum ergo dictante ſtatuto ſimplr̃, vt propoſui de bãnito dico, ꝙ ſi erat bãnitus tpe quo pacẽ habuit, & pax fuit talr̃ compoſita, ꝙ comprehendit ẽt de morte, & debebit cancellari ſi ſtatutum requirit ꝙ aliquid ſoluatur ſine dubio, quia non ꝑpea eſt immunis, ſed mitius tenet̃. Idẽ ſi ſimplr̃ dicit ſtatutum cãcellandum eſſe ex beneficio pacis, quia lex diuus cum gl. habet locum ante latam ſniam non poſt ut dr̃ per Doct. in l. tranſigere. C. de trãſact. & dixit ſupra hac ead. par. q. 30. Sed ſi non comp̃henderet mortẽ non hr̃et beneficium. Si uero non erat tunc bãnitus non vr̃ ei prodeſſe beneficium pacis. quia bannitus non habuit pacem. & ſic nõ verificantur verba ſtatuti l. in del. §. ſi extr. ff. de noxal. & l. Titius. ff. de milite. & quod ibi per Doct. Nec ei vr̃ ſufficere additio hær. per quam vr̃ ratificari oĩa geſta p defunctum, ut dicam in ſeq. q̃o. q̃a illa trahitur retro cum illis qualitatibus cũ quibus facta fuit, & ſic tali qui bãnitus nõ erat vt in regula rati lib. 6. cum ſim. & in l. eius q ff. ſi cer. pet. Niſi ergo illam habuerit ab hærede non vr̃, ꝙ poſſe cancellari. Sed aduerte, ꝙ iſtud ultimum poſſet eſſe verum ſi ſtatutũ diceret ſi fiat pax bãnito &c. Tunc. n. requiritur, ꝙ ſit bãnitus tpe quo fit pax. Sed in ꝓpoſito dcm̃ fuit ſtatuto caueri cum dr̃e cancellari ſi pacẽ habuit. & ſic ſignãri ẽt tps ptm̃ vt l. ſi iam facta. & l. ſol. ff. de pd. & dem. & qđ no. p Bar. in l. oẽs pop. ff. de iuſt. & iur. dũ tractat de ſignãtu verbi qđ põt eſſe ptm̃, & futuꝝ. Nec obſt. ꝙ leges ſiue ſtatuta nõ trahantur ad ptm̃ q̃a veꝝ eſt quantũ ꝯd ptõs bãnitos &c. qđ declara vt dixi ſupra hac ead. par. q. 10.

quæſtio. 10. vbi pro hoc vltimo oino vide.
41 Sed pone 12. † ſtatuto caueri, q bannitus qui habuerit pacem ab hærede occiſi debeat cācellari, &c. Et ſic ſufficiat, ſiue habuerit ante bannum, ſiue poſt. Titius q vulnerauit ad mortē Caium, habuit pacē ab eo vulnerato ēt de morte. Aut tacite vt dictū eſt ſupra ꝓx. q. aut expreſſe. an ſibi ſufficiat hæc pax. Bart. in pall. §. Sabini, arguit primo, q ſic, quia qui habet à defuncto, habet ab hærede. ff. de ꝓb. l. pactū. & vē expreſſum. ff. de exc. tut. l. athletæ. §. dat remiſſionē, credit contrarium cum hoc fauore hæredis ſit inductū, & ſic non pōt teſtator remittere. C. vt in poſ. l. pe. & quod ibi not. & qa ex hoc quis inuitaret ad delinquendū cum vulneratus expectās de ꝓximo mortē faciliter pacē faceret. adduxit ad ſui deciſionē, q hmōi iniuriæ ꝓſecutio non cōpetit iure hęreditario ar. ff. de ſep. vio. l. qſitū. & l. pro hærede. §. fin. de aeq. hær. Sed Bar. in l. 2. C. de lib. & eo. lib. allegās pro hac parte, q ſtatutum loqtur de hærede nō teſtatore. & ſic in eo locū nō habet ſol. matr. l. ſi vero. §. de viro. determinat ꝯtrariū, qa ſtatutum qd' loqmur de hærede cōſiderat ꝓſonā defuncti ꝓut repræſentatur ab hærede ſecūdum met Bar. in l. eadē. §. cato. de verb. obl. ſed fortior virtus eſt. in repræſentato q̄ in repræſentāte arg. C. de iure del. l. cū aliqs. item quia hęres tenetur hre ratum factū defuncti. C. fam. erciſ. l. in ipſius, & l. ſi ergo. §. 1. de iure do. Et ideo hoc caſu volūtas hæredis nō debet requiri. ff. de ſer. expor. l. 3. Patet etiā hoc ſm eum nāli rōne quia quidqd eſt cauſa cauſę eſt cauſa cauſati. ff. man. l. hæredē. ſed defunctus eſt cauſa cauſæ. i. hæredis. ff. de leg. 2. l. codicillis. §. pen. ergo eſt cauſa cauſati. i. pacis, & ſic pax ab eo depēdet. Et ſi pōt per alium ergo ꝑ ſeipſum, & multo fortius arg. ff. de min. l. quod ſi minor. §. Scæuola. Nec ob. l. 1. C. de vſufr. & l. ſcire vt in poſſ. le. alle. ꝑ Bar. in ꝯtrarium qa illa cautio ꝓſtatur hæredi vt dño, & ſic recipit eam tanq̄ quilibet ꝓprietarius nō tanq̄ hæres, hic vero tanq̄ hæres, & defunctū repræſentās facit. Credo hanc opin. Bald. verā & fauorabilē. Non ob. q ſtatutū loquitur de hærede, qa cum de homicidio loquatur habuit reſpectū ad id qd' frequentius accidit. ſ. q plurimū interficiūtur incōtinenti, & ſic pacem reddere non pñt. Si ergo aliter contingit idem eſt ꝑ identitatem rōnis. ff. de leg. nā ad ea. & qd' no. in l. tale pactum. §. ſi. de pact.

Aduertendum tñ eſt, q bannitus debet oſtēdere aditionē hæreditatis, alias nō diceretur habita ab hærede. l. 3. §. ſi qs hær. ff. de ſtatu li. & l. q. hær. de cond. & demon. Et ideo ſi qs decederet ſine hærede ſm not. in l. ſi. ff. de in ſtit. & l. ſine hærede. in prin. de admin. tut. & l. poſtq̄. vt leg. no. ca. Puta qa facta diligenti inueſtigatione, & excuſſione ſm formam. l. pen. C. ad Treb. nō reperiretur qui hæres eſſe vellet. forte ſibi pax habita à defuncto nō ꝓdeſſet. Faciunt no. ꝑ Bart. & Bal. in l. 1. C. de act. & obl. qd' & ſi ſubtile ſit, tñ non ſapit æquitatem, & forte ēt non eſt verū. quia ſi diceremus ſufficere pacem habitam à defuncto de eius hæredis ꝑſona non eſt curandum, quin imō ſi aditur hæreditas qſtio remaneret clara. cū adeundo oia geſta defunctū ratificare dicat, vt dictum eſt ſupra ꝓx. q. & probat. C. de lib. cau. l. ſi ab eo. niſi in his quæ in fraudē ipſius hæredis geſta eſſent ſm not. in l. 2. C. de his q̄ in frau. pa. Concludatur itaque pro parte fauorabili quod ēt tūc ſufficiat pax habita à defuncto licet tutius ſit aditionē hrdi tatis oñdere. Vide tñ quæ dicā infra q. 49.
42 Quero † circa idem 42. Dictum ſtatutum reqrit, q de pace habita ab hęrede conſtet ꝑ publicum inſtrm. de pace conſtat per inſtrm taliter qd' aditio non inducitur ſm ea quæ dixi ſupra q. 36. ſed de illa probatur ꝑ teſtes. Queritur an beneficiū pacis ꝓſit bannito vt poſſit cancellari. Iac. Bur. diſputauit q. in ſiſi. de qua Doct. ponūt in l. certi cōdictio. §. qm̄ ff. ſi cer. pet. & cōcluſit, q licet per teſtes non poſſit ꝓbari ex forma ſtatuti debitū vltra cētū ſolidorū. Si probatur ꝑ inſtrm promiſſio indēnitatis, vel intereſſe ꝑ teſtes poterit probari de quātitate damni, vel intereſſe, qa ſtatutum loquitur de pace nō de aditione. Secūdo, quia verū eſt, q non eſt facta ꝓbatio ꝑ teſtes, ſed ꝑ teſtes, & inſtrm. & ſic confectū eſt vnum mixtū. ergo ſtatutum in eo locū ſibi nō vendicat. per not. in l. 2. de verb. obl. Sed iſta ratio ad ꝓpoſitum nō adaptatur, quia illud ſtatutū eſt prohibitiuum. ſ. qñ non poſſit ꝓbari ꝑ teſtes. Iſtud affirmatiuū, q debeat conſtare ꝑ publicum inſtrm. Et cum iſtud ſit fauorabile debet hre locum in mixtis, vt no. per Bart. in d. l. 2. Sed attende, q imō effectiue iſtud ſtatutum eſt prohibitiuum. i. q pax nō poſſit ꝓbari ꝑ teſtes, ſicut dicimus in negatiua. l. ſi. in prin. de doli excep. & in l. inter ſtipulantem. in princ. de verb. obl. Et ideo argm̄

arg.in prędictum facit ad propoſitum.ſ.quod dictum ſtatutum nõ habeat locũ in hoc mixto.Et ſic poſſit aditio probari per teſtes. Pro hac deciſione allegatur tex.d.§.qm̃. cum gl. ſua. nam tex.ibi dicit,ꝙ ille contractus mutui fit re,& verbis, & gl.exponit.i.verbis interueniente re.ſic in propoſito iſta probatio pacis fit per inſtr̃m. interuenientibus teſtibus quod hoc facit, ꝙ vbi alteratur nã probationis ſuper aliquo,vt quia dr̃ quod infamis admittatur ad ꝓbandum ſimoniam, vel adulteriũ.Illa alteratio non extendit ad circũſtantias,de ſimo.c.ꝑ tuas,& ꝑ Bart.in l.in q̃nibus.ff.ad l.Iul.maieſt. & ꝑ Bal.in auth. ſi dicat. C.de teſti.ita in ꝓpoſito cũ iſta forma ꝓbõnis detur ſuper pace nõ trahitur ad circũſtantias. Et ſic additio poterit ꝓbari ꝑ inſtr̃m. quod eſſe verũ oſtenditur, hæres nõ põt eſſe niſi poſt mortem,de reg.iur.l.hęreditas.de vulg.& pup.l.2.§.1. De morte aũt rñr non fit inſtr̃m maxime in occiſo ſm̃ no. per Bar.in l.in ſenatum.ff.ad Turp.& C.de ꝓb. l.fin.& C.ad l.Aquil.l.contra negantẽ. Si.n. intelligitur,ꝙ mors non poſſet ꝓbari per teſtes,ſtatutum quaſi de nihilo ſeruiret qñ daret beneficium pacis habitæ ab hærede. Intelligitur ergo,ꝙ ipſa pax ꝓbetur ꝑ inſtr̃m. Circũſtantiæ vero poterunt probari per teſtes. ad quod ẽt facit quod hr̃ in iuribus ſupra ꝓxime allegatis.In quibus dr̃ per cõtrarium, quod licet maleficium nõ probetur ꝑ inſtr̃m, tñ circumſtantiæ maleficij bene probantur per inſtr̃m,vt puta adulterium probatur ꝑ teſtes. Matrimonium põt probari per inſtr̃m.& ſic de ſi.vt ibi, & per Bal.in l.optimam.C.de contrahen.& cõmit.ſtip. Et intelligo prædicta ꝓcedere ſtatuto dictante,vt ſupra.Si vero ſtatutum diceret,ꝙ in cauſa cancellationis nõ admittatur ꝓbatio per teſtes ſecus eſſet, q̃a tunc hrẽt locum in quolibet articulo cauſæ arg.ff.de tranſac.l.cum hi,ſm̃ Bar.in fi.in l.ſolet.de ali.& cib.leg.& Bald.in l.2 de iureiur. Puto tñ,ꝙ ẽt tunc poterit ꝓbari mors,& filiatio. alias redderetur ſtatuti diſpoſitio inutilis. Cum.n.ſtatutum det beneficiũ pacis habitæ ab hęrede,& dicat,ꝙ in cauſa cãcellationis nõ admittatur ꝓbatio ꝑ teſtes debet intelligi ſuꝑ his quæ pñt probari ꝑ inſtr̃a vt ſuper pace,ſuper aditione, ſuꝑ matrimonio.Sed in his quæ rñr non pñt ꝓbari niſi per teſtes,vt de morte,& filiatione, vel parentela ſtatutum non intelligitur.l.ita autem,in princ.cum ſi.ff.de admin.tut. & ne iuris diſpoſitio reddat̃ inutilis.l.talis ſcriptura.in fi.& l.ſi qñ.de leg.1.& l.Titia.§.idem, reſponſo primo, de verb.oblig.

43 Quadrageſimotertio † pone ſtatutũ dans bãnito beneficium pacis reſtringit ſe ad certum tp̃s,puta q̃a dicit dum tñ pax facta ſit intra ſex mẽſes à die lati bãni. Ex hoc ſtatuto poſſent oriri multæ q̃ões.& ſubtilis inueſtigator à ſeipſo poterit reperire.Quarũ ad p̄ſens duas tm̃ gratia breuitatis attingam.Prima erit an pax poſſit fieri abſenti. & ſic an ſufficiat pacẽ fuiſſe factã abſente bãnito intra terminũ ſtatuti,quam q́ó format. Bal.in l.2.C.de lib.& eo.lib.& ibi primo allegat,ꝙ non ꝑ l.ſi cũ Corn.de ſolu.In contrariũ allegat quod ſic.q̃a liberatio põt fieri abſenti, vt no.ff.de lib.le.l.non ſolũ.§.ſi liberationis verba.Cõcludit,ꝙ pax ꝑfunctoria qualis ſit in foro pniali põt fieri inter abſentes,vt no. inſt.de iureiur.§.fi.pax vero ſolẽnis non põt fieri,niſi interueniente pñtia,vel organo iuxta no.C.de ſacroſan.eccl.l.illud,&de actio.& ob.l.ꝯſenſu.Et demũ arguit ꝯtrariũ. de l. Labeo.ff.de iureiur.& nõ ſoluit. ſed Bart.in d.§.ſed liberationis.rñdet quod ibi interuenit nũc ius vel epiſtola. In hac q.ꝯſiderandũ puto qđ interdũ pax eſt neceſſaria hinc inde,quia ex omni parte ſunt factæ iniuriæ,& tũc talis pax eſt de nã pacti, vt l.1.ff.de pac. & ſicut pactũ non põt fieri inter abſentes,vt ibi.ita nec pax. Si vero pax req̃ritur ſolũ ab vna parte, quia ex altera parte tm̃ fuit illata iniuria,tunc non req̃ritur ꝓmiſſio,ſeu ꝯcordia,ſed ſolũmodo req̃ritur ſimplex remiſſio facta à paſſo ei q̃ intulit ſm̃ Guil.in Spec. de treug.& pa.verſ.Itẽ ſi ex altera.Et ideo cum ex forma ſtatuti req̃ratur pax ſecũdo modo .i.remiſſio iniuriæ,ab offenſo,vel eius hærede.dicendũ eſt in hoc articulo illud qđ in remiſſione dr̃,ſiue in liberatione in qua gl.sũt cõtrariæ.Nam gl.in l.idẽ in duob.ff.de pact. & in l.Põponius ſcribit de neg.geſt.tenẽt,ꝙ nõ valet in §.ſi liberationis verba.Tenet gl. ꝙ valeat,ſed veritas eſt ſm̃ Doct.ꝙ aut fit remiſſio abſenti ſimplr̃. & tunc nõ valet,vt in iuribus ſupra alle.Aut fit remiſſio alicui recipiẽti pro abñte,& tũc valet,vt in iurib. ſupra alleg.&vbi alias q̃rit̃ actio ſi cedat, & nõ alias vt not.ĩ l.huius.de leg.1. Hoc caſu q̃rit̃ exceptio ip̃o iure l.reſcr.§.fi.ff.de pa.&ꝑBar. vbi ſupra,& in l.tale pactũ.Et hęc de prima.

Secunda

44 Secunda qō & ſic. † 44. eſt an ad beneficium ſtatuti obtinendum ſufficiat, ꝙ talis remiſſio facta abſ̄nti recipienti pro bānito fuerit facta ante tp̄s, licet ratificatio fuerit facta poſt tp̄s. Dixit Bal. in l. 1. ff. de pact. ꝙ nō ſuf ficit. ff. de app. reci. l. 1. rem ra. ha. l. honoꝝ. & quod not. per Inn. in c. cum in tua. qui ma. acc. poſſ. Quod ut patet ex his q̄ ibi dixit, & ex his quæ dixi ſupra prox. q. debet intelligi in pace facta ſm̄ primum modum per quem requiritur hincinde promiſſio. Sola vero remiſſio ex altera parte q̄ ēt pax dr̄, ut ſupra prox. q. dixi poteſt q̄ncunq; ratificari, quia illud ius quæritur ſibi ignoranti, & ratificatio requiritur non ut q̄ratur, ſed ut perdat, ſicut dicimus in legato. l. cū pr̄. §. ſurdo. ff. de leg. 2. & de ɔd. inſt. l. ſi quis ita. Sic itaq; vbi apparent duo banniti de offenſionibus hincinde factis, & tractaretur de vtriuſq; cancellatione pax reqritur reciproca, & in forma ſolēni. Si aūt vni tm̄ fuiſſet illata offenſio, vel de vnius tm̄ cācellatione tractaretur, ſufficeret pacem factā extraneo recipienti ꝓ bānito, qđ maxime veꝝ eſt ſi eſt notarius recipiens ꝓ not. per Guil. & Doc. in l. non alr̄. de ado. rem pup. ſal. fo. l. non quaſi. de mag. ꝯue. l. 1. §. exigit. & ꝓ Bar. ff. de verb. obl. l. ſtip. iſta. §. ſi quis inſulā. Quīnimò ēt ſi fiat ſacerdoti recipienti noīe bāniti. l. 1. §. ius pub. ff. de iuſt. & iu. iuncta d. l. non alr̄. ſm̄ Guid. de Suz. cōſulendo. Et ſic debet reſtringi, & declarari qđ dixi ſm̄ Bal. ſupra prox. q. Pro quo vide qđ ſcripſit Bart. in l. non ſolum. §. 1. ff. de iniur. quæ debent intelligi procedere. Aut cum inſtrumento, aut fine, ut dixi ſupra 38. q.

45 Si autem econuerſo, & ſic 45. † Aliquis nomine offenſi pacem faceret bānito, & offenſus poſt terminū ratificaret abſq; dubio bānitus beneficium ſtatuti non hr̄et, ut d. l. bonoꝝ, cum ibi not. & ſic ſit expedita 45. q.

46 Quadrageſimoſexto † circa eandē mām cauetur ſtatuto, ꝙ oēs bāniti rebannianē ſol uēdo quartam partē ɔdēnationis, dūmodo nullus poſſit rebāniri, niſi habuerit pacem ab offenſo, vel eius hærede. Titius fuit poſitus in bāno ex eo ꝙ blaſphemauit Deum. Quæritur an poſſit hr̄e beneficium ſtatuti? In hac q. ɔſuluit Bar. ɔſ. 168. & incipit ɔſiliū. Miniſter fratrū de pniaria, in quo dixit talē bānitū hr̄e poſſe beneficium ſtatuti, q̄a hēt pacē ab offenſo. Blaſphemādo. n. Deus prin cipalr̄ offenditur. Sed nos uidemus, ꝙ Imperator ei q̄ ip̄m blaſphemauit facit pacem, & remiſſionem de iure ſtatuto, & ſcripto. C. ſi q̄s Imp. ma. dix. l. 1. ergo magis Deus, cuius ꝓpriū eſt miſereri, & parcere. Et hoc eſt q̄a in epiſt. inter claras. C. de ep. & cler. dr̄, ꝙ eccleſia nunq̄ claudi gremium redeuntib. & ali bi. Veniam pœnitentib. damus. C. de hæret. l. Manich. in fi. Vnde ſine dubio ſola ɔfeſſione, & remiſſione ſimplicis ſacerdotis dr̄ talis hr̄e pacem ab offenſo. Aut ſi diceremus eum non hr̄e pacem cum nō reperiatur offenſus q̄ poſſit pacem facere, tūc dicendū eſt ꝙ illa clauſula. Null' tn̄ &c. nō pōt referri ad iſtos terminos in quib. nullus offendit, ſed iō puniī q̄a ɔtra bonos mores. Facit quaſi uerba illius clauſulę ad iſtos terminos adaptari nō poſſint ar. ff. de adm. tut. l. ita aīt, in prin. & §. 1. facit. ff. de poſtu. l. 1. §. deinde, & qđ ibi not. ſ. ꝙ cl'a vlt. poſita referē ad ea ad q̄ cōmo de referri pōt. & ſm̄ hoc hic bānitus remanet in pced. parte in diſpōne ſtatuti. Ad qđ facit collatio illoꝝ verboꝝ, vel eius hærede, q̄ ad Deum offenſum adaptari nō pn̄t, arg. ff. de uino le. l. fi. §. cui dulc. & l. q. non milit. §. Lucio, de hær. inſt. Et faciunt q̄ dicā infra in fi. 48. q. Nec obſt. ꝙ dixi ſupra 40. q. iuxta fi. quia ibi ſtatutum habebat vnicā partē tm̄ diſpoſitiuā hic vero diſpoſitiuā, & limitatiuā.

47 Quadrageſimoſeptimo † ſtante eod. ſtatuto, Titius fuit bānitus pro iniuria facta filio Caij, habuit pacem a Caio debito tp̄e: Quæriē an ei pſit dicta pax? In hoc Bar. br̄ dixit qđ ſic, niſi pater ſit uilis pſona. l. ſed ſi vnius. §. filio. ff. de iniur. ꝓ illum tex. qđ etiā intellr̄ ſiue ſit in ptāte, ſiue emancipatus ſm̄ gl. inſt. de iniur. §. itaque. quā gl. tenuit Dyn. & ſequitur Cyn. in l. ſi noui conuitij. C. de iniur. in q. 4. Sed Iac. de Are. & Old. dn̄s ꝙ remiſſio quam pr̄ facit de iniuria facta filio nocet ipſi filio viuo pr̄e, eo aūt mortuo non l. 2. §. cete ꝝ. ff. ſol. mat. & ſic ſm̄ Fran. de Ar. in d. §. filio, hæc q. non eſt expedita. Ang. aūt ibidem dixit opin. Bar. veram ſi ſtatutū loqtur in rem, puta quia dicit cancellet ſi habuit pacem. Habet. n. tunc ab eo qui facere potuit. Si uero ſtatutū dicit ſi habuit pacem ab offenſo, vel eius hærede dicit dem̄ Bart. non pcedere, q̄a filius eſt ille q̄ eſt offenſus l. lex Corn. §. illud, eo. tit. Subtilius aduertendum puto, ꝙ in iurib. ſupra alleg. agitur de actione priuata remittēda non de pœna publ. Et iō forte illa iura nō ꝓbant id ad qđ allegā-

tur. Pro Bar. tñ facit l. in pſonã. §. 1. de pact. & qđ ibi no. Et ideo mihi vr̃ ſic dicendum, ꝙ poſtq̃ ciuitas ſtatuẽs remittit penã ſibi applicãda ſub ptextu pacis habitæ ab offenſo, ꝙ illa pax debeat pcedere ab illo cui ius principaliter cõpetebat arg. l. eius eſt nolle. de reg. iur. & l. is põt. de acq. hær. & qđ hr̃ in l. iure gẽtiũ. §. ſi paciſcar. ff. de pac. & ideo aut bãnitus fuerat qs ex iniuria facta filio p quã cõpetit actio ptoria patri, qa non p verberatione, pulſatione, vel domus filij introitu. Et tũc ſi vera eſt opin. Bart. illa. n. actio patri cõpetit, & nõ filio, & principalr̃ dr̃ pater offenſus ſicut filius ita intelligo l. 1. §. vſq; adeo. de iniur. & l. ſed ſi vnius. §. filio. & l. in pſonã & ꝙ dixit Bar. in l. ambitioſa. circa prin. Sufficit. n. tũc pax habita à patre ẽt emãcipati, niſi pr̃ reſpectu filij ſit vtilis pſona: vt ibi. Si vero fuit bãnitus p offenſione manu facta vel introitu domus filij, vt ſupra. Pro qbus iniurijs cõpetit filio ciuilis ex l. Corn. iniuriaꝶ actio, vt l. lex Corn. in prin. & §. illud. & nũc ſit vera opi. Ang. tũc. n. filius eſt principalr̃ iniuriatus, qa pulſatus vel verberans qđ factũ nõ põt principalr̃ ad patrẽ trahi. l. in lib. §. factæ. de capt. l. nec vtilẽ. ff. quib. ex cau. ma. Et ſic nõ ſufficit qa patri actionis pdictæ exercitium cõpetat, vt dixit gl. in §. illud, qa noie filij exercet nõ ſuo vel exercet actionẽ filij nõ ſuã. Et ſic vtroq; modo non eſt ille de quo ſtatutũ loquit. l. ſi vero. §. de viro. ſol. matr. ſiue dicat ſtatutum intelligi de offenſo principalr̃ ſiue de eo in quo actio radicat. Vnum tñ poſſet eſſe veꝝ, ſi eſſet bannitus p p filij mortem, pater eſſet ille qui ex morte filij principaliter offenditur. Et tunc poſſet reddere pacem ẽt ſi non ſit hæres filij per dicta iura. & ſic põt limitari quod dixi ſupra in q. 35. vt ibi tetigi in fin. An aũt ſufficiat pax habita à dño pro iniuria facta ſeruo pro iniuria facta vxori à marito, & ſi. vide per Bart. in l. 1. §. vſque adeo. de iniur. ver. idem ait. & per Cyn. in d. l. ſi non conuitij. quæ ẽt per prædicta poſſunt declarari.

Stante dicto ſtatuto dante beneficiũ bãnito ſi habeat pacẽ ab offenſo, vel eius hærede de qua ꝯſtat publicum inſtr̃a interueniente pacis oſculo vel non. Contingit caſus ꝙ bãnitus ſucceſſit hæredi offenſi, & fecit fieri publicum inſtr̃m à notario qualiter ipſe vt hæres offenſi ſibijpſi proprio noie pacem faciebat de offenſionibus pro qbus bannitus fuerat. Quærit an habeat beneficiũ pacis, & ſic

48 debeat cancellari. 48. † Iſta qõ fuit de facto Bononiæ, & eã diſputauit dñs Bartolucius de Pretis ſolennis doctor. Et dixit qõnem hr̃e duo dubia. Primũ, qñ ſtatutũ ſiue prouiſio dicit ſine oſculo. Secundum, qñ cum oſculo. Ad primũ, qñ ſtatutũ dicit ſine oſculo, arguit ad negatiuã. Primo, à verbis ſtatuti quĩbus recedendum non eſt. l. conſt. ad mun. l. 1. §. ſi is q nauem. de exerc. Ipſa aũt vñr requirere actum duoꝶ, dum dñt habita pace ab offenſo, vel eius hærede. ff. de pact. l. 1. §. pactũ. l. ille à quo. §. tẽpeſtiuũ. ff. ad Treb. cũ multis ſim. Cũ ergo hic nõ ſit actus duoꝶ, ergo non hẽt beneficium. Secundo, qa vbi qs hẽt actionem ꝯtra tutorẽ, cũ non poſſit ſuſtinere vicem duoꝶ dat curator ad litẽ de tute. l. q hẽt. C. de in li. dan. tu. p totum. Tertio, à nã extinctionis quã operat aditio hoc modo ius retinendi in banno. i. ipſa diſcordia vr̃ extincta p ſucceſſionem. ſicut debitor ſuccedit creditori, vel ecõuerſo de ſolu. l. Stichũ. §. add. C. de pact. l. debitori. de neg. geſt. l. ſi ab eo. cũ ſimi. Si ergo eſt extincta diſcordia, non põt hr̃e locũ ſtatutũ. Ad affirmatiuã arguit ſic. In act. bus voluntarijs qs vtit vice duoꝶ ar. ff. de off. pſi. l. 1. & 2. de off. pſi. l. præſes. de adop. l. ſi ꝯſul. de ſti. ſer. l. 1. §. ſi cõis. Sed actus pacis eſt volũtarius. ergo &c. Secundo, qa tutor ſibijpſi auctorat emẽdo bona fide vel ſoluendo. C. de ꝯtrah. emp. l. cũ ipſe. & ff. eo. tit. l. fiſtulas. § q fundũ. Item qs ſibijpſi parcit. ff. de ẽdil. edic. l. cũ aũt. ergo ſibi dat pacẽ. Præterea qs dat ſibi vicẽ l. plane quod cuiuſq; vni no. ergo, & pacẽ. Pro hac parte adducit argm̃ de tanquam, quia ille bannitus nõ fecit, vt ipſe ſed tanq̃ hæres. vnde alius ſibi vr̃ pacem facere. de adop. l. ſi pater. § q duos. cum ſi. allegat ad hanc partem multa iura l. fi. C vbi, & apud quem l. filius. de inoff. teſta. & multa alia ſoluit valere pacẽ, & prodeſſe ſibi per pdicta. Ad ꝯtraria rñdit, qa licet requirat actus duoꝶ hic adeſt, qa eſt actus banniti, & hæredis Nam non facit ſe ſibi pacẽ vt ipſe, ſed vt hæres Nõ ob. ꝙ ius diſcordiæ ſit extinctum, qa fatetur quo ad ius cõe, ſicut in ſimili no. in l. frater a fratre. ff. de cond. inde. & de duo re. l. fi. & de fideiuſſo. l. Vranius. Præterea dixit non videre effectualiter extinctum. l. ſi ei. §. ſi is cui. de euic. vera eſt eius deciſio pro qua Alb. in opere ſtatutorum. q. 263. breuiter dicit qõ fuiſſe

fuiſſe diſputatam,& ita determinatum fuiſſe ꝑ d.l.filius.dixit melius facere.l.ſtatu libera. §.ſi filius.ff.de ſtatu.& eūdē. §. allegat Ray. idem tenens in d.l.filius. Secundū dubiū qñ ſtatutū reqrit pacis oſculū non fuit profecu tus dicēs illud eſſe magis dubitabile,ſed pōt dici idē qua ſi illud requirat vbi interuenire pōt,alias non, ſicut dr̄ in pupillo conſtituen te domiciliū in quo requirit aius, quia intel ligitur qñ conſtituit ab eo qui hēt aium ſiue cognitionē,alias non requirit animus: quia intellr̄ qñ conſtituit ab eo qui hēt animum ſiue cognitionem, alias non requirit argm̄. C.de emancipatio.libero.l.pen.ſm Bart. in l.placet. ff.ad mun. Et ſicut dicimus in renū ciatione quæ debet fieri in manibus ſuperio ris.quia intelligitur qñ poteſt, alias non re quiritur, vt Papa renunciante papatui, vt not.in c.1.de renuncia.lib.6. ſicut ēt in ma trimonio quod requirit verba,quia intelligi tur qñ fit ab eis qui loqui pñt,alias non, vt in c.tuæ.de ſponſa. Et facit quod hr̄ in l. 1. §.lex falci. ff. ad l. fal. & quod dixi ſupra q. 46. Præterea ſm morem aliquarum partiū ēt hic poteſt interuenire pacis oſculum.ſ.o ſculando ſibi ipſi manum,&c.Poteſt ergo ip ſe bannitus vt hæres offenſi, ſibi vt bānito q offendit pacem reddere qđ eſt notandum.

2 *Banniti qui dicantur ſecundum cõmunem vſum loquendi.*

1 TErtio quæro. Ciuitas fecit † ſtatutum q̃ omnes banniti rebanniantur, an banniti quorum bona fuerunt publicata,poſt gratiam pęna recuperent ẽt bona, & ſic an illud verbum rebannire habeat vim reſtitutionis,vel indulgẽtiæ. & vr̃ dicendum q̃ habeat vim ſimplicis indulgentiæ. attẽto maxime cõi vſu loquẽdi, quo iſti ꝯdemnati pro crimine appellantur bãniti, & ecõuerſo rebãniti dñr q ſunt à banno ꝑdicto, & ſic à pœna reſtituti l.1.& l. releg. ff. de interd. &

releg. ɔtrarium dicendũ eſt, ꝙ imò iſtud verbum habet vim plenæ reſtõnis, & tales rebãniti poterunt recuperare bona, & famam, & omnia quæ prius per ſniam perdiderant, & fuerant priuati ꝑ rebãnitionem, igitur q̃s dr̃ eſſe reſtitutus. ita dicit Bart. in d. l. fin. C. de ſen. paſſ. imò cõis vſus loquendi magis vr̃ approbare hanc ſniam quam ꝓcedentem ɔtra-
2 riam † q̃a cõiter ſolent uocari bãniti illi qui ſunt damnati, ẽt pœna mortis ꝓ quocunq; graui crimine, & rebãniti dñr illi qui ſunt reſtituti aduerſus dictam ſniam, ſiue bãnum, ꝑ quam ſiue quod priuatus fuerat uita, bonis, & fama: nam proprie iſtud uerbum bãnum, vulgares accipiunt pro ſnia, & ꝑpea dicunt quem eſſe captum bãnitum, vel hr̃e bãnum capitis, q̃ eſt ɔdemnatus pœna capitis, & hãc q. diſputauit Iac. de Are. ut refert Bart. in d. l. fin. & determinauit ꝓut ſupra concluſum eſt, alijs ẽt rationibus, de quibus ibi per eũ, vide ẽt Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tm̃. ff. de lib. & poſth. & in l. 1. §. fi. ff. de qó. idem Bart. in l. non ſolum. §. fi. ff. de proc. Bald. in d. l. fi. C. de ſen. paſ. idem Bal. in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & ꝑ Mod. magis copioſe in d. l. Gallus §. & quid ſi tantum.

1 ☞ *Reſtitutus an recuperet bona ſua iam per fiſcum alienata.*

2 *Princeps nemini gratiam concedere dicitur cum iniuria tertij.*

1 QVarto quæro † Quid ſi bona iſtius reſtituti fuerant per fiſcum alienata, an ipſe reſtitutus poterit bona ipſa recuperare, & à poſſeſſoribus uindicare? dic ꝙ non, duplici rõne, prima quia emptores dictoꝝ bonorum ſunt bonę fidei poſſeſſores, imò veri domini, quia emerũt à fiſco, qui erat verus dñs ipſorum bonorum, & ſic non datur rei uendicatio contra dominum l. 1. & l. rem. & l. officium. ff. de rei uend. & ipſi poſſeſſores ſunt veri domini dictorum bonorum. l. bene à
2 Zenone. C. de quad. præſcr. Item quia † princeps faciens gratiam alicui, cenſetur illam impartiri ſine iniuria, & præiudicio tertij: non enim videtur æquum ꝙ faciendo gratiam vni, velit inferre præiudicium alteri: quia ſemper iſta conditio ſubintelligitur, ſine præiudicio iuris alieni. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. l. ꝙ ſi minor. §. Scæuola. eod. tit. & Bart. in d. l. fin.

1 ☞ *Reſtitutus an poſſit illico precium ſuorum bonorum conſequi à fiſco.*

2 *Poſſeſſor bonæ fidei quatenus precium rei alienatæ teneatur reſtituere.*

1 QVinto quæro, † nunquid iſte reſtitutus poterit ſaltem conſequi ꝑtium dictoꝝ bonoꝝ à fiſco? Bar. in d. l. fin. dicit ꝙ ſic, qtũs ex eo effectus fuerit fiſcus locupletior, alias non. l. ſed, & ſi lege. §. item ſi rem. ff. de petit. hæred. q̃a fiſcus ſuccedit loco hæredis illius dãnati. l. 2. C. de bon. proſcr. & l. 1. C. de bo. eo. qui ante ſent. mor. ſib. con. qui cũ ſit legitimus, & bonæ fidei poſſ. ꝑtium rei alienatæ
2 ꝑ ipm † eatenus tenetur reſtituere, qtũs ex eo locupletior factus fuerit, & nõ aliter. l. tutor. ff. ad l. Iul. de ui. & ideo ſi in ꝑtium ꝑdcm fuiſſet à fiſco furto ſubtractũ, vel alio ſimili caſu fortuito perijſſet, nõ teneretur ad illius reſtõnẽ, cũ nõ ſit effectus locupletior d. l. & ſi rẽ & ꝑtium. vide Bar. in d. l. fin. C. de ſen. paſ.

☞ *Rebannitus per ſtatutum an cenſeatur ad famam reſtitutus.*

2 *Princeps & Senatus famam reſtituere poſſunt.*

3 *Tollere poteſt qui & condere.*

1 SExto quæro † de vno dubio, quod ex præmiſſis inſurgit, an rebãnitus per dcm̃ ſtatutum dicatur reſtitutus ad famam: & ſic an ciuitas per ſtatutum poſſit aliquem reſtituere famę, & vr̃ dicendum, ꝙ non, quia reſtõ famæ, & dignitatum dr̃ ſpectare ad principẽ, non aũt ad ciues inferiores. l. 1. §. pen. ff. de
2 poſtul. vbi dr̃ † ꝙ ſolus princeps, & ſenatus reſtituit famam. tu dic, ꝙ aut infamia orta fuit de iure cõi, aut per ſtatutum, quia ſtatutum ex aliquo delicto irrogat infamiam ex quo non oriebatur de iure cõi. primo caſu non poteſt niſi per Imperatorem, vel Senatum fama reſtitui. d. l. 1. §. pen. ſecundo uero caſu poteſt ciuitas ipſa per ſuum decretũ, vel ſta-
3 tutum reſtituere famam, † quia cuius eſt cõdere, eiuſdem eſt tollere. l. nam nã. ff. de ꝓd. ind. & l. nihil tam nãle. ff. de re. iu. & qui habet facultatem condemnandi, habet etiam abſoluendi poteſtatem. l. 3. ff. de re iud. & Bart. in d. l. fin. C. de ſent. paſſ. & uide quæ diximus ſupra in lib. 1. in tit. de hær. in 6. q.

1 ☞ *Iudex cum primum innocentiam carcerati ſcit ipſum abſoluere debet.*

2 *Sententia diebus feriatis ferri poteſt in fauorem innocentis.*

Examinatio, & tortura fieri poteſt diebus feriatis contra latrones famoſos.

3 *Sententia condemnationis ferri non debet diebus feriatis.*

De abſolutione innocentis.

EXpeditis duabus ſpeciebus relaxationum qñ ꝯſtat de crimine, & eſt lata ſñia, deueniendum eſt modo tertiam relaxationis ſpeciem, q̃ fit ꝑꝑ innocentiam.
1 †Dic igr̃, ꝙ q̃ primum iudex cognoſcit innocentiam incarcerati, & de illa ſibi ꝯſtat, debet illum q̃primum abſoluere, & à carceribus liberare. vt l. 1. in prin. & l. fin. C. de custo. reo. vbi dr̃ qđ q̃primum reus eſt incarceratus ſtatim debet qõ fieri, vt reus ꝯdemneť, & innocens abſoluať, de his. n. quos tenet carcerari incluſos aut ꝯuictos, velox pœna ſubducat, aut innocentis diutina carceris cuſtodia nõ maceret vt l. 2. & fin. C. de cuſto. reo. ibi aut liberandos diutina carceris cuſtodia nõ maceret, &c. & l. cuſtodias. & ibi Bart. ff. de pub.
2 iud. † vbi dicit ꝙ ẽt diebus feriatis põt ferri ſñia in fauorem innocentis, dummodo non ſint feriæ in honorem Dei, ſm qđ tenet gl. ibi. & in l. dies feſtos. C. de fer. Examinatio tñ, & tortura fieri põt contra magnos latrones, & ꝓditores patriæ, ꝯſpirantes ꝯtra multoꝶ ſalutem, & in ſiľibus maiorib. criminib. quocũq; tꝑe quadrageſimali, & feriato ĩ honorem Dei, ẽt ſi eſſet dies paſchalis, non ſit aliqua dr̃ia dierum ſolenniũ quo ad indagãdum veritatem ipſoꝶ maioꝶ criminum, vt l. ꝓuinciarum. C. de feri, & ibi gl. & Bar. dic ergo ſic, Aut q̃rimus de examinatione, & inqſitione veritatis, & tunc aut ſumus in maioribus, & atrocioribus criminibus, & iſta fieri põt quocunq; die ẽt feriato in honorem Dei, & paſchali d. l. ꝓuinciarum, aut de aliјs minoribus, & illa fieri põt ſilr̃ quacunq; die ẽt feriata, dummodum non ſit de maioribus diebus ſolennibus, vt ꝑ gl. & Bal. in d. l. prouinciarum. & d. l. cuſtodias. aut quærimus de
3 cauſæ deciſione, † & tunc aut ſumus in mã ꝯdemnationis, & iſta ſñia ferri non põt tꝑe feriarum ẽt q̃ ſint feriæ meſſium, vel vindimiarum. ſed ꝯſtito de crimine ſñia, & pœnæ executio debet differri in tempus iuridicũ. Iſte eſt proprie caſus in d. l. cuſtodias. de public. iud. in fi. aut ſumus in abſolutione innocentis, & iſto caſu põt ferri ſñia quæcunque die feriata exceptis ferijs introductis in honorem Dei d. l. cuſtodias, & ibi gl. & Bart.

1 ℞ *Inquiſitus de crimine, & ob vrgentia indicia tortus, & non confeſſus an debeat abſolui.*

2 *Abſolutionis forma qualis, quando reus indicia purgauit.*

3 *Reus qui per torturam purgauit indicia, & abſolutus an poſſit repeti ſuperuenientibus nouis indicijs.*

4 *Iudex quo caſu accuſationis abolitionem facere poſſit, ſed non diffinitiue abſoluere.*

5 *Innocens, & non culpabilis in quo differant.*

SEcundo quæro ſolutionẽ huius memorabilis quæſt. quæ ſæpius in facto acci-
1 dit. † Titius reperiť inqſitus de homicidio, ꝙ Sempronium de nocte occiderat. deinde examinatus negauit: ſed qa indicia contra ipſum aderant vrgentes, iudex deuenit ad rigoroſum examen q in tormentis ſilr̃ eadem negatiua ꝑſeuerantes in ſtetit, adeo ꝙ iudex ꝯſiderans illum fuiſſe ſatis competenter tortum, ſm qualitatem indicioꝶ ex tormentis illum deponi fecit, putans ꝑ illã torturam purgaſſe indicia, q̃ ꝯtra ipſum militabant, modo reus ipſe inſtat ꝓ abſolutoria, & liberatione a carceribus q̃ritur qd agendum ſit, qdam dixerunt ꝙ oĩno vt innocens abſoluẽdus erit, & à carceribus liberandus, ex quo non fuit repertus culpabilis. qdã vero dixerunt nullatenus abſoluendum fore, niſi expreſſe conſtiterit ipſum eſſe vere innoxium, qa nemo dici põt innocẽs, niſi qñ expreſſe ꝯſtat de innocentia ſuæ, qđ eſt, qñ repertus eſt verus reus criminis. Iõ dic, aut plene ꝯſtat de homicidio, & de vero homicida. q eſt alius q̃ ipſe Titius, & ſto caſu ſi ꝯſtat iudici ꝙ Titius non occidit ipſe, nec fuit criminis particeps, tunc vt verus innocẽs debebit diffinitiue abſolui, ex quo plene ꝯſtat de eiꝰ innocentia, & ita intellr̃ text. in l. 1. & in fin. C. de cuſto. reo. & l. 1 §. fin. ff. de q. & l. cuſtodias. & ibi Bar. ff. de pub. iud. Aut ꝯſtat de delicto non tñ de ꝑſona delinquentis, ꝙ fuerit alius q̃ Titius, & tunc nõ poterit d. ctus Titius vt innocens diffinitiue abſolui. ex quo nihil ꝓbauit de innocentia ſua, ſed ꝑꝑ torturam quã ſuſtinuit in corpore, dr̃ purgaſſe idicia q̃ ꝯtra ipſum erant: & ideo iſto caſu de-

bebit abſolui ab inquiſitione & proceſſu,q͂a
2 non fuit repertus culpabilis.† Et iſta eſt vera forma abſolutiõis q͂n incarceratus purgauit indicia, & nondum reptus eſt verus reus, q̃ ponit Bart.in l.fin.in princ.ff.de q.& hæc dr̃ quædam ſnia abſolutoria ab obſeruatione iudicij,& hr̃ in l.properandum .§.& ſiquidẽ C.de iud.& ibi gl.& Bart.& Mod.Et ꝑ iſtam abſolutoriam obtinebit liberationem a carceribus iuxta terminos.l.fi.ff.de req. reis. & l.fi.C.de cuſt.reo. Et nota ꝙ inter iſtas duas abſolutiones eſt maxima dña, quia q͂n ꝯſtat vere de innocentia ipſius Titij,qď eſt q͂n reperitur verus homicida,ut ſupra dixi,abſoluitur diffinitiue ab ipſo crimine, & à tota cã vt verus innocens , & iſto caſu nullus poterit amplius de obiecto crimine inq̃rere , ſeu alio quouis modo ꝯtra ipm̃.d.l.fi.C. de cuſt. reo.q̃a obſtat curiæ exceptio innocentiæ,& rei iudicatæ,ut l.1.C.de excep.rei iud.& l.1. C.q͂n prouo.non eſt neceſſ.& l.ſi cui.§. iſdẽ ff.de acc.& quid ibi not.Bart.& l ſi qui adulterij,ſuper gl.fi. C. de adul.
3 † Secundo vero caſu , q͂n purgauit indicia per torturam, iſta abſolutoria non obſtabit quominus poſſit ꝯtra ipſum abſolutum de nouo ꝓcedi,ſi noua indicia ſuperuenerint, & ſic iſta abſolutoria non parit exceptionem ꝑemptoriam rei iudicatæ,ſicut præcedens ad crimẽ, uel ad iudicium ſuper eodem crimine. ita tenet notabiliter Bal.& Saly.in d.l. ſi qui adulterij ſecuti doctrinam gl.ibi, q̃ dñt oẽs Doct. tenere. vbi Saly.ſpãlr̃ formauit hanc q.poſt gl.ibi,& dat ſaluberrimum ꝯſilium iudici in iſtis caſibus dicens,ꝙ utile non eſt abſoluere reũ diffinitiue ut innocentẽ , q͂n iudex eſt dubius , & hoc põt facere iudex, ut ipſe dicit ex iuſta cauſa,puta ſi habet reum accuſatum,vel inq̃ſitum in manibus,& habet ſufficientia indicia ꝯtra eum, qui pluries totus non fuit ꝯfeſſus,iudex poterit ſi inſtaret ꝑ abſolutoria,illum abſoluere à ꝓceſſu,uel ab obſeruatione
4 iudicij,ut ſupra † & iſto caſu dicit ipſe,ꝙ iudex põt accuſationis abolitionem facere,nõ aũt ipm̃ abſoluere diffinitiue à crimine,uide ipm̃ ibi,qui dicit ẽt quod iſta faciunt ad q. q̃ ipſe diſputauit,& declarauit in l.ſiquis.C.ad l.Iul.maieſt.& hanc opin.tenuit etiã Pet. de Bellaper.ibi nemine ꝯtradicẽte.uide Bart.in l.1.in princ.ff de q.& ſupra diximus.qď refert,& ſequtur Ang.de Are.in tract. male. in gl.fama pub.in fi.& Par.de Put.in trac. ſyn. in c.viſo de repet.torturæ.in fin.fol.125.qui tñ Mod.melius declarant verba Bart.in d. l. fin.dicentes,ꝙ illa abſolutoria non erat abſolutoria diffinitiue a crimine ſm̃ terminos d.l.ſi cui.§.iſdem,& l.abſentem .ff. de pœn. ſed erit diffinitiua reſpectu abolitionis ꝓceſſus,& inquiſitionis inde factæ, vnde non im
4 peditur ꝙ ſuperuenientibus nouis indicijs noua poſſit formari accuſatio , vel inq͂ſitio ꝯtra eundem reum,ꝑ doctr.gl.Bal. & Salyc. ſupra relatam.& ꝓpea bene dixit Bar.in d.l. fin.ff.de q. non repertum culpabilem abſol-
5 uebam, † & non dixit innocẽtem , quia hoc verbum innocens præſupponit , & denotat omnimodam immunitatẽ,& carentiam criminis,& doli d.l.abſentem.& Bal.in d.l.ſi q adulterij . quamuis non deſint qui ſubtilizãdo in uia diſputatiua tenere velint.idem denotari per verbũ innocens, ꝙ ꝑ verbum nõ culpabilis,tñ in hoc ulterius nõ inſiſto poſtquam habemus opinionem claram quę ſeruanda eſt in deciſionib. cauſaꝝ,& à qua nullatenus eſt recedendum,vt dicit Bart. in l. 2. C.de pœna iud. qui male iud. & Bald. ẽt ibi dicit,ꝙ iudicando nunquam recedendum eſt à carrocio prudentum, maxime gloſſ.

1 *Teſtes de iure non admittendi, in poſſunt admitti in cauſa innocentiæ.*

2 *Teſtes qui ob reuerentiam non debet examinari, ſi examinetur,ne indicium quidem facit .*

Teſtes alias non admittendi . in probanda innocentia admittuntur.

3 *Reus quas habet excuſationes proponere poteſt, & per domeſticos innocentiam probare .*

Domeſtici teſtes admittuntur in probandis his , quæ domi geruntur .

4 *Inquiſitus bonæ conditionis,& famæ poteſt innocentiam ſuam par. domeſticos,& alias non admittendos probare .*

1 TErtio quæro, † An in cauſis criminalib. q͂n agitur de probando innocentiam accuſati, vel inquiſiti, admittantur domeſtici, & familiares,& alij, qui alias de iure non ſolent admitti,pro cuius faciliori notitia figurabo caſum . Titius reperitur inquiſitus de homicidio de nocte perpetrato, vult probare innocentiam per negatiuam ab impoſſibili,coarctato loco, & tpe,dicẽdo,ꝙ illa nocte eademmet hora, & momento quibus Sẽpronius fuit occiſus , ipſe erat in domo ſua vna

vna cum vxore,filijs & alijs familiarib. ſuis,
adeo quod erat impoſſibile, ꝙ corpus nãle
poſſet eſſe in duobus locis diuerſis eodem
tp̄is momento,vel ſi vellet probare, qđ illa
met hora noctis ipſe iacebat in lecto cum
uxore ſua,nunquid hanc diſtantiam à crimi
ne, & exñtiam in domo ſua poterit probare
per ꝯſanguineos,aut vxorem,& per teſtes fa
miliares? & vr̃ dicendum ꝙ non,quia teſtes
hmõi nõ dñr legitimi teſtes, nec legitimam
ꝓbõnem faciunt, contra quos plures dãtur
exceptiones? adeo ꝙ nedum in criminalib.
vbi luce clariores requiruntur ꝓbõnes .l.
ſciant cuncti .C. de ꝓb. c. cum oporteat de
acc.5.q.6.Epiphanium.& eſt gl.in c. veniẽs.
de teſt.verumetiã in cauſis ciuilibus non ad-
mittuntur,nec fidem faciunt,vt hr̃ in c. in li
teris,de teſti.& not.Spec. in tit. de teſte. in
princ.§.opponitur.ver. item ꝙ eſt parens,&
Bart.in l.1.§.diuus,el 1.& §.Antonius.ff.de
2 qõ.& l.mar.in prin.eo.tit.vbi dicit † ꝙ teſtis
qui non debuit examinari ꝑꝑ reuerentiam,
vt ſunt filij,famuli,& illi in quibus habemus
imperium,non ſolum plene probãt, ſed nec
ſemiplene. imò nec faciunt indicium,ẽt cum
tortura,vt dicit d.Hipp.de Marſ.in l.1.§. ad
q.in princ. ff.de qõ. In ꝯtrarium tñ eſt ueri-
tas, quia quotieſcunq; tractatur de ꝓbando
innocentiam, admittunt teſtes, qui alias de
iure non admitterent, p̃ſertim qñ alioꝝ te-
ſtium copia hẽri non põt, vel qñ veritas alr̃
probari non põt,ita ſinglr̃ uoluit Io.de An.
in ꝯſ. 59. quod incipit viſa inquiſitione &c.
in 1.col.Hipp.de Marſ.in ſingulari. ſuis nu.
59.quod innocentib.Spec.in tit. de inquiſit.
§.1.in 5.col.verſ.ſed nunquid & verſ. gñalr̃.
3 vbi dicit ꝙ † reus poteſt proponere eas excu
ſationes quas habet,& probare innocẽtiam
ſuam ꝑ domeſticos, & concubicularios ſuos
ſm ꝙ tenuit Goff.in ſum. verſ. ſed qualiter.
ar.tex.12.q.1.ſint manifeſtæ.& cap.ſeq.2.q.
7.cum paſtoris.& in cap. ueniens, de teſt. &
not.Bart.in l.quoties.C.de nauf. lib.11. ubi
dicit ꝙ de his quæ domi geruntur,non ſolũ
domeſtici admittunt ad teſtimonium,verum
ẽt de iſtis tanq̃ melius informati, ceteris p̃fe
runt,maxime qñ eſſent perſonæ honeſtæ,&
fidæ dignæ.ac probatæ opinionis,vt d. c. in
literis,de teſti.& in l.ꝯſenſu.& ibi Bal. C. de
rep.& uide latius d.Hipp.de Mar.in d.l.1.§.
ad qõ.ff.de qõ. ubi latius tradit iſtam mãm,
& dicit hanc eſſe puram ueritatem, ab hoib.
4 Doct.approbatam. † Hæc tñ limita, & de-
clara procedere poſſe, qñ inquiſitus eſſet bo
næ ꝯdõnis, & famæ, nec ſolitus in ſanguine
immiſceri, vel ire de nocte, alias ſi eſſet vir
factioſus, ſanguinolentus, vel ꝙ p̃ceſſerant
graues inimicitiæ inter ipſum,& occiſum,&
ꝙ erat ſolitus ire de nocte ſæpius armatus,
vel ſi fuiſſet viſus illa nocte exire de domo ar
matus,& ambulare per vrbem, vel ante do-
mum illius occiſi,& ſimilia indicia,& quali-
tates,q̃ ſunt ꝓxima facto.& reddunt illũ val
de ſuſpectum de iſto crimine,vel ſi fuiſſet re-
pertus eius gladius ſanguinolentus de recẽ-
ti,vel ſi in hoc loco homicidij fuiſſet repertũ
de mane birretũ,ſcufficia,calciamentũ, chi-
roteca,vel q̃d ſimile ex bonis, vel arma q̃dã,
ſicut gladius,pugio,pars clypei,ſiue rotellini
aut aliud ſimile,q̃d redderet illum valde ſu-
ſpectũ, nõ crederẽ iſto caſu ꝙ teſtes p̃noĩati
facerent plenã fidẽ de illius innocentia,quia
illoꝝ diſpõnes eliduntur,ſiue debilitantur per
ſupraſcripta indicia,niſi forſan illa purgaſſet
ꝑ torturã,vt ſupra diximus in p̃ced. q. & ita
teneo ꝑ doctr.Bart.in l.fin.in 2.col.ff.de qõ.
vide Ang.de Are.in ſuo tract.male.in gl.fa-
ma pub.in 3.col.& Par.de Put.in tract. ſyn.
in c.aduert.l.non oẽs.§. à Barbaris .ff. de re
mil.& qđ ib. not.Bart.cui ꝯcluſioni nõ ob-
ſtant ea,q̃ ſupra in ꝯtrarium adducta fuerũt.
q̃a loquũtur in mã pœnali, & ꝯdẽnationis,
qñ agitur de ꝓbando crimine ad effectum
ꝯdemnationis, & pœnæ quæ ſunt magis o-
dioſæ. & ideo illis caſibus ꝓbõnes requirũ
tur luce clariores,d.l.fin.&c. Epiphaniam.&
cap.cum oporteat,nos aũt loq̃mur in mã in
nocentiæ,& abſolutionis, quæ eſt fauorabi-
lis,d.l.abſentem.ff.de pœ.& cap.qualiter, &
quando,de accuſat.& c. veniens de teſtibus.

QVarto q̃ro, Quid ſi incarceratus crimi-
nis delati innocens demũ repertus eſt,de
cuius innocẽtia plene ꝯſtat iudici,nihilomi-
nus paſſus fuit maxima dãna i corpore,& in
bonis,q̃a habuit torturã,& carcerationẽ ſa-
tis longam, adeo ꝙ fecit magnas expenſas,
tam in captura,q̃ in carceratione p̃dicta,an
habebit aliqđ remedium ad recuperandum
dãna,& expẽſas hmõi,& ꝯtra quẽ, de hoc di
cetur inf.eod.lib.in tit.de expen.dam.& int.

1 ☞ *Pœna ſuos tantũ tenẽt & ſequũtur auctores.*
Homicida puniri debet, ſed qui gladio non

ferierit gladio non debent perire.
2 *Homicidium an oibus imputetur, ſi tres vnũ aggrediantur, ſed vnus tantum feriat, et occidat.*
3 *Iura municipalia regulariter factum puniunt.*
4 *Ius municipale non punit eum qui cum occidente eſt aggreſſus, ſed tantum occidit.*

QVinto quæro. Quid ſi Caius, Sempronius, & Mæuius enſibus armati agreſſi fuerunt Titium ſolum, q ab ipſo Caio vnico vulnere interfectus eſt, an ceteri duo ab iſto homicidio, vt innocentes poterũt abſolui, ex quo ꝯſtat per vnum tm̃. ſ. Caium homicidium ipm̃ fuiſſe
1 cõmiſſum? & vr̃ dicendũ, q ſic, † quia pœna ſuum tm̃ proſeqtur auctorem q facinus ipm̃ patrauit. l. ſancimus. C. de pœni. nec vlterius ꝓgrediat̃ metus q̃ reperiat̃ delictũ. & l. fi. C. de epiſc. aud. vbi dr̃ homicida quod fecit ſemper expectet. ſed illi q gladio non feriere, gladio perire non debent. vt hr̃ Matth. 26. & Ioan. 18. c. 23. q. 8. in prin. nec debent ꝓpea amici, cõſanguinei, affines, & ſocij, qui fuere noxij, alterius criminis luere pœnas d. l. ſancimus. Diſtingue aut loqmur de pœna corporali quæ infertur in ꝑſonam, aut de pœna relegationis, vel pecuniaria, vel alia ſimili. Primo caſu, aut homicidiũ fuit cõmiſſum in rixa, vel quadã repentina, & inopinata violẽtia, & aggreſſu, aut ſciẽter, & appẽſate, cõicato
2 ꝯſilio, & deliberatione ꝑhabita. † Primo caſu, videlicet, qñ loquimur de pœna corporali, aut homicidium fuit cõmiſſum in rixa inopinato rumore, & tũc aut loquimur de iure cõi ſm terminos l. Corn. de ſica. & non tenet̃ de homicidio, niſi illę q percuſſit. Ceteri vero vt innocẽtes, ab homicidio, & à pœna corporali erũt abſoluẽdi. vt l. 1. §. diuus. & l. ſi in rixa. & ibi Bar. ff. ad l. Corn. de ſica. & rõ eſt, qa iſto caſu iura nõ ꝓſumũt alios habuiſſe aium occidẽdi. d. l. ſi in rixa. in prin. ſi vero ꝓbaretur, q oẽs pariter habebant aĩum occidẽdi, & eo aĩo inſultarunt dictũ Titium, oẽs pariter tenent̃ de homicidio. licet vnus tm̃ ꝑcuſſerit, qa in ea lege nõ factum ipſum cõſummatum, ſed aĩus principal'r conſiderat̃, ita dicit Bart. in d. l. 1. §. diuus. & d. l. ſi in rixa. & l. in leg. Corn. ff. ad l. Corn. de ſica. & l. is q cum telo. C. eo. tit. vbi ſi aliqs cum telo armatus ambulauerit aĩo aliquẽ interficiendi, licet ipm̃ nõ occiderit, neq; tetigerit, nihil
3 ominus pœna illius legis tenet̃. † Aut loquimur ſm iura municipalia quę rl'r puniunt factum; quia regulariter imponũt pœnam illi qui cõmiſerit homicidium, & tũc iſta pœna corporali nõ punit̃, niſi ille q re ipſa homicidium ꝑpetrauerit, ar. l. 2. ff. ad l. Aql. in qua lege aqlia principaliter cõſideratur, & punit̃ factum. ſ. qui occiderit, &c. vide Bar. in d. § diuus. & in d. l. ſi in rixa. in princ. Secundo aũt caſu principali, qñ animo deliberato, & cõicato cõſilio, aut loqmur de iure cõi ſm terminos d. l. Corn. & oẽs tenentur, quia oẽs dñr habuiſſe aĩum occidendi. vt eſt gl. no. & ibi Barr. & Doct. in d. l. ſi in rixa. in princ. &
4 Cy. & Bal. in d. l. is qui cum telo. † Aut loqmur de iure municipali ſm ſtatuta locoꝝ, & non tenetur niſi q occiderit, & realiter percuſſerit, ratio qa ſtatuta ipſa puniunt factũ, & nõ ſolum animum: & ſic potius attendit̃ factũ q̃ aĩus, quamuis ex facto ſolo ſine dolo, & aĩo occidendi nõ inferi pœna corporalis, in tm̃, q lata culpa iſto caſu non ęq parat̃ dolo, vt eſt tex. in d. l. in l. Cor. & per ꝯñs ceteri qui non percuſſerunt à pœna corporali erunt abſoluendi, ſed tenentur de auxilio, & fauore minori pœna, vt ibi ꝑ eum. Idem ẽt tenet Bal. in l. non ideo minus. in pen. col. in ver. iuxta hoc quæro. C. de accuſ. vbi dicit, q qñ plures ſunt ſimul in eodem loco congregati, & ecõtra vnum quẽ occiderunt, aut vulnerauerint, vnuſquiſq; tenetur de eo quod fecit, non aũt de eo quod alij fecerunt: niſi factũ magis diſtincte ꝓbaretur qũo, & qualiter vnus impendiſſet auxilium alteri, & hoc qñ facta ſunt diſtincta non cumulata, & clare probantur, vt l. 2. §. ſi quis. ff. vi bon. rapt.

1 *Homicidium ſi vnico ictu factum ſit, & neſciatur à quo ex tribus, an omnes debeant condemnari.*
2 *Probatio in cauſis criminalibus luce clarior eſſe debet.*
3 *Percuſſus ſi quis ſit à pluribus, & moriens poſt aliquod tempus neſciatur ex cuius ictu, an debeant omnes percuſſores puniri.*
4 *Occidens qui dicit ad ſui defenſionem occidiſſe, an ratione dubietatis debeat abſolui.*
5 *Clericus de iure canonico potius irregularis quàm innocens cenſetur in dubio.*

SExto quæro proſequendo materiam. Quid ſi non apparet, & iudici conſtare non põt cuius ictu, & vulnere Titius,
inter

1 interemptus ſit,†retentis eiſdem terminis.ſ.
ꝙ Titius vnico tm̃ vulnere percuſſus, & in-
teremptus fuerit: an oẽs ſint condemnandi
de homicidio, vel oẽs ꝑ hanc dubietatem
abſoluendi? dic brr̃,ꝙ ſi eſt tanta dubietas,ꝙ
nullo modo conſtare põt de vero ꝑcuſſore,
potius oẽs erunt abſoluendi,q̃ oẽs vel vnus
eoꝝ condemnandus. ita tenet eleganter d.
Spe.in tit.de hom in 2.col.verſ.Pone,ꝙ qua
tuor,vbi dicit, ꝙ ſi quatuor erãt in vna do-
mo,& vnus ꝓiecit lapidem ex feneſtra,& p̃-
tereũtem occidit,ſi ꝯſtat ꝙ vnus ex illis qua-
tuor ꝓiecit lapidem, tñ nullo modo cõſtare
põt quis illoꝝ proiecerit,non erunt oẽs con
demnandi pœna capitis: quia certum eſt, ꝙ
vnus tm̃ proiecit: ergo tres ſunt innocẽtes,
nec debẽt vnius delicto ceteri innocẽtes pu-
niri,ꝑ l.ſancimus,C.de pœ.& l.abſentem.ff.
eo.tit.q̃a tunc non deficit ius,ſed ꝓbatio, vt
2 l.duo ſunt Titij.ff.de teſt. tutel.† quæ q̃dem
ꝓbõ debet eſſe luce clarior in cauſis crimina
libus,& maxime in his in q̃bus tractaĩ de pę
na corporali l.ſciant cuncti.C.de proba.2.q.
8. ſciant. hoc tñ limitandum eſt, niſi oẽs illi
quatuor ſtudioſe,&cõicato ꝯſilio acceſſiſſent
ad illam domum, in eaq́. ingreſſi fuiſſent eo
aĩo,& intentione vt dcm̃ Titium tranſeun-
tem lapide interficerent, q̃a illo caſu oẽs pa
riter ꝯdemnandi erunt pœna capitis, ille q
proiecit ex facto ꝓprio, ceteri vero de man-
dato teneñ. ita dicit Spec.in d. tit. de homi.
3 ver.pone.† Poſſet ẽt hic inſeri alia q. quid ſi
plures iſti ꝑcuſſerunt Titium,& intulerunt
ſibi plura vulnera,q poſt aliq̃d tp̃s reperitur
mortuus,& neſciĩ ex quo vulnere,q̃a habe-
bat plura vulnera letalia in perſona ſua,& à
pluribus aggreſſoribus illata.aut ſciĩ ex quo
vulnere perijt, tñ neſciĩ à quo vulnus ipſum
fuerit illatum, & q̃d ſi habebat vnicũ vulnus
letale, cetera vero duo vel tria minora nõ le
talia,& à pluribus illata, & mortuus fuerit.
an oẽs teneanĩ de homicidio, quaſi oẽs occi
derint, vel nullus rõne dubietatis? de oĩbus
his vide Bart.in d.l.ſi in rixa.in 2.& 3.col. q̃
hic non infero breuitatis cauſa,q̃a ſunt no-
tiſſima.† Et quid ſi duo adinuicem ſe inſulta
runt,& eodem tp̃e,& quaſi momento adme
nantes adinuicem euaginatis enſibus vnus
venit occiſus ab altero,ſuperſtes vero q occi
dit dicit ſe defendendo illud feciſſet ad ſui de
fenſionem,& ꝓbari non põt q̃s primo,& q̃s
ſecundo inſultauerit,an rõne iſtius dubieta-
tis ille occidens debeat abſolui,vide Bart. in
l.1.§.cum arietes.ff.ſi quadru. pau. fe. dica.
& ibi late ꝑ d.Alex.in apoſtil.nunq̃d in du-
bio p̃ſumendum ſit illum feciſſe ad ſui defen
ſionem vel ad offenſam qui prius inceperit.
Quæ aũt diximus ſupra, de eo qui pluribus
vulneribus ꝯfeſſus mortuus eſt, & apparere
non põt,cuius ictu perierit, rõne dubietatis
nemo puniĩ pena homicidij,illud eſt verũ de
iure ciuili, qñ agiĩ de pœna corporali, quia
tunc neceſſe eſt ꝙ adſit dolus, & luce clarius
ꝓbeĩ.l.in lege Cor.ff.de ſica.& l.fi.C.de ꝓb.
5 † De iure aũt canonico ſecus eſſet, quia in
dubio clericus potius cenſetur irregularis q̃
innocens,& ꝓpea debebit ſe abſtinere à diui
nis, licet clare perpendi nõ poſſit an ictu cle
rici vel alterius ille ꝑierit,vt eſt text. in c. ſi-
gnificauit.de homi.& ibi Abb.Ioan.de Imo.
& alij canoniſtę.rõ eſt q̃a illud ſit fauore aię,
& nullum corporis detrimentum inferĩ ab-
ſtinẽdo,ſed ſe immiſcendo poſſet eſſe pericu
lum vt ibi dr̃. vide ẽt Bar.in l.ſi ex plagijs.§.
1.ff.ad l.Aquil.Bal.& Imol.in l.cum mulier.
ff.ſol.matr.in d.l.ſemel mora.eod. tit.

1 *Conſanguinei homicidæ ipſum cum armis aſſo-
ciantes ad locum tutum defẽdendo à manibus
inimicorum,& curiæ,an cenſeantur participes
& conſocij criminis.*

2 *Aſſocians malefactorem ad receſſum, an cenſea-
tur aſſociaſſe ad maleficium committendum.*

1 SEptimo,& vltimo ſilentio non † præter
mittam hanc vlt. q. in hac mã q̃ ſæpius
contingit in facto.Quod ſi plures arma
ti cõſanguinei,vel amici ipſius homicidæ ſta
tim completo homicidio in loco cõmiſſi cri
minis cõparuerunt,ipſumq́. homicidam aſ-
ſociarũt,& reduxerũt ad locum tutum. ip̃m
defendẽdo à manibus inimicoꝝ,& curiæ.an
vt participes,& cõſcij criminis,& auxiliato-
res ſint ꝯdẽnandi,& ſiľr an pręſumendum ſit
ꝙ fuerint conſcij à principio de homicidio
perpetrando, & ꝙ cõicato prius ꝯſilio illud
fieri mandauerint, vel ſtudioſe procul ſtete-
rint,& noluerunt ſe diſcooperire niſi poſt fa
ctum,an teneanĩ de homicidio pœna capitis
vel alia pœna,& qua.rñ.ꝙ aut iſti aſſociãtes
à principio cõicato ꝯſilio cum ipſo homici-
da venerunt eo aĩo, & ad illum effectum vt
occultarent ſe prope locum criminis,& expe
ctarent ibi donec perficeretur, & caſu quo
opor

oporteret aſſiſterent, & tunc tenerentur ut ſocij, vel de auxilio, aut caſualiter tranſeuntes per illum locum inuenerũt eoꝝ ꝯſanguineum occidiſſe Titium, idem eſt ſi poſt ſcm̃ audito rumore occurrerunt eoꝝ agnatũ, qa non præſumitur à principio illos fuiſſe conſcios, & non tenent, prout in ſimili decidit Spec. in tit. de hom. ver. pone ꝙ quatuor homines &c. ita dicit Salyc. in l. vnica, in 4. col. verſ. ex 6. par. & 5. col. uerſ. ex nũc tráſeamus C. de rap. virg. & Bal. in l. nõ ideo minus. C. de acc. in 8. col. verſ. q̃ro, an aſſocians &c. vbi
2 melius declarat iſtum articulum. † & q̃rit an ille q aſſociat ad receſſum videatur aſſociaſſe ad maleficium cõmittendũ, ita ꝙ puniri poſſit ut auxiliator. & dicit ꝙ aut qs aſſociauit ante ſcm̃, & nulli dubiũ eſt ꝙ tenet, aut poſt ſcm̃, & tunc aut imediate facto maleficio illi apparuerunt, & aſſociarũt malefactorẽ, ſiue homicidã, & tũc certũ indiciũ eſt ꝯtra ipſos, ꝙ fuerint dicti maleficij ꝯſcij, & participes, vt auxiliatores tenent, ita dicit Bal. ibi q alleg. tex. in l. ſi ventri. §. ſi. ff. de pri. cred. & ita dicit ꝙ tenet Alb. ibi, & Cy. in l. 1. C. de nili agg. nõ rum. Aut aſſociarũt ex interuallo, & non potuerũt puniri vt ſocij de auxilio ꝙ opem præſtiterint maleficio, ſed poterunt puniri quemadmodum punitur receptator. ita dicit ipſe, qui dicit ꝙ Alb. & alij Doct. hoc idẽ tenent. Quia pœna teneantur receptatores videri poteſt in toto tit. ff. & C. de recep.

1 *Compoſitio quid ſit, & quotuplex.*
2 *Qualitas eſſentialis triplex reperitur, in qualibet anima rationali.*
3 *Compoſitio pœnarum qua dicatur, & qualiter fiat.*
4 *Compoſitio pœnarum de concordia, & communi conſenſu fieri debet.*
5 *Eccleſia ſanguinem abhorrere dicitur.*
6 *Compoſitiones pœnarum abſque cauſa rationabili non poſſunt fieri.*
7 *Mulieri facilius, quàm viro ignoſcitur.*
Iudex veniam indigno concedens, prouocat vniuerſos ad ſimilia perpetranda.
8 *Compoſitio lite pendente fieri poteſt, non autem poſt ſententiam.*
Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi.
9 *Pecunia qua pro compoſitione ſoluitur fiſco ſolui debet.*
10 *Infamia ex crimine quibus verbis aboleatur in compoſitione.*
Paciſcens cum parte, vel pecunia corrumpens, ne ſe accuſet infamiam non euadet.
11 *Abolitio proceſſus, & litis extinctio per qua verba fiat in compoſitione.*

De pœnarum compoſitionibus.

Sequitur nunc declaráda alia ſpecies relaxationis, quæ fit ꝑ compõnem pœnę factam cũ fiſco, aut cũ curia. Et hæc eſt prima quę fit lite pendẽte, vt ſupra diximus.
1 † Primo. n. q̃ro q̃d ſit cõpoſitio, vt ꝓcedẽtiũ ordo ſeruet. Rñ. ſumendo hoc verbũ, cõpoſitio, ſimplr̃, & gñalr̃. Cõpoſitio eſt plurium ſimplicium cõmixtio partis ad partes, q̃ cadit tã in rebus ſenſatis, & intellectualibus, q̃ inſenſatis, & mãlibus, ut eſt gl. no. in c. 1. de ſum. Trin. i verſ. ſimplex, q̃ dicit ꝙ in diuina eſſentia triplex figuratur ꝑſona ſub eadem
2 tñ ſuba, & ſubiecto. Eodem modo † in qualibet anima rõnali, & in vna eſſentia nãli, ſiue ſuba ſpñali, triplex reperitur qualitas eſſentialis. ſ. intellʼs, rõ, & memoria. Intelʼs. n. eſt qui comparatur patri. Ratio. i. ſapia, q̃ comparatur filio, & memoria, quã cõparatur Spiritui ſctõ, de his tñ ulterius nõ me intromitto, qa non faciunt ad mãm nram. hæc modica dixiſſe volui ꝑ aliquali notitia illius verbi. vide gl. ibi, & latius do. Feli. in c. nouit. in
3 2. col. de iud. † Redeundo ad mãm nram q̃ro q̃d eſt cõpoſitio in iſtis terminis. Rñ. Cõpoſitio eſt ꝯuentio q̃dã ꝑ reum cum præſide facta, ex cauſa, lite pẽdẽte de dubio criminis ſtatu, de ſoluẽdo fiſco certã pecuniaꝝ ſummã, ad effectum redimendi vexationes litis, ut ꝓbaĩ in l. ab accuſ. l. deſtitit. & l. ſeq. ff. ad S. C. Turp. & in auth. de defen. ciui. §. qa vero, & cap. fin. de tranſact. ubi eſt text. not. Et anteq̃ ad vlteriora ꝓcedã. not. ꝙ in hac mã duæ ſunt ſpẽs compõnum, vna eſt q̃ fit cũ fiſco, vel ꝑſide, q̃ ꝯcernit intereſſe reip. Altera vero eſt q̃ fit cũ parte offenſa, q̃ dr̃ priuata ex quo ꝯcernit intereſſe priuatum. l. tranſigere. C. de tranſact. & d. c. fi. eod. tit. Examinemus modo ſingula uerba dictæ compõnis publicæ, q̃ fit cum præſide, vel fiſco. Dr̃. n. primo,
4 ꝙ eſt ꝯuentio quædam &c. † nam cõpoſitio iſta fienda eſt de ꝯcordia, & cõi ꝯſenſu. alias ſi violenter fieret diceretur potius extorſio q̃dã illicita l. 1. C. ſi ꝑ vim, vel alio modo. l. extat. ff. qď met. cau. & l. 2. & 3. & l. lex Iulia rep. ff. ad l. Iul. rep. & iõ iudex, uel alius magiſtratus

ſtratus teneretur in ſyndicatu ad reſtõnem parti d.l.1.& l.lex Iul.& l.extat. quis.n.com poſitiones iſtæ ſæpius fieri ꝯſueuerunt per iudices eccleſiaſticos, et ub: de crimine pęne ꝯſtat, maxime in cr.min.bus capitalib. & in quibus veniret imponẽda pœna ſanguis, & q̃ cõmutatur in pecuniaria pœna 17.q.4. ſi quis diaconus, & cap. ſeq. & hoc eſt quia
5 † eccleſia abhorret ſanguinẽ,ca. ſniam ſang. ne cler.vel monaſt.& cap.in archiep.de rap. li.diſt.c.1.& de exceſ.prælat.c.ex liter:s l.diſ. ſi quis uiduam.vide Abb.& do.Ioan. de Im. in d.c.ſniam ſanguinis,& in c.ſicut dignum, de homic.& per Archid.in d.c. ſi quis diaconus.17.q.4.& ꝓpea iudices eccleſiaſtici ſunt faciliores in componendo cõmutando pœnas,q̃ in rigoroſa ſanguinis effuſione,per iura prædicta,ſed iſta non dr̃ proprie compoſitio,ſed potius diſpenſatio,& cõmutatio pęnæ,unde Abb in d.c.ſicut,& cap.ſniam.Item dr̃ ꝯuentio facta cum pſide,ad dñam illius q̃ fit cum parte aduerſa,nam illa ꝓprie appellatur tranſactio.l.tranſigere.C.de tranſact.l. fallaciter,& l.fin.C.de abol.l. deſtitiſſe. & l.
6 ab accuſ.ff. ad S. C. Turpil. † Ex cauſa,ideo dcm̃ fuit, quia compõnes hmõi abſq; cauſa rõnabili fieri non pñt.l.aut facta.§.fi. & l.capitalium.§.ſolent.ff.de pœ. cap.ſicut dignũ, de hom.In his.n.compõnibus plura ſunt ꝯſideranda,& primo perſonæ ꝯdõ,ut ſi alias ſit nobilis,& honeſta perſona,& in ſimilib. exceſſibus alias non incederit, ut cum eo admittatur compoſitio, alias ſi eſſet turpis ꝑſona,& criminoſus,vel aſſuetus, non admittitr̃ compoſitio,ſicut non admitteretur diſpenſatio,vt d.c.fin.de tranſact.& l.tranſig.C.eod. tit.& l.fin.C.de abolit.& l.3.in fi.C. de epiſ. aud.Item qualitas facti,ne ſit de atrocioribus. vt eſt crimen hæreſis,læſæ maieſt.& ſimiliũ. Item tp̃s,locus, intentio delinquentis, ætas qa facilius cum minore,q̃ cum maiore com
7 ponitur. † Item ſexus,quia mulieri facilius ignoſcitur ꝑꝑ ſexus fragilitatem,q̃ uiro,dũ modo non ſit mulier maligna, & rixoſa, & in ſimilib.aſſueta, qa non erit digna principis largitate,& legis benignitate,d.l.3. in fi. C.de ep.aud.cum .n. iudex indigno veniam indulget,ad prolapſionis ꝯtagium prouocat vniuerſos,qa facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi 23.q.4.c.eſt.iniuſta.in fi.& in c.vt cleric.de ui.& hon.cler.l.1.C. de em. ꝓpinq.Spec.in ti.de aduo.§.ꝯñr,in fi.de qua

litatibus.n.ꝓdictis ꝯſiderandis hr̃ in l.reſpic. §.delinquunt,& l.aut facta.§.1.& ſeq. ff. de pœ.& l.capit.§.ſolent,eod.tit. c. ſicut dignũ
8 de hom. † Lite pendente, ideo dñr iſta uerba, quia poſt latam ſniam ſero fieret cõpoſitio,q̃ fieri non poſſet ꝑ iudicem q̃ ſemel functus ſuit offõ ſuo.l.iudex poſtq̃.& ibi Bar.ff. de re iud.c.in literis.& ibi Abb.& Inn. de officio deleg.fieri tñ poſſet poſt latã ſniam principis auctoritate,& decreto.l 1.in fi.ff. de q. & ibi Bart.& Mod.anteq̃ plene cõſtet de crimine,ideo dcm̃ eſt qu.a liquidato crimine ferenda eſt ſnia,& iuxta determinationem iuris pœna erit certa ſtatuenda, ſiue declarãda in ſnia.l.1.& l.fin.ff.de cuſt.reo.& l.capit. in prin.ff.de pœn.l.1.§.1.verſ. nam ſi quidẽ.ff. ad Turp.niſi euidens rõ,& vrgẽs cauſa aliud ſuaderet,q̃ pœna iuris ꝓmutari, vel alterari dẽet,qđ iudex facere põt,quia iſtud arbitriũ habet à lege ut late ſupra diximus in tit. de leg.ſent.exec.q.6.ſiue ult.ma, & hr̃ per Bar. & Doct.in d.l.aut facta.§.fin.& l. quid ergo §.pœna grauior.ff.de his qui no.inf.& aliis iurib.ibi not. Ex quo ſequitur q̃ poſtq̃ reus fuerit ꝯfeſſus crimen, non poterit amplius fieri iſta compoſitio, ſed debebit ferri ſnia, certa pœna declarari. Sequit in themate de
9 ſoluendo fiſco &c. †pecunia.n.quæ ſoluit ꝑ compoſitione, dr̃ debet perſolui fiſco,quia iſta compoſitio ſuccedit loco pœnę.l. ſenatus.§.ſi quis declarat.& §. ſeq. ff. de iure fiſ. de iure tñ canonico in foro eccleſiaſtico alio modo applicantur iſtę pecunię compõnum, quia illarũ medietas applicatur eccleſiæ, altera uero medietas diſtribuitur inter pauperes, niſi eps̃ eſſet pauper, quia tunc poſſet illam medietatẽ pro ſuis indigentijs retinere cap. pſbyt.de pœnis. 17.q.3. qui ſubdiaconum. alias. n.ſi iudex pecunias ipſas pro ſe retineret, vel imburſaret, teneret crimine peculatus,& de barataria cõmiſſa,teneretur q́. illas integralr̃ parti reſtituere cum max.mo.eius dedecore,& ignominia.l.1.2.& 3.ff.ad l.Iul. repet.& not.in c. ſciſcit.de reſcr. Dr̃ et fiſco applicanda ad dñam illius q̃ applicatur pñi, qñ ſit priuata cõpoſitio q̃ fit per tranſactionem d.l trãſigere.C.eod.tit. Supereſt ultima particula declaranda, ad effectum abolendi
10 proceſſum,& redimendi &c.†Hæc verba non abſq; miniſterio fuerunt appoſita ſm Bart. in l.ſi q̃ reus.ff.de pub.iud.& in l.ſi reus paratus.ff.de ꝓc.nam ex iſtis verbis euitat infamia

ſamia quæ orit̃ ex illo crimine, qñ conſtaret
de illo, & ferretur ſnia: vt latius infra dr̃ in
ſeq. q̃t. p̃terea ſi diceretur ad effectum euitã
di pœnã, non valeret compoſitio tanq̃ facta
in fraudem fiſci l. Imperatores. ff. de pollici-
ta. & reus p illa verba cenſeret̃ virtualr̃ fate
ri delictũ: & non poſſet infamiam euitare l.
qm̃. ff. de his qui not. infamia. qui vero paci
ſcit̃ cũ parte, vel illã pecunia corrumpit, nec
accedat ad curiã ad illum accuſandum, non
euadit infamiam, nec tollit̃ p pea effectus ac
cuſationis vel inq ſitionis: & nihil ſibi pro-
deſt cõpoſitio quo ad curiã, ac ſi nihil feciſ-
ſet, & ita ſæpe faciunt Iudæi Romę q a pecu
nia corrũpũt aduerſariũ ne accedat ad curiã
& crimẽ iudici deferat. nihilominus poſtea
p exploratores ſecretos qd' ſpionos vulga
riter vocãt, ſolẽt crimina poſt modũ deferri,
& comp ta veritate acrius puniunt̃, & ſic illa
rũ pecuniarũ expoſitio nihil ſibi pdeſt l. fi. ff.
ad Turp. fallaciter. & l. fin. C. de aboli. vide
Bart. in d. l. is q reus, per illa. n. verba ad effe
ctũ redimẽdi vexationes litis, &c. nota q p
illa verba fit abolitio pceſſus, & litis extin-
11 ctio, † & pdendo vexationes iudicij redimit
q eté. arg. l. fi. C. de feri. l. pperãdũ. C. de iud.
& c. finẽ litibus. de dolo, & ꝯtu. & not. ẽt q
p compoſitionem hmõi fit abolitio proceſ
ſus, non tñ reus abſoluitur innocens p diffi
nitiuam ſniam: quia ad illam deueniri non
põt niſi plene conſtiterit de illius innocen-
tia: vt ſupra dcm̃ fuit in titulo de abſolutio.
inno. in 2. q. & not. in l. 1. § fi. ff. de qõ. & l.
cuſtodias. & ibi Bart. ff. de publ. iud. vide ẽt
dominum Par. de Put. in d. ſuo tract. ſynd.
in c. compoſitio. fol. 40. vbi latius ceteris hãc
compoſitionis materiam exponit.

1 ☞ *Compoſitio cum quibus perſonis fieri poßit.*
2 *Crimina venia remißionem ſemel tantum habe re poſſunt.*
3 *Compoſitiones pœnarum quandam gratiæ ſpeciem continere videntur.*
4 *Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi.*

1 SEcundo quæro, Cum quibus † perſo-
nis fieri poſſit compoſitio. rñ q non
debet cum omnibus indifferenter fieri:
ſed cum illis duntaxat de quibus ſperatur q
amplius in eiſdem criminibus non incidẽt,
& qui erroris commiſſi facile ſe emẽdabũt:
& cum illis quoque qui ſemel tm̃ inciderũt
in crimen, non aũt cum illis qui delinquen-
di conſuetudinem contraxerunt l. 3. in h. C.
2 de epiſ. aud. vbi ſinglr̃ dicit Imperator, † Re
miſſionem venię crimina niſi ſemel commiſ
ſa non habeant: nec in eos liberalitatis au-
guſtæ referat̃ humanitas, qui impunitatem
veteris admiſſi nõ emẽdationi potius quam
ꝯſuetudini deportauerint. & licet tex. ille lo
quat̃ in caſu quo delinquẽs ex mera princi
pis liberalitate veniã ꝯſecutus fuit. nihilomi
nus Doc. ad hãc cõpoſitionis ſpẽm frequen
3 ter accõmodãt, & merito: † q a cõpoſitiones
hmõi ſpeciẽ quandã grẽ in ſe ꝯtinere dĩr:
p quas primo ꝯſeruat̃ fama illęſa, & proprij
criminis pœna minuitur. vt in c. de trãſ. 17.
q. 4. ſi diaconus. & in c. 2. de pœ: c. ſicut di-
gnum de homi. & ideo negari non poteſt q
quandam grẽ ſpeciẽ in ſe non ꝯtineat, vide
tex. not. l. 1. C. de emenda. ppin. ibi quos ad
vitæ decora domeſticæ laudis exempla non
reuocãt, collectionis ſaltẽ medicina compel
lat. Ad idẽ eſt tex. iuncta gl. in c. vt clericorũ.
de vi. & ho. cler. & Spec. in tit. de aduo. §. &
ꝯñr in c. fi. 23. q 4. eſt iniuſta, in fine. dum dr̃,
cũ vni iudex indigno veniã indulget ad pla
4 pſionis ꝯtagiũ puocat vniuerſos. † facilitas
enĩ veniæ incentiuum tribuit delinquendi, &
p pea qui hmõi moribus corrupti ſunt, ab
ipſius cõpoſitionis beneficio tanq̃ indigni
merito repellendi ſunt per iura prædicta.

1 ☞ *Compoſitio in quibus caſibus ſuper quibus criminibus, & an in omnibus fieri poßit.*
2 *Iudex in atrocißimis delictis principe inconſulto componere non poteſt.*
3 *Iudex quibus caſibus, ſeu cauſis moueri poßit ad componendum, & ad pœnas mitigandas.*
4 *Compoſitio non debet fieri parte non cõcordata, alias reclamare poterit, & iudicium proſequi.*
5 *Iudex in minoribus delictis poteſt componere, quòd in talibus habeat arbitrium maius.*

1 TErtio quæro. In quibus caſibus, † &
ſuper quibus criminibus fieri poſſit
hæc compoſitio: & an liceat in omni
bus gñaliter componere. Rñ. quidam dixe-
rũt q in illis caſibus, & criminibus in qbus
reus trãſigere põt, in eiſdẽ quoq; ei cõpone
re licet: ita econtra vbi trãſactio denegat̃, ibi
ẽt compoſitio non permittit̃, quia compoſi-
tio, & trãſactio idẽ ſonant, vt eſt tex. in l. ab
accuſatione. in prin. ff. ad Turp. & in c. fi. in
prin.

princ.de tranſact. Tu aũt dic, aut loquimur de compoſitione priuata, illa .ſ. quæ fit cum parte offenſa, & quæ concernit intereſſe priuatum, & iſta habet conformitatem, & ſimilitudinem tranſactionis, & fatendum eſt qđ fieri poteſt in caſibus, & criminibus illis, in quibus tranſigere licet, per d.l.ab accuſatione, & per ea quæ notantur in d.c. fin. Aut loqmur de compoſitione publica, quæ fit cũ fiſco, uel curia, & quæ concernit intereſſe publicum. Et iſta indiſtincte in oĩbus criminib. fieri põt, ex quo ſuccedit loco pœnæ d.c.fin. de tranſact.& cap.1.de pœ.17.q.4.ſi qs diaconum, not.Bald.& Doct.in l.venia, ſup gl. fin.C.de in ius uoc.

2 † Tu aũt clarius diſtingue, ꝙ aut nos ſumus i atrociſſimis delictis, vt eſt crimen læſæ maieſtatis, & hæreſis, raptu virginũ, & ſimilium, & in iſtis iudex cõponere non põt, niſi principe conſulto, & de eius expreſſo mandato.l.quiſquis, in princ. & l. mem.C.ad l.Iul.maieſt.& l.1.in prin.l. lege 12.tab.& l.fi.ff.eo.tit.rõ eſt, quia ꝑ iſtud crimen in ꝑſonam ipſius principis, vel ſui ſtatus tranqllitatẽ machinatur, ut in d.iurib.& l.maieſt.ſſ.eod.ti.& ideo in iſtis non licet cõponere abſq; illius ſcĩa, & ꝯſenſu, qui principaliter læſus repĩt, ut d.l.mem.& l.1.ff.eod. tit.& l.vnica.C.de raptu virg.§. pen. vbi eſt inhibita ꝯcordia pr̃i puellæ raptæ cũ ipſo raptore. Aut ſumus in alijs criminib. atrocioribus iſtis exceptis, vt eſt crimen aſſaſſinij, falſæ monetæ, veneni ꝓpinationis, homicidij, & ſimilium, & tunc aut plene ꝯſtat de crimine, aut nõ ꝯſtat plene, ſed adſunt præſumptiones uehemẽtes, & indicia vrgẽtia, primo caſu non licet iudici ad compõnem ipſam deuenire, ſed debet ꝓſeq cãm vſq; ad finem, & certã ferre ſniam. pœnasq. à iure ſtatutas imponere.l.cũ reis, & l. ſanc.C.de pœ.l.fi.C. de cuſt.reo.

3 Qđ verꝫ puto, niſi † iudex ex iuſtis, & rõnabilibus cauſis ad aliud declarandũ moueret, qa ſi aliqua iuſta cauſa, vt eſt minoris ætas, ignorãtia, error, caſus fortuitus, aut iuſtus dolor, uel alia ſimilis cauſa aium iudicantis moueret ad mitigandũ pœnas, & iuris ſtatuti rigorẽ, tunc ad compõnem iſtã deuenire poſſet, qppe cũ pęnas certas à lege ſtatutas ex qualitatib. & rõnib. & cauſis ſupradictis minuere, alleuiare, vel in alteram ſpẽm cõmutare põt, ẽt ſi feratur ſnia, & hoc arbitriũ ipſe iudex habet à lege, ut ſupra latius diximus in tit.de exec.ſen.q.6.ut l.reſp. § delin.& l.aut facta.§.fi.l.ſiqs aliqd.§.iſ.fra. & l.abſntem.§.fi.ff.de pœ.l qd ergo.§.pœna grauior.ff.de his q not.inf.l.ab accuſatione, in princ.ff.ad S.C.Turp.uide tex. valde not. in c.fi.de tranſact.& Spec.in tit.de præparat. iudicio.§.1.verſ.circa iudicem, & ver. cetcꝫ, & hr̃ 90.diſt.ſtudẽdum.& 5.q.2. ſi primates. & ibi do.Arch.17.q.4.qui ſubdiaconum, vbi de multiplici compoſitione pœnaꝝ hr̃ mentio.& per Canoniſtas in d.c.fin. de tranſact. & in c.2.de pœ.& ibi Abb. Secundo vero caſu, qñ non plene conſtat de culpa rei, & tunc nulli dubium eſt, ꝙ fieri põt compoſitio per iudicem, ꝯcordata iñ parte lęſa, & ita intelligatur tex.in d c.fin.de tranſac.& in d.c.2.de pœn.& 5.q.2.ſi primates, & 90.diſt.ſtudendũ 23.q.5. circũcelliones, & 22. q.4. innocens,

4 † alias ſi fieret compoſitio parte non ꝯcordata, poſſet reclamare in iudicio, & ꝓſequi iudicium ꝯtra ipſum reũ ꝓ ſuo intereſſe. ita notanter tenuit Saly.in l.ſi pro iure.ff.de ꝯd. fur.& eſt gl.no.& ibi Bal.& in l.venia.in gl. fin.C.de in ius uoc. dum tñ compoſitio ipſa fiat aliqua rõnabili cauſa, & cũ perſona honeſta, quæ iſtud beneficium mereatur, ꝯſideratis ẽt criminum qualitatib.& facti circunſtantijs, & his ſimilibus, ut in d.c.fin. in fi. de tranſact.& hr̃ in c.ſignaſti. de homic. & per Bart.in d.l.reſpic.§.delinquĩt, & l.aut facta. & l.ſi quis aliqd.§.inſtra.ff.de pœ.& Bart.in l.3.§.D.uus, & in l.ſi in rixa.ff.ad l. Cornel. de ſic.& l.qd ergo.§.pœna grauior.ff. de his qui not.infamia.

5 † Aut ſumus in minoribus delictis, in quibus iudex habet maius arbitrium, & non eſt dubium ꝙ iudex põt in illis qñcunq; deuenire ad compoſitionẽ, parte maxime ꝯcordata, vt dñt Canon.in d.c.fi. de tranſact.& in d.c.2.de pœ.& Archid.in d. can.ſtudendum 90.diſt.& 5. q.2. ſi primates. & per Spec.in tit.de off. om. iud.§. deſeruit. verſic.& gñalr̃.& idem Spec.in ti.de præpar. iudicio.§.1.uerſic. circa iudicem, & idem ẽt in ti.de treug.& pace, per totum ubi plenius vide, quibus ſic ſupra concluſis non obſt.tex. in cap.1.& 2.de collu.deteg.ubi not.ꝙ licet partes ipſæ.ſ.reus, & accuſator, inter ſe compoſuerint, & concordauerint, adeo ꝙ crimẽ intentatum non proſequerentur ulterius, nihilominus iudex non debebit deſiſtere, quin ad ulteriora procedat vſque ad finem, quia ibi fuit facta colluſio fraudulenta inter partes ipſas interueniente pecunia, & ad effectũ

frau-

ſraudandi iudicium ſiue fiſcum, & propterea
non toleraī q̄n ea non obſtāte ad vlteriora
in crimine ꝓcedaī. & hoc vr̄ innuere tex. ibi
in fi. ver. non ex charitate. & melius gl. in d.
verſ. hoc declarat, ꝙ facta bono zelo tolerari
pōt, ꝑ tex. in d. c. fin. de tranſact. & 5. qō. 2. ſi
primatus. & 90. diſtinct. ſtudēdum vide Abb.
& Ioan. de Imo. in d. c. 1. & 2. de coll. deteg.
in d. c. fi. de tranſ. & Spec. in d. tit. de off. om.
iud. §. de ſeruitu. §. & gn̄alr̄. & per do. Fel. in
rubr. de treug. & pac. & ꝑ Ioan. And. in addi.
ad Spec. in tit. de præpara. iudicio. §. 1. ver.
ſed quid ſi eſt iam in cauſa concluſum, &c.
vbi allegat multas concordantias, & doctri-
nas Doc. ad hoc vide Bar. in l. congruit. ff. de
off. præſid. in fi. & Bal. in d. l. tranſigere. C. de
tranſac. & idem Bal. in l. venia. in fin. C. de in
ius vocan. & Ang. in authen. vt litig. iurent.
§. fi. Bal. in l. æſtimauerunt. ff. ſi cer. pet. & in
l. ex ſtipulatione. C. de ſenten. & interlo. om.
iud. & videas ēt licet cōfuſe loquatur in hac
mā dominum Pari. de Put. in ſuo tract ſynd.
in cap. compoſitio. ſol. 40. & Bart. in l. is qui
reus. ff. de publ. iud. & Panor. & Canoniſtas
in d. c. fi. de tranſ. & c. 2. de pœ. cum ſimi.

1 *Reus an dicatur delictum confiteri per com-
poſitionem factam cum fiſco cum conſenſu par
tis læſæ.*
2 *Reus cōponens quando delictū fateri cenſeatur.*
3 *Aduocati, & procuratores compoſitionem fieri
procurantes, qua debeant vti cautela, vt compo
ſitio ſit tuta.*
4 *Compoſitio priuata de famoſo crimine facta cū
parte irrogat infamiam.*

QVarto quæro an per compoſitionē
1 † factam cum curia vel fiſco interue
niente conſenſu partis læſæ, reus cē
ſeaī fateri delictum, ita ꝙ incurrat infamiā
ſaltem facti. Reſpon. aut compoſitio ipſa fit
mere cum præſide vel iudice pro publico in
tereſſe, & ſm̄ illam formam traditam ſupra
q. 1. ſ. ad effectum euitandi incommoda li-
tis, & redimendi vexationes iudicij, & nullā
incurrit infamiam iſto caſu, nec iuris, nec fa
cti, qa ꝑ illa verba nunq̄ vr̄ fateri delictum,
ſm̄ qđ dicit Bart. in l. infamem. ff. de publ.
iud. & in l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. ait
prætor. ff. de iureiur. vide ēt Bart. in l. ſi reus
paratus. ff. de procura. vbi tradit iſtam caute
lam, q̄n fit iſta oblatio per compoſitionem
cum curia, vide Bal. in d. l. ſi reus paratus. &
in l. ſi ſeruum. §. nunc videamus ff. de verbo.
oblig. & Bar. in l. q̄n intellr̄. ff. de his q̄ not.
2 inf. † Aut compoſitio iſta fit ad effectum cui
tandi pœnam criminis, & hoc exprimitur in
compoſitione, & iſto caſu nulli dubium eſt,
ꝙ reus ꝑ iſta verba cenſeī fateri delictū: qa
vr̄ timere pœnam ſibi inferri, quam nemo ti
mere debet, niſi ille q̄ eſt peccator, & in cul-
pa: vt not. in l. 1. in princ. ff. de iuſt. & iur. & ꝑ
ꝯn̄s iſto caſu euitare nō poterit aliq̄ infamię
notam, ſaltem facti. per quam grauatur eius
opinio apud graues, & honeſtos viros. vide
3 Bart. in d. l. infamem. & d. l. q̄n. † Et ideo ſit
bene cautus aduocatus, vel procurator, qui
hēt clientulum ſuum incarceratum, vel ſub fi
deiuſſore obnoxium, q̄ cœpit ꝑ compoſitio
nem illam à curia, & illius moleſtijs liberari,
vt bene forment dictam compoſitionem. &
aduertant diligenter ad rōnem ſiue cauſam
compoſitionis, q̄ exprimit vt nullam faciant
mentionem de pœna, neq; de crimine ſaltē
diſpoſitiue, ſed ſolum aſſertiue, & ſub gn̄ali-
bus verbis, dicendo, qa Titius reperit incar
ceratus, ſiue inquiſitus, & ſub fideiuſſore de-
tentus ꝓ tali aſſerto crimine. ſ. furti, homici
dij, vulneris, inſultus, & ſimilium, vt dr̄ perpe
trati in ꝑſonam vel in bonis Sempronij, vt
dn̄t, qđ tn̄ eſſe verum ꝑ dcm̄ Titium expreſ
ſe negaī, nihilominus qa dictus Titius eſt ꝓ
ſuis negocijs grauiter occupatus, vel eſt de
ꝓximo receſſurus ad longinquas partes ibi
diu moraturus: vel eſt debilis, infirmus, pau
per, aut aliam ſimilem iuſtam cauſam expri-
mere, idcirco cupiens rebus ſuis quiete vaca
re, & ab hmōi moleſtijs criminalis curiæ, &
actis iudicialibus liberari infraſcriptam cō-
poſitionem deuenit cum Magnifico, & excel
lentiſſ. viro Do. N. Præſide, ꝑtore, vel iudice
vt ſolueret centum fiſco, & libereī ab oī inq
ſitione. & ꝓceſſu p̄ſentis cauſæ. vide Bart. in
d. l. ſi reus paratus. & d. l. infamem. & l. q̄n,
& Spec. in tit. de off. om. iud. §. 6. ver. & gn̄alr̄.
& in tit. de præpara. iudicio. ver. circa iudicē.
& in tit. de teſte. §. 11. verſ. fin. vbi dicit, ꝙ iu-
dex ſi viderit expedire ꝯcordiā, poterit q̄q;
partes terrere vt deueniaī ad compoſitione:
vide tex. in c. fi. de tranſac. & in c. 2. de pœn.
4 & 17. q. 4. q̄ ſubdiaconum. † Aut nos loqui
mur de compoſitione priuata, q̄ fit ſolum cū
parte, paciſcendo cum illa, & ſi compoſitio
56 Sed quid † de qõne quotidie occurrenti, Accuſator quis de furto,indicijs præcedentibus, ad illud furtum torquetur, & ꝯfitetur illud furtum,nunquid debet ꝓcedi in tortura, ſiue repeti, ut indicet, & ꝯfiteatur de alijs furtis à ſe cõmiſſis, ad quæ nulla hñr indicia? Dic de iuris ſolẽnitate non,arg.eo.quę dicentur in ꝓx. qõ. pro ſecunda parte, quia quantum ad iſta furta, de quibus in ſpecie, vel in gñe inquiritur nulla ꝓcedunt indicia, & ſine indicijs nemo torquendus eſt, ut C. de fal.l.ſicut,& ff.de qõ.l.1.in princ.& l.maritus.ſed generali conſuetudine Italiæ, quotidie ſeruamus contrarium, & ſpecialiter in furtis,quæ magis frequentantur,quæ ꝯſuetudo põt adiuuari ꝑ l.nõ omnes.§.à Barbaris.ff.de re mil.& de off.præſ.l. congruit.

Additio D.Ludouici.

In hoc paſſu adde tu do.Ang.Are. in ſuo libello maleficio.in verbo ſama publica ꝓcedente,in vlt.verbis,vbi hoc idẽ ꝯfirmauit, & dixit idem eſſe in omnibus alijs delictis. all. tex.in d.l.non omnes.§.à Barbaris.& in d.l. congruit,& ita dicit ſeruari de ꝯſuetudine.

Guido de Suz.

57 Sed pone † ꝙ fuit de aliquo ſemel habita qõ. forte quia nil dixit, vult iudex de nouo repetere qõnem ſine aliquo nouo indicio accedente,nunqd põt? vr̃ ꝙ ſic,ut ff.de qõ.l. reper.& l. vnius.§.1. q̃ indiſtinctè dñt qõnẽ repeti poſſe,& vbi lex nõ diſtinguit,nec nos ff.de pub.l. de pretio,cum ſim. tu dic ꝙ non ſine nouis indicijs,ut quia tortus dixit nullum ibi illa nocte iacuiſſe,ubi maleficiũ fuerat cõmiſſum, poſtea inuentum eſt ꝑ teſtes, ꝙ ibi aliquis iacuit, certe hoc caſu repeteret qõ,ꝑꝑ illñ indicium,vel aliud ſimile, & hæc eſt cõis opin.non tñ allegatur aliqua lex, tu alleg.ff.de verb.ſig.l.bon s §. hoc ſ.rmone, & ff.pro ſocio.l.ſi ſocius.§.nec ſi prior. Aſſeſſores aũt honoris auidi,hoc non ſeruant, imò qõnes repetiit ſine nouis indicijs, quo uſque de obiectis criminib.hauriant veritatem,quoꝝ opinio põt defenſari per §.oportet. in auth. ut iud. ſine quoquo ſuffrag. ibi torquebunt fures, & non prius qeſcent &c. conſideret aũt bonus iudex in qõne repetenda qũo tortus in animi,& corporis fortitudine durauerit.l.vnius.§.reus.ff. de quæſt.

Additio D. Ludouici.

Licet dom.auctor non dicat,hæc ſunt formaliter verba Dyn.in ſuo tract. qõ n.m. in verſ.quid ſi aliquis fuit ſemel tortus &c.& refert,& ſequitur Ang.Aret.in ſuo tract. mal. in verbo ſama publica præcedẽte &c.in verſ.

58 3. qro an ſemel tortus &c.ubi dixit,† ꝙ de quacunq; tortura, q̃ facit iudex dolo malo, & ſine cauſa,capite punitur ꝑ arg.l.decurio, & ibi hoc uoluit Bal.C.de qſt. & Bal. in l.1. C.de pri.car.& licet ꝑ mala cõſuetudine aſſeſſoꝝ repetentium qõnes ſine nouis indicijs,allegeẽ ille tex.in auth ut iud. ſine quoquo ſuffr.in § oportet,tñ nunq̃ placuit mihi hoc,& dico,ꝙ ille tex. non facit ad propoſitum ſi recte ponderet̃,nam ille tex.loquitur de adminiſtratorib.bono. fiſcalium, & dicit ꝙ ſi aliquod furtum cõmittatur in dictis bonis,ꝙ iudices torquebunt. & non primitus quieſcent donec reddãt furta, ibi aut in hoc ſi manſerint in maximis ꝯſtitutis furtis &c. nam ille tex.vult,ꝙ iſti officiales ſunt ſoliciti in perquiſitione dictoꝝ bonoꝝ,non tñ ꝑ mittit fores repeti poſſe ſine nouis indicijs, & ſic arbitrium ꝯceſſum eis,intell ꝯceſſum, non tñ extra limites iuris, & potius ille tex. denotat facultatem in torquendo plures, q̃ in repetendo qõnem cõtra vnum, & ut ipſi ſint diligentes vult ibi tex. ꝙ ſi non reperirent dicta furta, teneantur ipſi tanq̃ illi qui forte nõ fuerunt diligẽtes in cuſtodia dcoꝝ

59 bonoꝝ † ex quo ẽt infero, ꝙ Impator non voluit,ꝙ tortura, nec repetitio eiuſdem debeat fieri,niſi legitime, cum oino ipſe ꝑdere non poſſit. Nã iudices remanẽt obligati,& potius credendũ eſt Impatorem ibi uoluiſſe iudices ꝓcedere ſeruatis ſeruandis, q̃ aliter. Nã pſumptio eſt,ꝙ iudices uidentes ſe remanere obligatos,torquerent & repeterẽt qũocunq; & qua'itercũq; itaq; ille tex.nihil mihi facit,ꝑ ſaluatione aſſeſſoꝝ repetentiũ qõnem ſine nouis indicijs, a qua iudicio meo cauere debent ſicut ab igne, & maxime cum cõis theorica doctoꝝ ſit in ꝯtrarium ꝑut ſupra dixi.& vltra præd. ita in terminis uoluit Bal.in l.2.C.quoꝝ app.& Bal.in l.mil.C.de qõ.& do.Abb.in c.cũ m contẽplatione.in 2. col.in verſ.7.quæritur.extra de reg.iur.

Guido de Suz.

60 Quid ſi dum aliquis† eſt in tormentis dicit torqueatis me quantum vultis,quia ſi ſtarẽ vſque ad 10.annos,nil dicerẽ,q̃a nil ſcio, vel in nihilo ſum pollutus obiecti criminis, & ſic oĩa diffitet̃,nũqd ſtatim eſt d.mittẽdus

 & de

& deponendus de tormẽtis, & libere relaxã dus ire vias ſuas? & certe non, ſed ꝓcedat in tortura cum temperie, vel aſpere, ſm ↄdit. cri minoſi, & ſm criminis qualitatem, & ff. con fiteatur, bene quidem, ſinaũt non confiteat, debet eum iudex in carceribus detinere, & ſi noua aderunt indicia, qõnem repetet, ſinaũt noua indicia non aderunt, tunc ſtatuet accu ſatori dilationem competentem ad proban dũ, & ſi poterit ↄuinci, ↄdemnabit, alias nõ. ff. de q. l. 1. §. ꝑterea. & l. vnius. §. in ea. eo. tit.

Additio D. Ludouici.

In hoc do. auctor recte locutus eſt, nec eſt opus additione, niſi dum dicit de nouis indi
61 cijs. Nam noua indicia ea dñr, q̃ differunt à præcedentibus ſpecie vel ſubſtantia, vt puta, prima indicia erant de mala fama rei, vel ꝙ erat inimicus, &c. ſuperuenit poſtea vnus te ſtis, q̃ dicit ſe vidiſſe reum ꝑcutere, vel dicit ꝙ vidit eũ cũ gladio euaginato, &c. ſecus ſi primo habuiſſes iudiciũ ex ſama p aliquos te ſtes, licet poſtea habeas alio teſtes ſup ſama, non dñr noua indicia ſed dr̃ noua ꝓbõ pri mi indicij, nec poſſet qs repeti in tormẽtis, ita voluit Ang. in tract. male. in verbo, ſama publica, ĩ ver. qro q̃ dicant noua indicia, &c.

Guido de Suz.

62 Sed qd † qõne de ſacto occurrenti, Crimi nis indicia ꝓcedunt, per q̃ iudex informatus vult ꝓcedere ad tormenta, dicit reus iudici, dñe, detis mihi defenſionem anteq̃ ponatis me ad tormenta, qa paratus ſum incontinẽ ti arguere ↄtra indicia ↄtra me recepta, nun quid audiendus eſt reus, & ſibi defenſio dan da anteq̃ torqueat? vr̃ ꝙ non, ꝑ l. 3. in ver. ne que ante ꝓbõnes iniurias patiant, &c. C. vbi ſena. vel clari. cum ibi in illis ꝑſonis in digni tate poſitis ſit ſpeciale, vr̃ in ceteris ↄtrariũ eſſe ius cõe, arg. l. 1. ff. ad mu. Præterea, pri mo actor ꝓbat, & fundata intentione ſua reus opponit defenſiones, & exceptiones ſuas, vt C. de exce. l. ſi qdem, & l. exceptionẽ, de prob. igr̃ primo totaliter debet fundari in tentio actoris ꝑ teſtes, vel ꝑ confeſſionem rei anteq̃ audiatur in ſua exceptione ſiue de
63 fenſione reus. † Tu dic ↄtrarium. ſ. ꝙ primo ſit danda defenſio, anteq̃ torqueat, maxime qñ tale qd allegat, quo ꝓbato non deberet ad tormenta ꝓcedi, & hoc illa rõne, qa ab in terlocutione facta à iudice, ꝙ aliqs torquea tur, appellat. l. 2. ff. de ap. reci. ꝙ eſt rõ ↄſide randa, qa à tali interlocutoria eſt ꝑmiſſum appellare, qa ſi defenſio differret poſt tortu ram, nunq̃ poſtea poſſet recuperare detrimẽ tum membroꝝ, vt d. l. 2. ergo eadem rõ ſibi locũ vendicat in ꝓpoſito, ſero. n. appellaret. vel defenſio peteret, ſi pr mo torqueret, nã qñque ſolent deficere in qõne vt l. aut dam na. §. 1. ff. de pœn. præterea ẽt ↄfeſſo, defen ſio ſuæ innocentiæ dat. C. de cuſt. reo. l. 2. multomagis hæc defenſio non denegatur.
64 † Præterea, ẽt videmus ꝙ iam damnato ex ↄfeſſione ſua facta in tormẽtis, & ꝑſeueratio ne facta, princ eps ſubuenit ẽt poſt ſniam pri ſtinam defenſionem ſuæ innocentia ꝓceden do, & ſniam retractando, ſi ↄſtiterit de inno cẽtia ↄdemnati, vt l. 1. §. ſi qs vltro. ff. de qſt. ſi igr̃ iam ↄfeſſo, & iam condemnato conce ditur defenſionis facultas tanto, & multoſor tius ante tormenta denegari non debet cui. eñ qđ eſt plus conceditur, non debet dene gari, qđ eſt minus, vt dicit r̃la iuris, cui qđ plus eſt, &c. qd plura, in iure legit̃ expreſſe, quod quocunque tp̃e iudicij, reo petente, de ſenſio danda eſt. l. vnius. §. cognit. o. ff. de qſt. ibi quocunq; tempore reo poſtulante, &c.

Additio D. Ludouici.

In hoc paſſu multũ quotidiano, licet do. auctor non dicat, reperio Paul. de Eleaz. in cõ mẽto. c. grauis. in vlt. col. in ver. qd ſi torquẽ dus q̃rit, &c. extra de depoſi. & Gan. in ſuo tract. maleſ. in ver. nunqd torquendus ſit au diẽdus, &c. vbi formaliter, & de verbo ad ver bum argumentati fuerunt ad partes, ꝑut fe
65 cit d. auctor in hac qõne, & finalr̃ † conclu dunt defenſionem non eſſe reo denegandã, & ꝙ copia indicioꝝ ei danda eſt, & plus dñt, ꝙ qtumcunq; iudex hẽt arbitrium ex for ma ſtatuti in talibus, nõ tñ põt denegari de ſenſio, & idem voluit Gand. vbi ſupra proxi me in verſ. item qro nunqd ptãs q̃ hẽt arbi trium, &c. & idem in terminis noſtris repe rio ↄſuluiſſe do. me. Ale. in conſ. 66. in 1. & 2. col. in 1. vol. inci. ſi præce. indicijs, vbi tñ limi tat multũ ſinglr̃, niſi reus ſimplr̃ peteret co piam indicioꝝ cum termino ad ꝓbandum, nec diceret qualem defenſionem hr̃et, ſed ſo lum diceret indicia illa non eſſe vera ſed fal ſa. Nam ſm eum, ad hoc vt ꝓcedat defenſio, & differat tortura, opus eſt ꝙ allegetˋ tal:s defenſio, qua ꝓbata tortura ceſſaret, ſed i ca ſu ꝓpoſito, ſi teſtes depoſuiſſent, & affirmaſ ſent indicia non eſſe vera, ſed falſa non reue larent, tanq̃ deponẽtes ſup mera negatiua, ergo.

ergo,&c. & idem vr̃ fuiſſe de mente Paul.de Eleа.in d.c.grauis.Secundo limitat do.meus in conſ. præalleg. alio modo multum ſinglr̃ qñ dñs ptãs denegaret defenſionem cum cõ ſilio dñi iudicis maleficio.nam põt,&non te nebiẽ in ſyndicatu ꝑ doctrinam Bal. in rub. C.de pœ.iud. in ver. q̃ro nunquid ptãs,&c. Sal.in l.fi.eo.tit.qđ no.ꝑ te qui vadis per of ficia,vt ſi non intelligis ſemꝑ facias de cõnſilio iudicũ q ſint tñ doctores hñtes inſtrm̃ ſuæ approbationis in ſtudijs gñalibus,vel ꝙ talis iudex ſit tibi datus per ſuperiorem , nã eris excuſatus faciendo cum tali conſilio ſm̃ Bal.in d.l.fi & do.me.in d.conſ.66.in 2. col. ꝙ conſ.eſt repetitum de verbo ad verbum in 2.vol.in ordine ibi 41.incip. vt ſupra dixi.

Guido de Suz.

Sed quid de qõne quã ſæpe de facto vide-
66 mus.† Teſtis fuit tortus, & in tortura confeſſus,nunc ante ſniam,dicit ſe erraſſe, nunquid poterit reuocare errorem ſuum? rñdeo,aut vſq; ad ſniam,& eſt rõ,q a non vr̃ fa teri,q in facto errat l.2.in prin.ff.de confeſ. item talis error non põt vſq; ad ſniam obeſ ſe l.error. C.de iur.& fac.ign.& facit C.quo rum appel.non recip.l.2. nam ꝯdemnato ex ꝯfeſſione in tormẽtis,facta,& ꝑſeuerata,ſub uenit ẽt poſt ſniam,& errorem ſuum,ſiue in nocentiam ſuam docere volenti, & ſi oſtẽde rit,abſoluet,vt.ff.de q.l.1.§. ſi qs vltro. mul to fortius debet audiri iſte errorem ſuum an te ſniam ꝓbare volens. Item iſte non ꝑſeue rauit in confeſſione, ex quo nõn expectauit ſniam. Item ꝯfeſſus formidine tormentoꝝ audit appellans,vt C.quorum appel.non re cip.l.2.Si autẽ eſt error iuris,tunc nõn pote rit venire ꝯtra ꝯfeſſionem ſuam,vt d.l.error.

Additio D. Ludouici.

Circa reuocationẽ erroris ſeu ꝯfeſſionis erroneæ,vt vides dñs auctor facit dñiam inter errorem iuris vel facti,vt hic ꝑ eum. Cu ius dictis adde tu Gand.in tract.maleſ. in ti. de qõ.in verſ. Sed qd ſi ꝯfeſſus in tormẽtis, & perſeuerans,&c. vbi idem formalr̃ tenẽt. Nam ſm̃ eum,q dicit ẽt hoc eſſe bene notã-
67 dum,nemini eſt deneganda † facultas defen ſionis ante impoſitionem pœnæ. alleg. d. l. vnius.§.fi. in verſ. quocunq; tpe poſtulante ergo,&c.de qõ.& C.de iur.fi.l.facultas. lib. 10.& C.de bo.vac.l.fi.in ver.data copia,&c. & plus ſubdit, qđ ẽt ſponte ꝯfeſſo nõ eſt de neganda defenſio,ad ꝓbandum de iure ſuo, & innocentia ſua.alleg.text.in l.1. §. ſi qs vl tro.ff.de qõ.& qa defenſio, & probatio pñt fieri vſque ad ſniam.l. ſi qs iureiur.C.de re. cred.l.indicia. C. de prob & l.1.§.ſi ad diẽ. ff.de re mil.de quo vide per Bal.in l in bonæ fidei.in 3.col.C.de reb.cred.& Bald. in l.fin. in 1.col.C.de prob.& per do. Pet.de Anch. in conſ.22. in 3. col. incip. vtrum confeſſio contra iniuſtum, &c. vbi dicit ſe de facto ob tinuiſſe ꝙ quis poteſt reuocare confeſſionẽ ſuam,licet ſecundum eum iudices in hoc ſe difficiles,& rigoroſos exhibeant, credentes vileſcere in conſpectu hominum per abſolu tionem contra l.abſentem.ff.de pœ.

Guido de Suz.

68 Sed pone † ꝙ aliqs ꝯfeſſus eſt in tormen tis,& non ꝑſeuerauit in ꝯfeſſione, nunquid talis confeſſio aliquid operetr̃, vr̃ ꝙ fic.ſ.ſemiplenam ꝓbõnem,vt no.C.de cuſto.reo.l. 2.& ff.de quæſt.l.1.§.diuus.qui. §. intellr̃ in ꝯfeſſione torti in qua non extitit ꝑſeueratũ. vel dic,& forte verius,ꝙ niſi ꝑſeueratũ ſit,ta lis ꝯfeſſio non plenam,nec ſemiplenam,pro batio.inducit,qm̃ nullo modo confiteri, vel confiteri ſine perſeueratione,paribus paſſibus ambulant.C.quorum appel.nõ reci.l.2.

Additio D. Ludouici.

Licet do. author in hoc loquat̃ ſub dubio
69 forte,dicas tu,ꝙ † ſine dubio forte dicta cõfeſſio facta metu tormentoꝝ ſine ꝑſeueratione non præiudicat.caſus eſt in d.l.1.§.di uus & ibi Bart.&idem voluit Iac.But.in l.2. dẽ cuſtod.reo.& Ang.& Sal.ibidem.&Sal.in l.fin.in 1.col.C.de quæſt.& do. Abb. in c.cũ in ꝯtemplatione.in 2.col.in ver.6.quæro.de reg.iur.vbi dicit,ꝙ talis perſeueratio,& rati ficatio debet fieri extra locum tormentoꝝ, quod dicit facere contra iudices qui inconti nenti in loco vbi eſt tormentum,faciũt ratificare ꝯfeſſionẽ,& male. & inde voluit Ang. Aret.in ſuo tract.male in pe.col.in ver.ſama publica præcedente.in verſ.2.no.vbi dixit ꝙ tortus debet quieſcere ſaltem per vnam diẽ nãlem anteq̃ ducatur ad tribunal, ad ratificandum , de quo vltimo ſuperius diximus.

Guido de Suz.

70 Sed qd ſi † aliquis tortus eſt nullis vel nõ legitimus indicijs ꝓcedentibus,nunqd valebit eius ꝯfeſſio,dic ꝙ non,ẽt ſi, & quantumcunq; in ea ꝑſeuerauerit,vt eſt arg.in l.2. 3. & 4. C.ſi ex fal. inſtr. & eſt caſus in l. maritus. & in l. pe. ſecundum vnam lec.ff.de qõ.

& tex.in l.diuus.ver.ex quib.eod.tit.Preter-
ea hoc eſt de ſubalibus qōnis hñdæ,ꝙ legi-
tima præcedant indicia, alias quis torqueri
non pōt,cū à tormentis non ſit incipiendū.
l.1.ff.de qō.& l maritus,& C. eod.tit.l. cum
cognōnale,& l.milites,quo deficiente qeq̨d
ſequitur,ipſo iure nō ualet.l.non dub.C. de
leg.& de ſi.inſt.& iure halle ſi.lib.10.l.1.& l.
diuus.de in int.reſt.& C.de app.l.noiatiōes.

Additio D. Ludouici.

Pro hac ꝯcluſione eſt tex. cum gl. ſing. &
ibi Bart.in d.l.pen.ff.de qō.quem cum gl.ꝓ
ſingulari ad hoc allegauit, & ſecut' eſt Ang.
Aret.in ſuo tract.mal.in 8.col. in verſ. fama
71 publica ꝓcedente. in ver. aduertas tñ. † vbi
dicit ſecus eſſe in ꝯfeſſione ſponte facta,quia
tunc ēt non ꝓcedent.b.indicijs valet,adeo ꝙ
ex ea ꝯfeſſione pōt quis ꝯdemnari.alleg.tex.
in c.1.de acc.l b.6. & dicit idem tenere Pet.
de Anch.in clem.1. de hom. quod eſt ſinglr̃
menti tenendum ſm eum ibi.de qua mā ſu-
pra latius diximus. ideo non repeto nunc,
vbi alleg.dñm meum in ſuo conſ.5.in 1.vol.

Guido de Suz.

Dictum eſt ſupra ꝙ ꝯfeſſio facta in tor-
mentis non præiudicat,niſi ꝯfeſſus perſeue-
72 ret in ea. Quæro † q̄ dicatur ꝯfeſſio facta
in tormentis? rñdeo confeſſio in ipſis tor-
mentis, idem eſt,ſi ad pedem ipſius torturæ
ducitur,& ligantur manus, & terror incutit̃
à iudice dicente, ꝙ niſi incontinenti ꝯfiteat̃,
ſubijciet eum qōnib.certe nō tenet talis cō-
feſſio,niſi in ea fuerit ꝑſeueratum, quia lex
æquiparat ꝯfeſſionem factā in ipſis tormen
tis, & ex tortura, & formidine tormentoꝝ,
ut eſt tex.C.quo.app.non re.l.2.ibi,aut for-
midine tormentoꝝ &c.& not.ꝙ ibi dicit for
midine,non aūt dicit tormentis, & idem ibi
ſentit gl.& arg.ff.de iniur.l.itē apud Labeo-
nem.§ adijcitur.verſ.qōnem ibi,vel leuis ter
ritio.ergo à ꝯtrario ſenſu,non leuis territio
hr̃ pro ipſa tortura. Ad qd' accedat qd' legi-
tur,ſufficit terror armoꝝ, & ſi quis eis vſus
non ſit.ff.de ui,& ui arm.l.idem eſt.§. ſi ar-
mati.& nā quo ad l.Cor.de ſicar. paria ſunt
hoiem gladio ꝑcutere,vel ſtringēdo minari,
vt ff.ad l.Cor.de ſic.l.1.§.diuus,& facit.ff.ex
qb.cau.maio.l.3.& C.qd' met.cau. l. metū.

Additio D. Ludouici.

Dñs auctor veꝝ dicit in hoc, & ultra all.
per eum,dicas tu,ꝙ idem voluit Bart.in l. 1.
§.diuus.ff.de qō.& Bar.in l.2.in 3.col. in ſi.
C.quod met.cau.& Bald.in l.vnica.in 8.col.
C.de ꝯſ.& Bal.in l.nouiſſime.ff.de exc.tuto.
73 † vbi dixit,ꝙ ꝯfeſſio quæ ſit apud tormenta
dr̃ facta in tormentis, per illum text. quem
dicit ad hoc ſingularem, & idē de ꝯfeſſione
facta in tormentis,vel formidine tormētoꝝ
vt à pari ꝓcedant,voluit ēt do.Abb.in c.ſin.
in 5.col.extra de ꝯſ.& Abb.in c. cum in con
tēplatione.extra de re.iur.& Alex. de Neuo
Vicent.in ſuo ꝯſ.47.in 2.col.in 4. uol. inter
ꝯſilia do.mei in cap.in cauſa prædicta &c.&
faciunt ea q̄ inferius dicemus immediate.

Guido de Suz.

74 Sed quid in † qōne de facto, Continetur
in ſtatuto ciuitatis,ꝙ aliquis non poſſit tor
queri niſi in certis caſib. ptās honoris aui-
dus extra illos caſus ꝯceſſos ꝑ ſtatutū, vult
eruere veritatem criminis,non tñ vult, eum
ponere ad torturam ne incidat in pœnā ſta
tuti,ſed qd facit,præcipit eum teneri in tur-
ri,vel in alio loco,denegādo ei alimenta,do
nec ꝯfiteatur,vel in hyeme facit eū ſtare ſpo
liatū oib. panis,& nudū,nunqd videat̃ eum
ponere qōni,ut ſic dicamus eum incidere in
pœnā ſtatuti,& dic ꝙ ſic,vt ff.de iniur.l.item
apud Labeonē.§. qō.ibi,malā māſionē &c.

Additio D. Ludouici.

Pro deciſione do auctoris,adducas tu do
75 ctrinam Bart.in l.1.§.diuus.ff. de qō. † vbi
ponit de eo q̨ retinetur in carceribus ut ſiti
moriatur,nam dr̃ tortus, adeo ꝙ ſi ꝯfitetur
virtute talis ſitis,non ualet ꝯfeſſio, tanquā
facta in tormentis, & idem uoluit d. Ang.
Aret.in ſuo tract. male. in verbo fama pub.
præced.in verſ. quæro quid ſi eſt tale delictū
&c. vbi arguit contra iudices ignorantes,&
crudeles, qui qñ non pñt torquere dant car
nes valde ſalatas ad comedendum malefa-
ctori,& non bibere. Nam ſm eum dñr tor-
quere,& tenentur in ſyndicatu, de quo vide
ēt per do.Abb.in c.ſi.in 5.col. extra de ꝯfeſ.
& facit illud quod etiam inferius dicemus.

Guido de Suz.

76 Sed quid ſi † extra locum torturæ,vel cir-
ca tribunal iudicis, vbi ius redditur, iudex
examinans dixit delato ex crimine aut ꝯfi-
tearis,aut ducam te ad tormenta,& torque-
bo te,nunquid dicatur tunc ꝯfeſſio facta for
midine tormentoꝝ? dic, ꝙ non, quia leuis
territio &c.ut d. l. item apud Labeonem.§.
qōnem.& C.quod met.cau.l.metū ibi, non
iactationib. &c.Terrorem aūt qōnis ꝓba-
bilem

bilem veræ torturæ comparandæ accipere debemus pñ:em,& inſtantem torturæ, ſicut de metu inſtãt:s cruciatus dicimus,ut ff. qď met.cau.l. metũ. 1.rñ.& ff.ex q.cau.ma. l. 3. in fin.leuis enim territio, quod extra locum torturæ facta, eluſoria eſt,arg. l. ſi cui pluſquam per l. fal. l. hæc,ſatiſdatio.

Additio D. Ludouici.

77 Sto in hoc † cum do.auctore cũ modificatione tñ,niſi iudex qui diceret reo,aut ꝯfitearis,aut ducã te ad tormenta,& torquebo te, eſſet hõ terribilis vultu, & ſolitus talia dicere,& mandare executioni, qa tunc dicerem ſecus eſſe,& ꝯfeſſionem eſſe factã metu tormentoꝝ,iuxta not.ꝑ Bar.in l.de pup §.ſi qs ipſi ꝑtori,cũ ſi.ff.de no.op.nun. idem dicerẽ qñ reus eſſet ꝑſona multũ timida,puta mulier eſſet,vel cõplexionis trepidæ,qa tunc dicã illa verba inducere ſufficientẽ tormẽtoꝝ formidinẽ.ꝑ quo facit qď dixit d.auctor.infra in §. itẽ q̃ro quantũ tp̃s &c. vbi ponit de qualitate perſonaꝝ ꝯſideranda in hac mã.

Guido de Suz.

78 In quo loco † ſit reus ducendus ad perſeuerãdũ in ꝯfeſſione,rñdeo,apud acta, vel in alio publico loco, extra ꝯſpectũ torturæ, & ita uidemus expto s aſſeſſores in ꝑſeuerãtia ꝯuocare teſtes,& ſub publico teſtimonio ſcribi facitr,talis tali die ꝑſeuerauit, & ꝯfirmauit &c.in pñtia taliũ teſtiũ &c.& bñ faciũt ꝑ l.2.C.de cuſ.reo.ibi.ſub pub.teſtimonio &c.

Additio D. Ludouici.

De loco ratificationis ꝯfeſſionis. do. auctor recte locutus eſt,idem uoluit Bart. in l. 1.§.diuus.ff.de qõ.& Bal.in l.2.C. quo.app. & Bald.in l.2.C. de cuſt.reo. & idem uoluit do.Abb.in c.cum in ꝯtemplatione. in 2.col. in ver.quæro,in fin.extra de re iud.& dom. Abb.in cap.fin.in 5.col.in fin.extra de ꝯf.& bñ facit qď not.Bal.in l.2.in 3.col.in fin.ff. qď met.cau.& Bal.in l.1.in 7.col.C.de ꝯfeſ.

Guido de Suz.

79 Item quæro † quantum tp̃s erit medium à die ꝯfeſſionis torti, ad diem reductionis ad ꝑſeuerandum,rñdeo hoc lege aliqua nõ determinatur,ut d.l.2.de cuſt.reo.ibi, poſt modicum,non tñ dicit ꝙ ſit illud modicum,dic ꝙ ſit in arbitrio iudicis ꝯſiderata qualitate ꝑſonaꝝ,& enormitate,vel leuitate criminis: cum.n.tp̃s,uel quid aliud, à iure non præfinitur, remittitur iudicis arbitrio .ff. de iure delib.l.hodie.ff.de pœn.& l.1.de effracto.

Additio D. Ludouici.

Hęc eſt uera ꝯcluſio,de tp̃e intermedio inter ꝯfeſſionem,& ratificationem, remittẽdo in arbitrio iudicis,in quo adde tu. Iac. Butr. in l.2.C.de cuſt.reo.& Ang.& Saly.ibidem, & d.Ang.Aret.in libell.ſuo mal. in verbo fama,in pen.col.in ver. 2. not. ꝙ ſi ꝯfeſſio &c. & etiam ſupra de hoc dixi.

Guido de Suz.

80 Quæro qui † debeant q̃õni intereſſe. reſpondeo vt ff.de adult. l. ſi poſtul.§. q̃õni.in ſecreto aũt iudex recipiet dcm̃ eius tort⁹.n. habet ſimilitudinem teſtis, ut in ſumma de q̃õni.ꝑ Az.§.ſed hr̃,& ff.eod.ti.l.1.§.Imper.

Additio D. Ludouici.

Circa hanc mãm de dicto rei recipiendo in ſecretis vide tu qď no.Bar. ĩ d.l.ſi poſtul. §.q̃õni.ff.de adult. vbi multum notabilr̃ loquitur in mã teſtis torquendi,an aduocatus poſſit eſſe præſens,& concludit, ꝙ nõ in examinatione,ſed in delatione iuramenti ſic.

Guido de Suz.

81 Sed nunquid † liber homo poſſit torqueri,vr̃ ꝙ non,quia quaſi totus titulus de q̃õnib.C.& ff.de tortura ſeruoꝝ intelligere vr̃, alij dñt ꝙ liber hõ torquetur in caſibus.ſ.qñ in teſtimonio uacillat,& pñs fuit facto,ut ff. de qõ.l.ex libero.& l.teſtes,& in crimine falſi,ut ff.de fal.l.ſi quis decurio.arg.C. de ꝑb. l.iub.& C.de teſti.l.nullũ, & in alio caſu ſpeciali.C.de malef.& math.l.ſi excepta.& nor. in apparatu,& C. de qõ. l. decur. Si ergo eſt ſpeciale,in contrarium eſt l. ius ſingulare .ff. de legi. ſic & milites rl̃r non torquentur, ut C.de qõ.l.mil.ſic decuriones .C. ex qb.cau. inf.irr.l.decuriones.C.de qõ.l.diuo,& C.de pœ.l.decuriones,& l.decurionũ,& l.miſeric. ad l.Iul.maieſt.l.nullus.ff. de pœ.l.moris.§. iſte.ff.de decur.l.2.§.in decur. & l. fin. cũ ꝯc.

82 Tu dic † ꝙ liber homo poteſt torqueri, nõ ſolum in alios ut ff.de qõ. l.ex libero. 1. rñ. & l.vnius.§.teſtes.C.de aboli. l. fallaciter.§. quod ſi ingenuoꝝ.C.de aſſeſſ.l.nullus. ad fi. ff.de cuſt.reo.l.diuus Adrianus,ſed etiam in ſeipſum,q̃ñcunq; deferuntur ex aliquo crimine.C.de qõ.l. cum cognitionaliter.C.ex quib.cau.inf. irrog. l. nullam. & ibi de hoc. C.de fal.l.ſicut.ff.de re mil.l.proditores. De nuo quod liber homo torqueri poſſit inconuinc.biliter, arguitur per l. ſi quis decurio.C.de fal.ubi decurio torquetur, imò melius.ff.de qõ.l.fin.vbi vr̃ caſus,quod liber hõ torqueri

torqueri poſſit, vt C. de accuſ. l. fi. vt C. de aſ
ſeſ. l. nullus. & qđ ibi no. & alius q liber hō
nō pōt eſſe decurio. vt ff. de decur. l. ſeuerus.
& ita ſeruat gn̄alis conſuetudo, & do. Azo.
in ſum. de quæſt. §. torqueri. & §. torquētur.

Additio D. Ludouici.

83 De libero † homine, vt poſſit torqueri,
iudicio meo non eſt dubitandū, licet do. au-
ctor ad hoc ꝓbandum multum laboret, ꝓ-
ut vides, nā ego habeo hoc pro abſoluto, &
licet de hoc dixerim in princ. huius operis.
tn̄ nunc pro cōfirmatione dico vnum vltra
omnes, nam ſi liber homo torqueri nō poſ
ſet, profecto ex mille delictis, non punietur
vnū ꝯtra l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aql. nā
in delictis nō ſemp ſunt p̄ſentes teſtes, imò
qui male agit cōiter odit lucē, vnde ex hac
rōne primo debet poſſe liber homo abſque
dubio torqueri, & contra ſe, & cōtra alios.

Guido de Suz.

Item puerilis tn̄ qō eſt, nunquid ita prin
cipalis perſona debeat poni, vel ſubijci tor
mentis veritatem eruendam, vr̄ ꝙ non, qa
totus tract. de qō. C. & ff. vr̄ conſiſtere circa
ſeruos ſuos torquendos, & liberos hoies va
84 cillantes, Sed tu dic quod † ipſe principales
perſonæ ſunt qōni ſubijciendę, vt C. de qō-
ni. l. 3. & ff. eo. tit. l. 1. §. diuus, & §. ſi quis vl-
tro, & l. vnius, & ff. de re mil. l. proditor præ
cedere tn̄ debent indicia veriſimilia, ex qui
bus obiecti criminis reus, ex pręfinitione
culpæ, indicijs animus informetur, vt C.
de quæſtio. l. cum cognitionaliter, & l. mi-
lites. §. oportet, & C. de fal. l. ſicut.

Additio D. Ludouici.

Prout atteſtatur ipſemet auctor, hæc q̄-
ſtio puerilis eſt, & probatur ex his quæ ſu-
pra dicta ſunt in additione proxima præce
dente, & per do. auctorem in §. proxime p̄-
cedenti, incip. ſed nunquid liber homo, &c.

Guido de Suz.

85 An ſi iudex adeo † tormentando modum
exceſſerit, ita ꝙ tortus in quæſtione defe-
cerit, vel membra debilitauerit teneatur,
& quo iure. & ꝙ teneatur dicit lex expreſ-
ſe. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §.
quæſtionis, ibi teneri eum, &c. ſi enim tor
quendus eſt reus vt innocentiæ, vel iudi-
cio ſaluus reddatur, vt l. quęſtionis mo-
dum. ff. de quæſtio. certe ſi iudex non ſer-
uauit, tenetur. & facit. ff. ſol. matrim. l. ſi
conſtante. §. ſi maritus. & inſtit. qui ſunt
ſui vel alie. iur. §. 2. & §. dn̄orum, & me-
lius. ff. ad l. Aquil. l. ſed, & ſi quemcunque.
§. ſi magiſter, & ff. de vſufr. l. locum. §. fi. &
ff. de pign. act. l. eleganter. §. plane. nec pro-
deſt ſibi, ꝙ tanq̄ iudex hoc fecit, cum deli-
querit, nam omne maleficium praue præſu
mitur actum, vt C. de iniur. l. ſi non conui-
86 cij. & C. de ſic. l. 1. † Præterea, ſi ꝓpinquus
in corrigēdo ꝓpinquū, modū exceſſit tene
tur, vt C. de emen. ꝓpin. l. 1. nec iudicem ex
cuſat offm̄, qa ſicut priuati, & ita magiſtrati
bus ꝓhibitū eſt aliquid illicitū facere l. nec
magiſtratibus. ff. de iniu. econtra vr̄, ꝙ non
teneat, qa iudex cauſa veritatis eruēdę hoc
fecit, ſuum exequendo offm̄, & non animo
interficiendi, vel debilitādi, igit̄ nō debet te
neri. nemo. n. vr̄ delinquere niſi animū ma-
lignum ad hoc habuerit. ff. de verb. ſign. l. ſæ
pe, ad fi. voluntas. n. & propoſitum diſtin-
guūt maleficiū. ff. de fur. l. q iniuriæ. in prin.
& facit. ff. de acq. poſ. l. q iure. & alibi ſcri-
ptū eſt, tūc crimē cōtrahit̄, cū volūtas nocē
di interuenit, non alias. l. 1. C. ad leg. Corn.
de ſic. & facit. ff. de lib. homi. exhi. l. 3. §. 1. p̄-
ſumit̄. n. bonū de officialibus niſi ꝓbet̄ ꝯtra
rium manifeſte, vt ff. de off. p̄ſe. p̄to. l. 1. ad fi
nē. nā creditor, rē obligatam auferendo nō
p̄ſumit̄ deliquiſſe, qa notabilis eſt pręſum-
ptio, vt ff. de fur. l. cū creditor. ſic, & à ſimili,
iudex in ꝓpoſito cauſa ſui officij exequēdi,
p̄ſumit̄ id feciſſe, non nocendi ꝯſilio, vt ff. de
87 iniurijs. l. iniuriarū. §. 1. † & ſi aliquam cul-
pā in excedendo modum, in torquēdo adhi
buit, non tn̄ tenetur l. Corn. de ſic. quia in
delictis, lata culpa non æqparat̄ dolo. ff. de
pœn. l. aut facta. § cauſa. itē officij neceſſitas
ſuadet remanere impunitū qđ alias coer-
ceri dr̄et, vt ff. de his qb. vt indi. l. poſt lega-
tū. §. aduocatū, & l. tutorē, nā in dubio, ſi nō
apparet quo aīo fecerit p̄ſumit̄ potius, ꝙ ex
zelo iuſtitię, & vigore officij, q̄ malo ꝯſilio
id feciſſe l. minus inſtructus. C. de acq. poſ.
ff. ꝓ ſoc. l. merito. Accedit ad idē, & aliud va
lidius arg. ſumptū. C. q acc. nō poſ. l. 2. ad fi.
vbi tutor ex offō ſuo, accuſans de falſo ꝓdu
centem inſtrā contra pupillum, ſi non pro-
bat non p̄ſumit̄ calumniandi animo accuſa
tionem inſtituiſſe, niſi euidenter ꝓbet̄, & tn̄
vr̄ qui non probat calumniari præſumitur,
eo ipſo ꝙ non ꝓbat l. 1. C. de aduo. diuer. iu
di. Solu. diſtinguūt, qdā, ſi hoc apparet, ꝙ fe
cerit ex voluntate, dolo tenet̄, ſed caſu abſq;
culpa

culpa nullo modo teneť, ſi aũt cum aliqua culpa excedendo modũ nõ puto teneri ꝑ l. vnicã. C. de emen ſeruoꝝ, & bona eſt argumentatio de ꝑtãte dominica ad poteſtatem rectoris, vt ff. de ver. ſig. l. poteſtatis.

Additio D. Ludouici.

Paſſus iſte de mortuo vel debilitato in tortura, an iudex teneať vel ne, eſt multũ, iu dicio meo ꝯſiderandus, & aperiendæ ſunt au res ꝑ dñis iudicantibus, in quo paſſu, do. au ctor ꝯcludit, qđ in vno caſu ſolum teneť iudex, qñ apparet de dolo, alias aũt non qñ caſu vel ẽt qñ culpa exceſſit modum in tor-

88 quendo per d. l. 1. de emen. ſuorum. † Ad ego ſentio, qñ culpa exceſſit modum in tor quendo, nam eo ipſo ꝙ excedit modum fin giť priuatur homo, & non iudex, ergo debet teneri, ſicut dicimus in tutore nõ bene admi niſtrãte bona pupilli. nã nõ fingiť tutor, ſed teneť tanq̃ quilibet, vt ff. de fur. l. interdum. §. qui tutelam, & ff. pro emp. l. qui fundum. §. ſi tutor. & arg. C. de epiſc. & cler. l. gñaliter. præterea vř eſſe caſus de hoc in l. item apud Labeonem. §. qõnis. ad fi. ff. de iniur. ibi ſed, & ſi iuſſu dñi quis qõnem habeat, modum tñ exceſſerit, teneri cum dĩe labeo ait, &c. & hoc ẽt reperio voluiſſe Cy. Bald. & Saly. in l. Gracchus. C. de adul. & Ang. in

89 l. 3. eo. tit. † vbi dñt, ꝙ ſi tortus deficit in tor tura iudex non tenetur, dummodo indicia ꝓcedãt, & in actis de indicijs appareat, & ẽt iudex non fuerit egreſſus terminos torturę. & ſic ſentiũt apte, ꝙ teneť iudex de exceſſu, & ſic de culpa in excedẽdo. veꝝ eſt, ꝙ in dubio non pſumiť egreſſus modum, rõne officij. l. herennius. §. gai. ff. de euic. vnde ei q. di cit contrarium, incumbit onus probandi ẜm Ang. in d. l. 3. quod eſt not. dignum ẜm Ang. Are. in ſuo tract. maleſ. in ver. fama. in verſ. octauo quæro quid ſi tortus, &c.

Guido de Suz.

90 Sed quid † ſi probatum eſt maleficium ꝑ vnum teſtem de veritate tm̃, nunquid erit ſufficiens indiciũ ad tormẽta habenda, vř ꝙ non, vt ff. de qõ. l. maritus. vbi per dictum vnius teſtis non fuit ad qõnem proceſſum. Præterea dictum vnius teſtis, non inducit in diciũ ſine pſumptione, vt ff. de do. ꝑle. l. Theo pompus. & ff. queadmo. teſta. ape. l. 1. §. ſed vnius, & iura oĩa tractantia de indicijs, quæ requiruntur ad qõnem habendam, loquunť in plurali. ſ. indicia pręcedere hr̃e, non aũt dñt indicium l. 1. ſecundo rñ. ff. de qõ. & ibi & alijs argumentis, & l. vnius. §. in ea cauſa. & l. fi. eo. tit. & C. eo. tit. l. cum cognitionali ter, & l. milites, & C. de fal. l. ſicut. & pluralis locutio, ſingulari numero nõ quieſcit. ff. de man. teſt. l. libertas quam. §. vlt. Sed his non obſt. dic vnũ teſtẽ de veritate ſufficere ad ha bedã torturã, vt in ſum. de qõ. §. indiciũ aũt. & C. ad l. Iul. maieſt. l. ſi q s alicui, in apparatu. Nõ obſt. l. maritus, q a ibi nõ fuit tortus ꝑp dctm̃ vnius teſtis, q a ille q ꝓhibuit teſtimoniũ erat familiaris ꝓducẽtis & ideo dctm̃ ſuũ non fuit tãti effectus, ꝙ faceret indiciũ. Non obſt. alia iura in ꝯtrariũ alleg. in q bus de pluribus indicijs hr̃ mẽtio, q a illa pluralitas inſpecto cõi vſu loquẽdi, in ſingularitatẽ reſoluiť, vt ff. de ver. ſig. l. non eſt ſine liberis, & ff. de neg. geſt. l. ait ptor. §. 1. & ff. de ori. iur. l. 2. §. exactis, & ff. de ꝯd. & demõ, l. demõ ſtratio falſa. §. fi. & l. q ꝯcubinã. §. ſi ſtichus.

Additio D. Ludouici.

Dñs auctor concludit, ꝙ poteſt quis tor queri per vnum teſtem deponentem de veritate, & idem voluit ipſemet in §. proxime ſeq. in princ. dum tractat de fama. in quo ad de tu gl. ſing. de hoc in c. at ſi clerici. extra de iud. quam pro ſing. alleg. & ſecutus eſt dñs Abb. ibi, in 7. col. & gl. & ibi Bart. in l. 3. C. ad l. Iul. maieſt. & Bart. in l. fi. ff. de qõ. & in d. l. maritus, & in l. pe. eo. tit. & Bald. in l. 2. C. de app. & Bald. in l. milites. C. de qõ. & do me. Alex. in conſ. 65. in pe. col. in 1. vol. inc. ſi præcedentibus, &c. & do. Ang. Are. in ſuo tract. maleſ. in verbo, fama. in ver. quæ-

91 ro an vnũ indiciũ. † vbi limitat ꝑdictã ꝓcedere ſi eſt vnus teſtis integer, q a infamis, vel vilis, nõ faceret indiciũ ad torturã l. 1. §. itẽ Cornelio. & ibi Bar. de qõ. & voluit do. me. in ꝯſ. de quo ſupra ꝓx. feci mẽtionẽ. Secũdo limita ꝑdictã ꝯcluſio qñ teſtis deponit recte ſup maleficio. ſecus ſi deponeret ſup iudicio ad maleficiũ ꝓbãdũ, ita voluit gl. quã ſe quiť ibi Bart. & Bal. in l. fi. C. fa. erciſ. & Bar. in l. fi. ante fin. de qõ. & do. Abb. in c. 1. in 1. col. extra de ꝓfeſ. & in c. ſup eo. el 2. in 2. col. extra de teſti. Tertio limita ꝑdictam ꝯcluſio nẽ ꝓcedere niſi aliæ circũſtantię reſiſterent,

92 † q a tũc vnus teſtis de viſu nõ facit indiciũ ẜm Bald. in d. l. 2. C. quo. app. referens Io. And. ita tenentem, quod eſt notã. ẜm eum, & idem voluit do. Abb. in c. tertio loco. in 5. col. de ꝓb. & in c. cum in contemplatione.

extra

extra de reg. iur. pro quo adduco, quia qñ aliqua ſunt indicia pro reo excuſantia, tunc indicia contra eum debent eſſe multum vrgentia, ut ſuperent illa quæ faciunt pro excuſatione rei. ita hr in l. 1. §. 1. ff. de qõ. ita uoluit Ang. Are. in ſuo tract. maleſ in verbo fama. in verſ. & prædicta procedunt, &c.

Guido de Suz.

93 Quid ſi maleficium † probatum eſt per famam tm̃ poterit ne ad tormenta ꝓcedi? vr ꝙ ſic, quia ꝓbõ famæ æquiparatur ꝓbõni vnius teſtis. ff. de teſt. l. 3. §. eiuſdem, & in apparatu, & ſupra prox. qõ. dcm̃ eſt indicium vnius teſtis ſufficere ad qõnem hñdam. Sed dic, ꝙ non, quia fama per ſe non ꝓbat, ſed inducit aliquod indicium, ad confirmandas, ſeu coadiuuandas, ſeu comprobandas, alias ꝓbões, vt d. §. eiuſdem. ibi ꝯfirmat rem de qua agitur &c. i. ſimul firmat, non tñ per ſe facit validum indicium. eſt. n. fama res fragilis, & pernicioſa, ut plurimum per clientelas voces artificioſe tranſmiſſa ab ipſis qui deſiderant de hoc famam eſſe, ut. ff. de hær. inſtit. l. Pacumæuius, & arg. C. de pœ. l. decur. & ff. de off. rect. proui. l. iuſtiſſ. ibi nec ad libidinẽ. non. n. quælibet indicia ſunt ſufficientia ad torturam, vt ſupra dixi in princip. notab.

Additio D. Ludouici.

De fama non ſufficiente pro indicio ad torturam d. auctor recte locutus eſt. cuius dictis adde quod idem voluit Bart. in l. de minore. §. torm. de qõ & Bal. in l. mil. C. eo. tit. & Salyc. combon. in l. ea quidem. in mã famæ. C de accuſ. tñ limita, niſi fama eſſet orta à perſonis fide dignis, vel eſſet iuncta cũ fuga, prout ſupra dixi in addit. mea. incip. circa hanc mãm qualiter, & qũo ſumantur indicia. circa fin. ad quæ me remitto.

Guido de Suz.

94 Sed ſi præter † famam eſſet aliquod indicium, puta dcm̃ vnius teſtis, quod quidẽ facit indicium, ut d. l. Theopompus, vel ſi ꝯſiteri: accuſatum eſſe inimicum interfecti, vel alias offenſi, alias tunc non ſufficeret cũ lex de inimico præſumat omne malum, vt ff. de quæſt. l. 2. §. præterea, & de teſt. l. 3. in princ. Item ſi ſe iactaſſet delatus de maleſ. cõmittẽdo. nam talis iactatio inducit indicium ꝯtra iactantem, ꝙ maleficium poſtea cõmiſerit, ꝯſiderata qualitate perſonæ, arg. C. qđ me. cau. l. metum. & ff. ex qui. cau. ma. l. 3. Tu allega meliora iura. ff. ad l. Iul. ma. l. fam. ver. tñ ibi, & ante quid fecerit &c. & C. ſi quis Imp. maled. l. vnica. ibi ex dictis, hominũ facta penſemus, & ff. de ſu. leg. l. Labeo. ibi neminem perdicere &c. Item ſi accuſatus uiſus

95 eſt fugere de loco maleficij, † nam fuga accuſat fugientem, ut in auth. de exhi. re §. ſi uero, & in auth. de ſan. ep. § ſi quis ad ordinationem. Ita ſi ꝯſiliarius depoſito officio ſe abſentat, pro ꝯfeſſo hr, ꝙ male fecerit. C. de aſſeſſ. l. ꝯſiliarios. ff. de ſuſp. tut. l. impub. ad fi. Item ſi is contra quem fama laborat, praue ſit æſtimationis, & homo qui ſimilia facere ꝯſueuit. ff. de qõ. l. de min. § torm. ff. de acc. l. ſi is cui. §. iiſdem. Idẽ ſi foret aliud indiciũ, ꝙ qlibet curioſus põt ꝑpẽdere. ſm criminũ qualitatem, & perſonaꝶ varietatem, tunc cũ adeſt aliqđ de prædictis indicijs, uel alijs ſimilib. & fama ꝓbetur, poterit ad tormenta ꝓcedi, qa fama ꝓbata, ſimul cũ aliquo ind. facit legitimum, & ſufficiens indiciũ ad habendã torturam, q̃uis fama p ſe nõ ſufficiat.

Additio D. Ludouici.

Quodlibet ex prædictis indicijs, vna cũ fama, ſufficiat ad torturã, prout ꝯcludit do. auctor, ſed tu dicas, ꝙ multa ex prędictis indicijs, ẽt ſine fama, ſufficiunt ſola ad torturã, ꝓut ſupra dixi circa princ. in add. inc. circa hanc mãm qualiter, & qũo ſumantur indicia &c. quæ non repeto, ſed uide q̃ ibi dixi, vbi poſui de inimico, & de fuga, & alijs ſimilibus. Sed vnum ꝓ nũc non omitto, an vnus teſtis vna cum fama, ſint indicia ſufficientia ad condemnationem. habes gloſſ. in cap. veniens. el 1. extra de teſt. & poſuit Bart. in d. l. minore. §. tormenta, in ult. col. de quæſt.

Guido de Suz.

96 Sed quid ſi † ptãs habet arbitrium, ꝙ nil aliud eſt dicere, niſi ꝙ bona fide procedat, ſm ꝙ ei conſcientia dictauerit, an poſſit ſupplere defectum probõnis indicij vigore arbitrij, dic ꝙ non, quia non vr eſſe cõmiſſum arbitrio ſuo, ꝙ legitima indicia non debeant ꝓcedere, qa iuris auctoritas, ſed facti non eſt in ptãte iudicum l. ordines. §. 1. ff. ad munic.

Additio D. Ludouici.

Pro ꝯcluſione do. auctoris, ꝙ vigore arbitrij iudici ꝯceſſi à lege, vel à ſtatuto, non poſſit ſupplere defectũ indicioꝶ, adduco primo l. ſi à milite. §. ed. ctum. ff. de teſt. mil. vbi per libertatem arbitrij non intellr̃ ꝯceſſum, qđ non conuenit bonis moribus, & ſic ſm bonos mores eſt interdictum, ſed eſt contra bonos

bonos mores torquere aliquẽ ſine ſufficiẽti bus indicijs, ergo nõ põt in hoc ſupplere iu dex vigore arbitrij ſui. & ita in terminis re perio Paul. de Elcaz. in commen. c grauis. ex tra de depoſi. in vlt. col. & Gãd. in ſuo. tract. maleſ. in ver. item q̃ro nunq̃d poteſtas, &c. Pro q̃bus facit, nã hoc eſſet tollere defenſio nes, & iura tertij, quæ non põt quis auferre vigore alicuius arbitrij ẽt liberi, & abſoluti, vt in c̃le, ſæpe, cum gl. in verbo, defenſiones, extra de ver. ſig. & in cle. paſtoralis. §. pe. extra de re iud. & voluit Bar. in l. filiusfa. ff. de don. & Bar. in l. 1. ff. de teſt. mil. & in extraua. ad repri. in ver. videbiẽ, & in verbo figura, & do. Ant. & Io. de Imo. i c. j. extra de ꝯſt. & Pet. de Anch. i ꝯſ. 161. inc. viſis diligẽter, &c. Vnũ

97 † tñ tene mẽti ꝙ vigore talis arbitrij pote rit iudex toquere aliquem ꝑ dcm̃ vnus teſtis de viſu, ẽt ſi non ſit omni exceptione maior. ita ſinglr voluit do. Gand. vbi ſupra prox. in d. ver. itẽ q̃ro nunquid poteſtas, &c. & voluit do. me. Alex. in ꝯſ. 65. in pe. col. 1. vol. incip. ſi p̃cedentibus indicijs, &c. vbi ẽt plus dixit ꝙ ẽt ſi ille teſtis fuiſſet receptus, parte nõ ci tata, põt torqueri, vigore illius teſtificatio nis, dũmodo ſtylus ſit, ꝙ nõ citeẽ pars in exa minatione teſtiũ in ea mã, qđ ꝑpetuo tene mẽti, ꝓ ꝯfirmatione eoꝝ q̃ dixit do. auctor hic circa arbitriũ ꝯceſſũ iudici in torquẽdo.

Guido de Suz.

Sed quid ſi continetur in ſtatuto ciuitatis Bononiæ, ꝙ non poſſit aliq̃s poni ad torru rã niſi ꝯtra eum fuerint habitæ violentiæ p̃ ſumptiones, reſpondeo, requiruntur ma gna indicia quæ ſint aliquo minus indubi tatis, & pluribus indicijs ſimplicibus ex qui bus proceditur ad torturam, vt dictum eſt, nam, & illa videntur manifeſta argumenta.

Additio D. Ludouici.

Pro do. auctore facit circa hoc de violen tis p̃ſumptionibus, illud quod hr̃ in c. affer te. extra de præſum. & ibi do. Abb. in 4. col. & ꝑ Bald. in l. ſi. in 1. col. & in l. neq; natales.

98 in 1. col. C. de ꝓb. hinc eſt, ꝙ dicimus ꝙ † p̃ ſumptio iuris dr̃ violenta. ſm Paul. de Caſt. in 2. conſ inc. acta iudiciaria, &c. Adeo ꝙ p̃ ſumptio iuris operatur, ꝙ poteſt ferri ſñia pro actore, ſm eundem Paul. de Caſt. in ſuo conſ 95. incip. ſi dico me, &c. & plus dico ꝙ præſumptio violenta ſufficit ad condemnan dum in criminibus occultis, vtputa, in crimi ne adulterij l. ſi quis adulterij. C. de adult.

Idem dico in omnibus caſibus à iure expreſ ſus, ſm Bart. in l. ꝗ Neruas. in 5. col. ff. depo. de qua mã poſuit aliquid Ang. Aret. in ſuo tract. maleſ. in ver. fama in 2. col. cum ſeq.

Guido de Suz.

99 Sed qđ † ſi ꝯtinet in ſtatuto ꝙ nemo poſ ſit torqueri, niſi indicia indubitata præceſſe rint, vt exẽplũ de indicijs indubitatis ecce. n. camera habens vnũ aditũ, & exitũ, non plu res, de dicta camera exiuit q̃s pallidus, trepi dãs, cũ cultello nudo ſanguinolẽto in manu & ſtatim poſt exitũ reperiẽ homo recẽter oc ciſus in dicta camera, certe iſta ſunt indicia ad ꝓbõnẽ maleficij indubitata, ex q̃bus nõ ſolũ ad tormẽta, ſed ẽt ad condemnationẽ, & pœnę impoſitionẽ põt ꝓcedi. Et ita intel ligit l. ſciãt. C. de ꝓb. ibi vel indicijs ad ꝓba tionẽ indubitatis, & ho. diſiunctiuã vel, nã palliditas, vel trepidatio eſt vnũ indiciũ ꝯtra ip ſum, vt ff. de q̃õni. l. de minore. §. tormẽta. Itẽ delatio gladij, preſertim nudi, eſt aliud in diciũ, nã deportantibus arma lex male p̃ſu mit, vt C. vt armoꝝ vſus l. vna. & in auth. de man. princ. §. vlt. colla. 3. Itẽ, ꝙ gladius erat ſanguinolentus, erat aliud indiciũ. homine eñ occiſo, gladius ſolet eſſe ſanguinolẽtus, nam ex qualitate facti accipiẽ ꝯiectura. ſic, & alias dr̃. ff. de do. int. vir. & vxor. l. vtrum. ta ro tamen contingunt talia indicia.

Additio D. Ludouici.

In hoc primo exẽplo d. auctor recte locu tus eſt, in quo exẽplo ꝯcordat Gãd. in tract. ſuo maleſ. in rub. de inſt. & p̃ſum. & Bart. in l. 2. ff. de fur. & Ioan. And. in addi. Spec. in ti. de ꝓb. §. 3. ver. 13. & do. Ang. Are. in ſuo tra cta. maleſ. in verbo fama publica p̃cedente.

Guido de Suz.

100 Eſt, & aliud † indiciũ ad ꝓbõnẽ indubita tũ, & iſtud ſæpius ꝯtingere põt cum occidiẽ Titius in aliqua vinea vel fundo, & de hoc accuſatur Seius, ſed de viſu nulli teſtes depo nũt ꝙ viderint Seiũ hoc homicidiũ cõmitte re, ſed ꝓbaẽ iſta ꝯtra Seiũ. primo, ꝙ ipſe Se ius erat inimicus Titij. Itẽ ꝓbãt teſtes, ꝙ vi derint Seiũ admenãtẽ gladiũ ꝯtra Titiũ. Itẽ ꝓbaẽ ꝑ teſtes, ꝙ Seius aufugit tpe ꝑpetrati maleficij. Itẽ ꝓbaẽ ꝑ famã, & vocẽ publicam, ꝙ Seius dcm̃ Titiũ interfecit certe iſta qua tuor ſimul iũcta quãuis ſingula ꝑ ſe nõ ſuffi cerẽt, ſunt ſufficiẽtia indicia, & p̃ſumptionis indubitatæ, non ſolũ ad torturã, ſed ẽt ad cõ demnationem, & ſic põt intelligi d. l. ſciant.

Additio

Additio D. Ludouici.

In hoc ſecũdo exẽplo do. auctor ẽt recte locutus eſt,& cũ eo ↄcordat Gand. in tract. maleſ.in rub.de indicijs,& præſum. & Ang. Are.in ſuo tract. ẽt maleſ. in verbo,ſama,& poſuit do.Abb.in c.3.loco. extra de prob.

Guido de Suz.

101 Eſt videre † aliud exemplum de præſum ꝓtio. indubitatis,Ecce defert Seius, ꝙ Titiũ fecit occidi, nõ ſunt teſtes q̃ dicant hoc ſe vidiſſe,tñ probant iſta indicia.primo,ꝙ Seius erat inimicus Titij.Item,ꝙ dictus Seius per petrato homicidio receptauit homicidã. Itẽ ꝙ homicida erat domeſticus, & familiaris Seij.Item ꝙ ſama eſt,ꝙ Seius fecit occidi Titiũ. Itẽ ꝙ Seius ſe iactauit, ꝙ fecerat occidi Titiũ,& eſt homo de quo eſt veriſimile ꝙ talia faceret.Itẽ ꝙ olim aliquæ offenſiones interuenerunt inter eos, & ita ꝙ indicia iſta ſimul iũcta vñr nedum ad tormẽta, ſed ẽt ad ↄdemnationẽ ſufficere.& ita põt exemplificari.d.l. ſciant,nec mirũ ſi ex pluribus ſimul iũctis quoꝵ quodlibet ꝑ ſe nõ ſufficit ad indiciũ indubitatũ,vel ad plene ꝓbandũ, ſicut indubitatũ indiciũ vel plena fides,nã hoc iure hr̃ expreſſum,vt in auth.de inſtr.cau. & ſi de.§.ſi vero nũllus hoꝵ.colla.6. duo .n. vel plura imperfecta conſtituunt vnũ perfectũ l.cũ ſcimus.in prin.C.de agri.& cẽſ.lib. 11. & q̃ nõ ꝓſunt ſingula multa iuuant.vt c.præterea.extra de teſtib.l.ſancimus.ad fi. C. de teſta.& vide de hoc ꝑ Azo.in l.2.in fi.primi

102 rñ.de excuſatio. tuto.† Quid plura,reperit in iure cautũ,ꝙ ipſa cauſa princ. criminalis per argumẽta, & pſumptiones cognoſcit & terminat,q̃q̃ de liquido delicto, probari non poſſit,vt l.non oẽs.§.à Barbaris,ibi,& ſi hoc liquide ꝓbari non poſſit argumentis tñ cognoſcendum eſt, & tñ in capitali cauſa agit,vt l.deſer.§.his qui. de q̃ô. & facit in authen.vt li.ma.& aui. §. illud curioſus autem lector multa alia poterit inuenire exempla de iud. ad probationem indubitatis.

Additio D. Ludouici.

In hoc tertio exẽplo ẽt d.auctor recte ſenſit, de qua mã indicioꝵ indubitatoꝵ, ẽt ad condemnationem nõ ſolum ad torturã, poſuit Bal.in d.l.ſciãt,& in l.neq; natales.in 1. col.& in l.ſiue.in 2.col.C.de ꝓb. & Bald. in l.q cũq;.C.de ſer.fug.& Bal.& Ioan.de Imo. in l.ſi.ff.de hær.inſt.& Bald. in l.fi. ff. de off. proc.& Bal. in addit.Spec.in tit.de ſen.circa fi.& Io.Calde.in c.veſtra.extra de coha.cler. & mulie.& do. Abb.in c.tertio loco,de probatio.& Gãd.in tract.maleſ.in rub.de ind.& ꝓſum.& Ang.Are.in d.verbo,ſama publ. in verſ.q̃ro an vnũ indiciũ.& Paul. de Caſt. in conſ. 196. inc. viſa inq̃ſitione,&c. vbi dixit vnũ notabile verbũ,ꝙ in caſibus, in quibus quis põt cõdemnari ex indicijs indubitatis, poteſt condemnari ad pœnã pecuniariã nõ aũt corporalẽ, de qua mã poſuit ẽt do. me. Alex.in conſ.15.in 5.col.in 1.vol. incip. q̃ñ plures,&c.& in conſ.24.in 14.col.in 2. vol.

103 inc an ſi q̃s,&c.in 2. vol. vbi dixit, † ꝙ in criminalibus nõ iungunt ꝓbões diuerſi generis ad condemnandum,vt ibi ꝑ eũ multũ notabiliter loquentem in hac mã, & ibi ponit q̃d in maleficijs cõmiſſis de nocte,vel q̃ alias difficile pñt probari,quæ ꝓbões admittuntur.& in conſ.53.in 1.col.& per tot. in eo.2.vol. inc. q̃ñ probari debet,& in cõſ. vlt.in 3.vol.in 3. col. Circa vero illud,quod incidenter dixit d. auctor, ꝙ duę vel plures ꝓbões imꝑfectę iũgunt ad faciendũ vnam plenam ꝓbonem, &c. de hoc non dicã tibi nũc,quia eſt extra mãm de qua agimus, ſed ſi de hoc videret ↄtingeret remitto te ad do mi.meũ Alex.in ↄſ.19.in 2.col.in 1.vol.inc. vtrum ſi poſtfacto,&c. & in conſ. 65. in vlt. col.in eo.1.vol.incip. ſi præcedentibus,& in conſ.13.in 13.col.in eo.1.vol.inc.an ꝓmiſſo,&c.& in conſ.33.in vlt.col. in eo. 1. vol. incip.viſo pũcto,&c.& in conſ.54. in eo. 1. vol.incip. in cauſa vertente,vbi dicit ẽt,ꝙ in criminalibus peruenitur ad diffinitiuam per præſumptiones tam legis quam hominis.

Guido de Suz.

104 An milites noſtri † tpis pñt ſubijci quęſtioni.dic ꝙ ſic,cum nec in aſſumptione militiæ,nec in vita interueniant in eis,nec obſeruent ea q̃ veros milites decet obſeruare, & obſeruari expediũt, vnde militaribus priuilegijs gaudere nõ debẽt,vt i auth.de man. princ. §. fi. col. 3. & ibi in apparatu de hoc ibi,& talibus militibus,&c.Nã ſi q̃s nõ ſeruatis ſolennitatibus,fabricẽſis efficiat, hr̃ ꝓ nõ fabricẽſi, & ſibi fabricenſia priuilegia denegant.vt l.ſi q̃s ↄſortium.C.de fabr.lib.11. & C.de epiſc.& cler.l.gñaliter verſ. eos tñ. vbi clericis non ſeruantibus ſolennia, clericalia priuilegia denegant ſeu beneficia clericalia,& facit l.nominationes .C. de app. nã etiam milites in quibuſdam etiam criminibus

bus torquentur, & habentur quo ad hoc ꝓ
non militibus. de re mil. l. proditores.

Additio D. Ludouici.

Alias promiſi tibi examinare, an milites
noſtri tpis poſſint torqueri. in tract. de præ
cedentia doctoris, & militis, circa fi. in addi.
105 meis ibid. † Nunc igit̃ ſcias, velim ꝙ mili
tes noſtri tpis, ciues quotidie ꝑ plateas nõ
gaudẽt priuilegijs militum, ꝓut dixi tibi in
loc. p̃alleg. põt torqueri ſicut alij priuati, ita
voluit Bart. in ſuo tract. de qõ. licet iudicio
meo, ille tract. nõ fuerit Bart. vt videre pote
ris ex ſtylo eius, tñ attribuit̃ Bart. ſed ultra
Bar. dicas, ꝙ idẽ voluit Cy. in l. 1. C. de iur. &
fac. igno. tñ reperio eũdẽ Bal. in l. 1. in fi. C.
q bo. cedere poſ. dicẽtem ꝙ milites nr̃i tpis
non põt carcerari ꝓ debito ꝯtractus, vel vlti
mæ voluntatis, qa ſm eũ veri milites ſunt,
alias falſo vocabulo vterent̃, & licet non ha
beãt inſignia antiquæ obſeruãtię, tñ hñt in
ſignia nouæ obſeruantiæ, q̃ loco veteris ſuc
ceſſerũt, & idẽ cõprobauit Ioan. de Lig. in c.
quãto, in pe. col. extra de magi. Sed tu nõ re
cedas à prima opinione, qa imò iſti nõ ſunt
veri milites, ꝓut vult expreſſe do. Abb. in d.
106 c. quãto, ꝓ qbus facit. † Nã inſignia ſola eſ
ſe vera, nõ ſunt illa, q̃ faciũt milites gaudere
priuilegijs ſuis, ſed exercitiũ, ita ꝓbat̃ in l.
pe. C. de teſta. mili. vbi dr̃, ꝙ miles non mili
tãs, nõ gaudet priuilegijs militũ, ergo mul-
tominus debẽt gaudere milites nr̃i tpis q,
nõ hñt, nec habuerunt vera inſignia, nec ẽt
exercẽt militaria, ſeu non militãt. Ad idẽ fa
cit qđ dixit Bal. ꝑ illũ tex. in d. l. pe. & Bart.
in l. officiales. C. de epiſ. & cler. & idẽ Ioan.
de Lig. in cle. cũ ex eo, de ſen. exc. & Ang. in
conſ. 197. inc. In dei nomine, viſa narratio-
ne. & do. Cano. in c. 2. extra de ſo. comp. vbi
dixerũt ꝙ milites, ſeu fratres gaudẽtes non
gaudẽt priuilegijs clericoꝶ. Ergo in ꝓpoſi-
to noſtro, milites nr̃i tpis nõ debẽt ẽt gau-
dere priuilegio veri militis. & ĩ terminis vo
luit Dy. in ſuo tract. de qõni. in ver. q̃ ꝑſonæ
põt torqueri, &c. in verſ. modo dictum eſt.
& Cyn. & Ang. in l. milites. C. de quæſt. &
Cyn. in l. 3. C. ad l. Iul. maieſt. in terminis ẽt
voluit Ang. Aret. in tract. maleſ. in verbo, fa
ma. in verſ. ſexto quæro quæ perſonæ, &c.

Guido de Suz.

107 Quid de militibus † cœleſtibus. & dic, ꝙ
presbyteri nõ torquent̃, clerici aũt ſic, de iu
re ciuili. C. de epiſc. & cler. l. presbyteri,
& in apparatu. l. fallaciter. C. de abo. tñ de
iure nouiſſimo, ſecus per auth. Federic. ad
decus, & honorem. §. ſtatuimus. Præterea ſi
militibus terreſtribus conceſſa eſt immuni-
tas, vt non torqueantur, multo magis cœle-
ſtibus, arg. l. ſacroſan. C. de epiſc. & cle.

Additio D. Ludouici.

De clericis & presbyteris dixi ſupra in ad
di. inc. circa has perſonas priuilegiatas, &c.
vbi allegaui do. Abb. in c. cum in contempla
tione. in 1. col. in fi. extra de reg. iur. & vltra
ibi dicta, vide gl. 15. q. 7. in ſum. & gl. 3. q. 5.
& Inn. in d. c. cum in contemplatione. &
do. Ang. Are. in ſuo tract. maleſ. in verbo,
fama. in ver. 6. quæro quæ perſonæ, &c.

Guido de Suz.

108 Quid de iudicibus † ſiue aduocatis, nun
quid poſſint torqueri, vr̃ qđ non ſicut veri
milites, nã militãt patroni cauſaꝶ. vt C. de
aduo. diuer. iud. l. aduocati. p̃terea ſicut mili
tibus ꝯceſſum eſt priuilegium, vt ꝯdemnati
non exigant̃, niſi inquantũ facere poſſint,
ita. & patroni cauſarum l. miles. 1. tñſo. de
re iud. in apparatu. econtra vr̃, quia nullã le
ge cauetur, ꝙ iudices, ſiue aduocati, ſint im-
munes à tortura. Solutio. ꝙ de iuris ſubtili-
tate ſiue iuris ſolẽnitate nõ debẽt torqueri,
vt d. l. aduocati, ſed de ꝯſuetudine, q̃ eſt opti
ma legum interpres, ſeruatur contrarium.

Additio D. Ludouici.

Sum ꝓpoſiti qđ nec de iure nec de ꝯſue-
tudine poſſint aduocati torqueri, nã de iure
habeo ꝓ hoc expedito, ꝓut ꝯcluſit ipſemet
auctor ꝓ quo faciũt ea q̃ dixi ſupra in addi.
meis de p̃cedentia doctoris, & militis, nã ar
109 gumẽta ibi facta manifeſte ꝯcludũt † ꝙ ad
uocati multominus poſſunt de iure torque-
ri quã milites. De conſuetudine ẽt non põt
torqueri, nã ꝯſuetudo inducẽs ꝙ ꝑſonę pri
uilegiatæ torqueant̃, non valet. tex. eſt in l.
oẽs iudices & hoc ibi voluit Bart. C. de dec.
lib. 10. & ſupra ẽt aliquid dixit circa prin. in
verſ. circa has perſonas priuilegiatas, &c.

Guido de Suz.

110 An conſiliarij † ciuitatum noſtri tpis
poſſint torqueri? dic ꝙ de iuris ſolennita-
te non debent torqueri, quia cuiuſcunque
ciuitatis conſiliarij decuriones ſunt vt ff. qđ
19 terrogatus faciat indicium ad torturã. † Ad primum rñdeo, ꝙ rlr quis ꝯfeſſus de ſe non debet de ſocijs interrogari.l.fin.C.de accuſ.& l.repet.§.1.ff.de qõni.& l.qm̃ liberi.C. de teſtib.cum ſim.Fallit tñ in caſib.not.p gl.in d. l.fin.& per Spec.in tit.de acc. §. 1. uerſ.item repellitur qui fuit ſocius,& in tit. de teſte. §. 1.verſ.item ꝙ eſt ſocius criminis.Eſt.n.à legiſlatoribus diffinitum,ut ꝯfeſſus de ſe, non debeat de alijs interrogari,ut d.l.fin. Bar.in hac mã in d.l.repet.§.1.tradit talem doctrinam,quædam ſunt delicta q̃ non cõmittunt principaliter in offenſam alicuius,vel odiũ, ſed pp cõmodum cõmittentium, ut falſare monetam, ſeu fabricare, item furari. & iſto caſu põt de ſocijs interrogari, ut probat in l.diuus.ff.de cuſt.reo.& l. prouinciaꝝ.C. de fer.& l.fi.C. de mal. & math. & ita intelligit l.1.ff.ad exhib.& l.qui ultimo.ff.de poe. qdã. ſunt delicta quæ cõmittuntur principalr in odium alicuius.& in iſtis ꝯfeſſus de ſe nõ debet de alijs interrogari,ut d.l.fi.C.de acc. & d.l.rep.§.1.fallit in caſu.l.prius.ff. ad Sylla.

20 † ẽx qbus infert,ꝙ fures põt interrogari de ſocijs

ſocijs,& receptatorib.& ſi.arg.d.l.diuus.Ratio prædictorum eſt, quia qñ delictum cõmittitur in iniuriam alterius, eſt qui alios delinquentes põt accuſare,ſed non ita in delictis, quæ non cõmittuntur in alterius iniuriam, ideo magis permittitur iudici inquirere, ſm eum.Illam rõnem cum dicto improbat Bar. de Salyc.in d.l.fin.C. de acc. quia latro licet afficiat res,& non perſonã,niſi pp res, hæc tñ affectio fit cum iniuria dñi, ideo eſt qui eos accuſare põt,& ſic eius diuerſitate attenta non dr̃et de ſocijs interrogari,qd' eſt falſum per d.l.prouinciarum. Item maleficus in alienum odium ſua facit maleficia,tñ de ſocijs interrogatur.C.ad l.Iul.maieſt.l.pen.& fi.Item in crimine homicidij, fuit ſeruus interrogatus de ſocijs,ut l.1.§.fin.ff. de quæſt. Quapp idem Salyc. dicit qualitatem pſonarum,& delictorum ponderandam fore. †nam
21 aut pſona inqſita,vel accuſata eſt ſeruilis cõditionis,& tunc de mandatorib.uel ſocijs interrogari põt.Ratio,quia tales pſonę ut plurimum,ut meticuloſæ,ſiue ſocij inuelliga.u, uel mandato non ꝯſueuerunt grandia delicta cõmittere,vel attentare, arg.l.qcunque, circa med.C.de ſer.fug.& l.fi.C.ad l.Iul.ma. & ff.ad Syll.l.ſi prius,& l.ſi ſer.& ff.de qõ. l. fi.quæ oẽs leges inferius loquunt. Ad quod ẽt faciunt.l.inde Nerarius.§.ſi ſeruus.ff.ad l. Aq.l.& l.fin.ff.ad exhib.& qd' in eis hñr per gl.& Doct.aut pſona accuſati, uel inquiſiti eſt liberæ ꝯdõnis,& non uilis,& tunc in crimin.b.quæ ſine ſocijs c'r non cõmittuntur, puta de ſocijs interrogati poſſe; vt ꝓuincia eis purgetur.ad hoc l. ꝯgruit.ff.de off. præſ. & ad hoc accedant.ll.q̃ dñt latrones interrogari de ſocijs,ut d.l.ꝓuinciarum,& d. l. diuus.
22 † cum .n. latrones ſint qui ſtratas aggrediũtur publice,vt l.capit.§.famoſos.ff.de pœ.& hi ſoli non ſint,ſed plures,nec ſine receptoribus,facilr̃ lex permiſit de ſocijs interrogari, cum ut plurimum ſint ignoti, & occulti. Idem põt dici de falſatorib mone arum. ut C. de fal.mo.l.1.quia r'r in eo miſterio plures ſunt neceſſarij.Idẽ dicit de h s qui ꝯtra principem moliuntur, qa talia non ꝯſueuerunt cõmitti p vnum ſolum. Aut eſt delictum qd' ꝯſueuit cõmitti ſine ſocijs, & tunc aut delictum eſt ꝯtra cõem ſalutem oium,& tunc de ſocijs põt interrogari,d.l.fin. C. de malef.& math.Et eſt rõ,qa & ꝯtra ſocios inqrere intendit ad cõem ſalutem oium,& ideo niſi ra dicitur tale uitium extirpetur ſalus cõis nõ habebitur,& idem ẽt põt dici quod de latronibus dcm eſt ſupra, vbi ait hæc ceſſant de alijs nõ debet interrogari,ut d.l.fi.&d.l.rep.
23 † Qualis aũt ſit modus interrogandi, nõt. gl.in l.ſi prius,ad Syll.& Cyn. in d.l. fin. de accuſ.q̃ debet fieri gñalr̃ non deſcẽdendo ad ſpẽm,& ad noiationẽ certæ pſonæ, qa ſi ad ſpẽm deſcenderetur,non eſſet q̃rere,ſed potius ſuggerere,qd' fieri non debet,ut l.1.§.q qõnem.ff. de qõ. quod intellexit niſi ꝯtra aliquem in ſpecie ſit legitima pſumptio,ut ſentit gl.in d.l.fi.& facit l.1.C.de qõ.ſm Bar. in d.l.fin. Vbi plus ſubdit ꝙ qñ ſua ſponte non interrogatus alium nominat, noiatio ſuſpecta hr̃ã lege rõnib. aſſignatis ibi in tex.ſicut alias diximus in teſte ſponte ſe offerente,qa eſt ſuſpectus,ut not.gl.& Bart. in l. poſt legatum.§.his ver.ff.de his quibus ut indig. & per hoc ſit expeditum primum dubium.

24 Ad ſecundum † videlicet,an interrogatus de ſocijs, & ꝯſeſſus faciat pſumptionem. gl. in d.l.fin.dixit,ꝙ ſic.qd' intelligit Cy. qñ debuit interrogari,& non aliter, & iſtud ẽt tenuit Saly. dicens tñ ꝙ non per ſe ſolum, ſed ſi eſſet ꝯtra illum ꝯſortem criminis legitima pſumptio,tunc facit legitimum indicium ad torturam. & ſic dicit dre intelligi .l. qui ulr. in fi.ff.de pœ.& C.de cuſt.reo.l.1.in gl.4.ad hoc facit gl.in d.l.fin.q̃ exigit pſumptionem aliq̃ prius ꝯtra eũ ꝯtra quem interrogatur dr̃e ꝓcedere,& ita ẽt uoluit gl.15.q.3. nemini.& ibi p Arch. qnimò, ubi non in ſpecie, ſed in gñe quis interrogaret de ſocijs,ita ꝙ ꝯtra neminẽ eſſet pſumptio in ſpecie,tũc cõfeſſio criminoſi de alio indiciũ ſufficiens ad torturã nõ faceret,ſm Salyc.in d.l.fin.quod
25 eſt ualde notandum. †Vt ergo confeſſio criminoſi interrogati de ſocijs faciat indicium ad torturam, oportet ꝙ plura concurrant, videlicet ꝙ confeſſus interrogetur in caſu in quo de iure poſſit interrogari. Idem ꝙ interrogetur in ſpecie contra aliquem,& non in genere. tertio ꝙ contra illum ꝯſortem in ſpecie ſit aliqua legitima præſumptio, alias non facit indicium ad torturam, ſecundum eum.Sed quod dicit, ꝙ debet interrogari in ſpecie contra aliquem ad hoc ut faciat indicium,non credo verum,imò ex doctrina gl. Cyn.& Bart.illa interrogatio eſt potius ſuggeſtio,q̃ exquiſitio veritatis,q̃ non eſt aliter facienda, vt dictum eſt, & ideo puto totum contra

cōtra in hoc ꝙ interrogatio debet ḡnaliter fieri abſq; alicuius nominatione, niſi aliqua indicia ſint ꝯtra certā ſpālem perſonam, qa tunc ſpecialiter poterit de aliquo interrogari, & facit indiciū ſua ꝯfeſſio, ſi cum ea ꝯcurrat alia legitima præſumptio, & ita pōt intelligi ēt gl. in l. fin. ad exhib. vbi aūt quis de ſe ꝯfeſſus, interrogaretᷣ de alijs ſocijs, & ille cōfiteretur contra aliquem contra quem nulla eſſet legitima pſumptio, vel interrogetᷣ in caſu à iure non pmiſſo, tunc licet non faciat indicium ad torturam, tñ facit indiciū ad inquirendū ꝯtra nominatū, & ita intelligo dictū Oldr. quē Bald. refert, & ſequit in l. & ſi certū. in prin. ad Sylla. vbi ēt p Ang. credit ergo quantū ad inquirendum, ſed non quātum ad puniendum, ſm eos ibi, & ita ēt dicit do. Domi. de S. Gem. quem ibi ſequitur Capra in c. clericos, de ſenten. excom. in 6. Sed quæro qūo opponetur contra teſtē, ꝙ eſt ſocius criminis, ne ex illa oppoſitione videatᷣ opponēs fateri crimen, vide in Spec. in tit de acc. in 4. col. in verſ. caue tamen.

26 Sed an aſſertio † iniuriati faciat indicium vel ꝓbōnem cōtra inquiſitum, vel accuſatū. dic ꝙ non, caſus eſt apertus in l. ſi quis in graui. ff. ad Sylla. in §. ſi quis moriens, & nedum non facit plenam ꝓbōnem, ſed nec indiciū ad tortura ſufficiens, vt dixit ibi Ang. arg. l. 1. §. ſi qs filiū. ff. ad Carb. & l. Seia. in prin. ad Velle. & vř caſus in ſimili in c. ſicut, de teſti. facit quod no. Cyn. in l. 1. C. qui acc. nō poſ. Ad idē facit, qa aſſertio ꝑcuſſi non facit ꝓbōnem ēt in mortis articulo, vt d. §. ſi qs moriens, ergo nec faciet indicium ad torturam, qm̄ indicium eſt ſpecies ꝓbōnū, per not. per Bart. in l. fi. C. de prob. & à quo remouetur genus, remouetᷣ qlibet eius ſpecies. C. de vſur. re. iu. l. fi. ff. de fundo inſtr. Ex qbus apparet ꝙ ſi dicta aſſertio probaretᷣ p duos teſtes, non facit indiciū, & ita ēt egregie vidi ꝯſultum per quoſdam, credo tñ ꝙ bene ſufficiat ad inqſitionē formandam p ea quæ nota. Bald. & Dyn. in d. §. ſi quis moriens, & per ea quæ not. gloſ. & Bald. in l. 2. C. de cal. vbi notabiliter dicit, ꝙ licet in articulo mortis conſtitutus dicat ꝙ aliquis fecit occidi eum, tñ iſta verba non inducunt pſumptionem quæ ſit ſpecies ꝓbōnis, ſed quandam vilem præſumptionem, ſm gl. & not. de effectu iſtius vilis pſumptionis, quia excuſat à calūnia excuſantē ex neceſſitate, nō aūt ex voluntate, ꝑ hoc facit l. noſtris, in rōne ſui, & l. q non ꝓbaſſe. & l. fin. eo. tit. de

27 collu. † Quæro qd de ꝯfeſſione tacita q̄ fit ꝑ pacē, an inducatᷣ per eam probatio vel indiciū, dic ꝙ ꝓbatᷣ plene delictum, per ea quę hñr per Bart. & Bald. in l. tranſigere. C. de tranſ. & per Bal. in c. 1 §. iniuria. de pace iur. fir. in vſib. feu. de hoc vř tex. in l. qm̄. ff. de in fam. Bald. in d. l. qm̄. & l. furti. §. pactus. eod. tit. dicit ꝙ faciens pacem nunq̄ intelligitur confiteri delictū quo ad condemnationem, ſed Arch. 2. qō. 4. c. in omnibus dicit ꝙ licet paciſcens videatur fateri crimen, vt d. l. qm̄. tñ iſtud eſt verum ſi aliquo dato paciſcitur,

28 ſecus ſi gratis, vt d. §. pactus. † Sed qūo poterit fieri pax, vt per eam non videatur qs fateri. Tancredus de corneto in ſua compendioſa, dicit ꝙ fiat hoc modo, ꝙ dicat, ꝙ hoc facit, vt euitet ſumptus litis, nō ꝙ cōmiſerit crimē de quo facit pacē, vt ff. de infa. l. furti. §. pactus. Itē alio modo, videlicet ꝙ is q iniuriā, vel damnū recepit, remittat ꝑ pactum oēm iniuriā, & oē dānū, quod conſtaret, vel conſtare poſſet, ſibi ab aliquo illatū quacūque de cauſa, vel iniuriatus faciat pacē cum iniuriato, & ei remittat iniuriā quam ꝯſtat, vel ꝯſtare poſſet illū ſibi intuliſſe, qa ex hoc nihil vř fateri. Alij dñt ḡnalius. ſ. ꝙ notarius debet dicere tales fecerunt pacem, & cōcordiā de oībus iniurijs, vulneribus, & offenſis quæ dñr per dictos ſe adinuicem feciſſe, & intuliſſe, nam tunc non vř fateri. Aliud erit indiciū ad delictū, ſi aliqs fuiſſet fugatus cū rumore commiſſo aliquo delicto l. itaq; ff. ad l. Aquil. ita dicit Bart. in l. ſi ff. de qō. facit qđ ipſe no. in l. de minore. §. plur. mū, circa

29 medium. eo. tit. † Aliud erit indiciū ad homicidium vel aliud delictum. ſ. inimicitia, ꝙ inculpatus erat inimicus occiſi, vel iniuriati, vt dicit idem Bart. alleg. l. 1. §. cum quis. ff. de qōni. ad hoc facit qa inimicus pręſumitᷣ cogitare malum ꝑ ſuo inimico, vt ff. de his qb. vt ind. l. inimicitiæ. & l. ex parte. illud idē ciū firmat Spec. in ti. de pſum. §. ſpecies. ver. ſed pono & verſ. & idē eſt no. Lud. in l. 1. §. ſi qs villā. ff. ad Sylla. Itē dat aliud indiciū qđ fuit viſus facere pparamēta ad hoc, vt emere gladiū, & ſimilia. Et ꝙ ferro illo quo factū eſt homicidiū, fuit viſus ire ꝑ aliqua loca p q̄ vicina eum non ꝯſueuerat videre ſm eum, ad hoc facit, qa pp locoꝝ varietatē varia colligiᷣ coniectura. C. ſi manc. ita fue. alie. l. fi. ff.

de

de pœn.l.aut facta.§.euenit iſta ſunt indicia quæ ponit Bar.in d.l.fin.ff.de qõ.remittens reliqua arbitrio iudicis. Alia quædã indicia ponit ipſe Bart.in l.de minore.§.plurimum, eo.tit. vbi dicit per illum tex.q' iudex debet aduertere qua cor ſtãtia,& trepidatione exa minandus loquat.& ſic illa indicant aliquid
30 iudici.†& ideo vbi alia indicia non pcedũt, tñ ex eo q quis trepide loquatur coram iudice, pauẽdo & variando, pñs hñt indicia ſufficiẽtia ad torturã,vñ debet iudex examinans eſſe cautus vt faciat dicta eius ſic uaria & diuerſa ſcribi in actis, & ſilẽ qualẽ trepidando loquebat, & ſimilia ne ei poſſit dici, q fecit ipm poni ad torturã ſine indicijs ſm eum.alleg.Inn.in c.qm cõtra falſam,de pb. vbi dicit, ille q examinat teſtẽ debet hoc facere ſcribi in actis,ſ.q hoc dicebat trepidando,& balbutiendo,& ſim.& Spec.in tit.de teſti.§.nunc tractandũ eſt in ver.hoc aũt ſcias. ita dicit Bart.in d.§.plũ, qd' eſt ualde notabile,& elegãs.hoc ẽt approbat Bal.in l. pſb. C.de ep.& cler.q ſubdic hoc relinquendum iudicis arbitrio,q inqrat indicia ex alijs indicijs non ex ſolo pallore faciei, uel trepidatione. uide ẽt ad prædicta Are. in ſuo opere maleficiorum.in gl.i verſ.fama pub.col.24.ver.
31 9.qro†qui ẽt dicit.q hũs inculpatum p delicto in manib.debet ipm examinare plurib. diuerſis uicib. & continuo facere ſcribi oia dicta eius,& ſi repererit ipm variare,poterit ipm ex hoc ponere ad torturã, & repetere. Quod intellige uerum niſi torqueret reũ iniuſte ſine indicijs,& ipſe tunc uacillaret, & uariaret. qa vno ſero diceret vnũ,& vno ſero aliud in tortura,qa oẽs ille cõfeſſiones,& vacillationes factæ, illo modo in tortura ẽt ſi eſſent milies ratificatæ non ualerẽt,ita dicit d.Aug.de Ari.i add.ad dcm̃ op' maleficiorum, q ẽt ibi approbat dcm̃ Bal.in d.l.presb. An fama publica faciat indiciũ ſufficiens ad torturam,late hoc diſputat Gand.in trac.male. ſub rub. de qõnib. ver. ſed de vno qro pone
32 forte pbatum &c. & tandẽ concludit † q ſi cũ fama concurrit vnũ aliud indicium nunc poterit poni ad torturã, & hoc ſm iura ciuilia, ſed ſm iura canonica dicit ipſe cũ fama faciat ſemiplenam pbõnem,& æquiparetur dicto vnius teſtis c.illud,de pſump.& c.ſiqs, extra de purg.can.cũ ſim. tũc p ſolã pbõnẽ famę qs poterit torqueri,& ſubdit q aſſeſſores hoc ſeruãt cõiter, & dicit q multoties vidit obſeruari pro & contra p iudices,& aſſeſſores in uarias diuerſorum opiniones. Sed tu tenea pteraruim, ut per ſolam famam non torqueas aliquem, niſi ſit iuncta cũ alijs indicijs,ita vt reſidere Bart.in d.l fin.ff. de qõ. & in l.de min.§ torm.eo.tit.& Salyc.in l. ea quidẽ.C.de acc.& gl.in l.3.§.eiuſdem .ff. de teſt.& uide p Cy.in l.fi.C.de qõ.& Bal.in c. 1.§.iniuria de pace iura.fir. & in hoc reſidet Aret.in ſuo ope maleficiorum in gl.fama pub. in uer.& an fama.& ibi ẽt d. Auguſti de Ari. in add.dicens q ſi ipſe eſſet aſſeſſor,poneret aliquem ad torturã ex ſola fama,quod tñ limitat ſm qd' dixit Bart. in quodam ſuo cõſilio incipiente,do. Paci de Burgo, niſi fama eſſet multum vehemens, quia tunc ſufficeret ad torturam,& ita tenet Bald.in d.§. iniuria in 9.col. Item limitat niſi cum fama concurreret dcm̃ ſyndici cum iuro qui ita denũciauit .ſ. talem cõmiſiſſe hoc delictum, ſm cõſilium Bart.conſ.186.Item limitat vbi cum fama eſſet pbõ,q infamatus eſſet hõ malæ cõdõnis, & uitæ,ita probat Gand. in tract. malef. ſub rub.ex quo tpe poſſit fama incipere,in uerſ. ſed pone q crimen,& affirmauit in fin.in d. verſ.ſed de vno quæro. Adde,q dixit Bal.in d.l.3.§.eiuſdem,in add.q vbi eſt uaria opin. gentium, tunc fama nõ eſt indiciũ ſufficiens
33 ad torturam. † Quæro ulterius,an minæ faciant indicium ſufficiens ad torturam. Spec. ponit hanc q.in tit.de præſumptio.§.ſpecies verſ.ſed pone,& Bald.in l.metũ.C.qd' met. cau.& in l.1.C.ſi qs Imp.mal.& Cyn.in d.l. metũ.& uide p Imol.& Doct.in l. Pactum ff.de hær.inſt.& p Bar.in l.fam. §.1. ff. ad l. Iul.maieſt.& Saly.in d.l.1.& Ant.de But. in c.3.loco.de pb.& Ang.in l.fin. C. de qõ. & in l.1.C.de his qui.ut ind.& Abb.in c. ſcribam,de pſumt. ex quorum dictis cõclude aduertendum eſſe ad cõdõnem perſonæ.Nam ſi eſt hõ potens exequi minas, & malæ famæ in eodem gñe mali, vel ſolitus minas executioni mandare, & maxime ſi poſt minas ſtatim reperitur cõmiſſum delictum, & tunc minæ faciunt indicium ad torturã. Aut minãs erat hõ uilis cõdõnis,& impotens ad talia, vel bonæ cõdõnis & famæ,nec ſolitus minas exeq, tunc ſecus p tex.in d.l.1.C.ſi quis Imp.male. Adde ſm do.Bal.de Bartol.de Perut.in l. licet Imperator,de leg.1. q ſi plura concurrant,v3,præcedens inimicitia, ſecundo ipſæ minæ,tertio percuſſio ſequens, quarto ſine magno

magno interuallo fuit percuſſus, tunc forte ex his non ſolum poterit torqueri, ſed condemnari ex ꝯtiguitate actuum, ꝑ id qđ hr̃ in l.3.in §.in bonis.ff.de priuil.cred.& qđ in ſi mili not. Bart. in l.1.in fin. ff. ſi qs te.li.eſſe
34 iu.fue.† Eſt, & aliud indicium ſm Ray.in l. iuſto, in princ.ff.de vſur. ꝙ homo reperit̃ occiſus in loco vbi Titius erat ſolitus frequenter tranſire, & ꝯuerſari, nec aliud maleficiũ reperit̃ ibi commiſſum, p̃ſumit̃ occiſus à Titio, qđ tñ intelligo ꝯcurrente alio, videlicet ꝙ Titius ſolitus erat alia maleficia perpetrare, arg.l.ſi cui.§.hiſdem.ff.de acc.in l.ſi ita.§. ſi.ff.de fund.inſtr. Si aũt iſtud non ꝯcurreret non putarem ꝑueniendum ad torturam, ꝑ ea, q̃ in ſimili not.gl.& Bal.in l.in ciuilem.& l.ciuile.C.de fur.& Bal.in l.ſi.ff.de hær. inſt. & de hoc hr̃ ꝑ Lud.in l.1.§. ſi qs villam. ff. ad Sylla. Vbi inducit illũ text.ꝙ ſi ante oſtiũ domus Titij reperit̃ corpus mortuum p̃ſumit̃ à Titio interfectum, qđ ẽt limitandum puto, vt ſupra ꝑxime dixi de quo ꝑ Bart. in l.ædiles.ff.de via publica. Quid aũt ſi in vna domo vbi reperit̃ qs occiſus erant quinque aut plures, & neſcit̃ qs occiderit, an ꝯtra oẽs illos ſit p̃ſumptio, vel qđ ſiẽdum ponit Lud.
35 ibidem.†Quęro an diuinatio faciat indiciũ, puta aliquis diuinator, incantator ꝯſultus dicit ꝙ Titius cõmiſit tale furtum, vel Seius, an ex hoc poterit qs poni ad torturam ego vidi fieri incantationem in quadam fiala, vel cum forpicibus, & cribro. Dic ꝙ non: q̄ talibus non eſt adhibenda fides, vt l. item apud Labeonem.§.ſi qs aſtrologus. & ibi hoc tenet Ang.ff.de iniur.facit.l.verbum.C.de in fam.dixit tñ Bald. in quodam ſuo ꝯſilio incipiente, In dei noĩe amen, q̄ q. iſta de tortura, &c. ꝙ licet ars maleficioꝝ ſit reprobata. vt l.nemo.C.de malef.& mathema. tñ q̃nq; permittit̃ ꝙ maleficium tollat̃ ꝑ aliud maleficium, ſi alio modo non põt, q̃ ꝑ incantationem ẽt dæmonum, vt no. in ſumma ꝯfeſſoꝝ ꝑ magr̃m Ioan.de Ripa.ſub rub.de impedimento ligaminis. tñ non debet recedere à Deo qdq̄d ore proferat, ſm opinio.multoꝝ theologoꝝ. nam licitũ eſt aliq̃n de aqua turbida bibere, vbi fluuius ſtagnantis aquæ deficit. Medicinæ.n.oẽs ſumunt̃ non rõne delectationis, q̄ ſunt horrendæ, ſed ſolum rõne ſanitatis recuperandæ, retinendæ, vel adipiſcendæ ſicut arte, & nã manifeſtum eſt, & ſæpe vulnus vulneri addit̃ vt vtrunq; curetur

36 hæc Bald. ad lr̃am in d.ꝯſilio. † Ex hoc vr̃ ꝙ quis diuinandi ars ſit reprobata, tñ vbi magnum ex delicto immineret ſcandalum, forte nec Deo, nec hoibus rep̃henſibilis videret, dummodo aĩus à recto non recedat, non dico ꝙ ad torturam ꝑcederet̃, ſed ad inquiſitionem, nam ſi diuinator aliquem inculpat poterat iudex ꝑ illo mittere, & videre qua ꝯſtantia, aut trepidatione, & quo rubore, & pallore loquat̃, & ex hoc ſumere indicium veritatis.vt l.de minore.§.tormẽta.ff.de q̃ő. Item dicit Bar. in l.ſi veteri.§.coꝝ.ff.de priuil.cred. ꝙ ſi aliqs accuſat̃ de ꝯſilio p̃ſtito ad homicidium cõmittendum, & de homicidiũ ꝑbat̃ per famam. Item ꝑbat̃ ꝙ ille fuit locutus homicidæ, & ille ſtatim iuit, & occidit, ſed neſciebat̃ qđ dixit ei certe ex breuitate ſpacij tp̃is p̃ſumit̃ ꝯſilium dediſſet ei, ꝑ gl. in d. §.ſm eum. Item dixit. Bal.in l.1. C.de ſer.fugitiui in 4. col. ꝙ ſi aliquis locutus eſt ad aurem, & in illo ſtatim ſecutus eſt factum, & p̃cedit capitalis inimicitia, p̃ſumit̃ mandatũ, allegat Bart.ff.de acq.hær. l. qui aliena. §. ſi qs mihi bona.§.fin.de priuil.cred.l.ſi veteri.
37 & arg.ff.de repu.l.dubium.† Vel ſi erant pariter inimici, dicit ipſe, p̃ſumam ꝯſilium, & ſic in partem mitiorem, quia efficacius, & durius obligat mandatum quam conſilium, vt not.in c.ex ꝯſilio, de reg.iur.in 6.ꝑ Io.And. Si aũt non p̃ceſſerunt cauſæ, tunc, nec cauſarum p̃ſumo, ẽt ſi ꝯceſſerint capitales inimicitiæ, ſm eũ, & ſic Bal. vr̃ reſtringere dcm̃ Bar. in d.l.ſi ventri.ſolum q̃n qs ſecrete alloquit̃. ẽt ille quem alloquit̃, pariter ſunt inimici occiſi, ſed q̃n nulla eſſet inimicitia capitalis, tunc dicit, ꝙ illa allocutio eum facto ſubſecuto non facit indicium, & iſtud placet. Et ita puto intelligendũ qđ not.Bal.in l.multum. C.ſi qs alteri vel ſi. vbi dixit ꝙ ſi inter Titium, & Seium fuit tractatus de occidẽdo Martinum ꝑ ipſum Titium poſtea ipſe Titius occidit, & p̃ſumit̃ ꝙ fuerit ſecutus ipſum tractatum, & ꝙ fuerit ita ordinatũ inter ipſos, licet teſtes dicant de finali ordinatione ſe neſcire, & alleg.Bar.in d.l.q aliena.§.ſi qs mihi bona, q̄ aſr loquit̃, & in caſu diuerſo,
38 & claro.†Item inſurgit aliud indiciũ ſiue p̃ſumptio ꝯtra eum q ſtat armatus cũ offendente, ꝙ dederit auxiliũ, & fauoré. Nã ille q ſe armat, de rixa, vel bello p̃ſumit̃ cogitare vt not.Bal.in l.1.in 3. col. C. de ſer.fug.& l. vt vim.ff.de iuſti.& iure. Supradicta placet retuliſſe

liſſe cum ſint exempla quotidiana, & approbata à legibus, & Doct. Multa alia ēt poſſent exempla q̄ iura cōmittunt iudicātis arbitrio prudentes inſpicienda, ꝓut ſuperius dixi in prin. huius 3. qō. prin. Adde an teſtes examinati ſup vno ꝓceſſu ꝯtra vnum faciant indicium ſup alio ꝓceſſu ꝯtra alium. vide Bar. in l. à ſnia. de appella. Adde q̄d ſi iudex vidit cōmitti aliqd' maleficium, & non habeat alia indicia, an ex hoc poſſit deuenire ad torturam. Spec. in tit. de ſen. § qualiter. verſ. itē debet ferri ſm allegata. vr̄ velle ꝙ nō, & ipſum tenet Bal. in l. fi. in princ. C. de appellatio.

1 Damnari nemo poteſt, ex indicio ſemipleno, ſeu dubitato, ſed ex indicio indubitato iudicem in viam condemnationis dirigente poteſt quis damnari.

2 Teſtis ſingularis de viſu deponens cum fama, & alijs adminiculis certis ſufficientem ingerit probationem in factis antiquis, & delictis occulte factis.

3 Indicia indubitata cenſentur, quæ ita per legem approbantur, vt ad ipſa velit cōdemnationem ſubſequi.

4 Reo in tormentis confitenti non prodeſt confeſſionem reuocare, ſi contra eum alia reperiantur indicia.

5 Indicia indubitata dicūtur quando plura in vnā tendentia conſonantiam, veritatem indicant.

6 Indicium an pſumatur homicidij contra fugientē nudo gladio, vbi quiſpiam reperitur occiſus. Fuga inculpati, & reperti cum mucrone madefacto cruore, vehementiſſimum præſtat homicidij indicium.

7 Indicium certum cenſetur, ſi poſt mutuam duorum rixam, alter vulneratus videatur.

Præſumptio in quibus ſufficiat criminibus, vt ad condemnationem deueniatur.

8 Meretrix probari poteſt ex veriſimilibus circumſtantijs, nedum tactu, & actu.

9 Sacerdos, ſeu presbyter mulierem amplexatus, cauſa benedictionis impartienda hoc ipſum pˉſumitur feciſſe.

10 Cuius pecunias alicui qui ex eiſdem conducit gētes aduerſus ciuitatem mutuantis, an ad hmōi conductionem ſit mutuaſſe præſumendus.

11 Indicium homicidij præſumitur cōtra eum qui aduerſus aliquem gladium ſtrinxiſſe viſus eſt, licet non fuerit viſus percuſſiſſe, ſi ipſo fugiente alius reperiatur interfectus.

12 Condemnatio quādo poſſit ſequi ad minus præcedentes, & quibus concurrentibus.

13 Iudex ſola habens indicia contra delatū, quanquam indubitata tutius p torturam confeſſionem delati extorqueat prius quam condēnet.

14 Iudex per præſumptionem procedens, ſuam valde temperare debet ſententiam.

15 Iudex ſecundum præſumptiones iudicans, finibus pœnarum, vt à iure ſcripta ſunt, contentus eſſe debet.

16 Condemnari ad mortem nemo poteſt ex indicio quanquam indubitato.

Quæſtio quarta primæ partis.

Circa quartam qōnem princ. videlicet qualia debeant eſſe indicia p quæ deueniri valeat ad ꝯdemnationem. Sup qua qōne q̄ro primo an q̄s dānandus ſit ex indicijs. Dic ꝙ duplex eſt indicium. ſ. ſemiplenum, & dubitatum, & iſtud dirigit iudicem in viam qōnis hn̄dę. Quoddam eſt indicium plenum ſiue indubitatum, & iſtud dirigit iudicem in viam ꝯdemnationis. †Ex primo q̄dem iudicio nunq̄ q̄s damnat̄, vt ff. de pœn. l. abſentem. in princ. q̄a ſanctius eſt impunitum facinus nocentis relinquere, quam innocentes ꝯdemnare, vt ibi dicit text. Ex ſecundo vero indicio q̄s pōt, & debet damnari, vt l. ſi qui. C. de adul. & l. fi. C. de prob. rīr tn̄ ex indicijs non eſt q̄s damnandus, cū in criminibus ꝓbōnes debeant eſſe luce clariores, vt d. l. fi. C. de prob. & hr̄ in l. licet Impera. ff. de leg. 1. Adde an ꝯfeſſio facta in tormētis licet non ratificata iuncta cum alijs indicijs ſufficiat ad ꝯdemnationem. vide Sal. in l. fi. C. de prob. † Adde ꝙ ſi eſt vnus teſtis de viſu, cū fama, & alijs adminiculis certis, & probabilibus, eſt ſufficiens probatio in factis multum antiquis de quibus non eſt memoria, & in delictis quæ occulte fiunt vt voluit Iac. Bal. ſm quod recitat Hoſt. & Abb. in c. pterea. de teſti. in fin. vide Bart. in l. 1. §. idem Corn. ff. de qōni. qui dicit gn̄alr̄ ꝙ vnus teſtis de viſu cum alijs indicijs facit plenā probationem in delictis. p text. ibi p l. 2. §. 1. ff. de excuſa. tuto. & ibi p gl. iuncta l. inſtrumēta. C. de prob. Secundo q̄ro q̄d ſit iudicium indubitatum, vide eius diffinitionē ſupra in 1. q. prin. Dixit tn̄ Nic. de Mata. in d. l. fi. ꝓut ipſum ibi refert Bald. † ꝙ indicia indubitata ſunt ea q̄ adeo à lege ſunt approbata, ꝙ lex vult p illa fieri ꝯdemnationem ſicut eſt exēplum in d. l. ſi qui. Ex quo ſunt indubitata legi, de

gi, debent eſſe indubitata iudici, ut not. in l. ſi tutor. C. de peri. tut. alias iudex faceret litẽ ſuam, q̃a dñt indicia indubitata. Q̃nque tñ non ſunt talia indicia q̃ ſunt à lege approbata, ſed ſunt iudicis religioſi arbitrio cõmiſſa, tñ ſimul collecta, indicant indubitabilr̃ veritatem, ut eſt exẽplum in ↄfeſſionib. p tormẽta extortis, q̃ non p ſe, ſed cũ pſeuerãtia, vel fama, vel veriſimilitudine facti, uel alijs adminiculis indubitabilr̃ indicãt veritatẽ, ut l. ſanc. & l. q ſciam. ff. de pœ. & l. 1. §. diuus. ff. de qõ. ſm Nic. de Matar. quod intellige qñ ſunt plura indicia valde ꝓxima vero, ſicut eſt vnus teſtis de ueritate facti, & duo teſtes de extraiudiciali ↄfeſſione facta p delinquentẽ cum cõfeſſione extorta p torturam, & ſic p̃cedentib. legitimis indicijs quis poſtea confeſſio talis ſit reuocata, q̃a tunc bñ faciũt in dicium indubitatũ, ſecus ſi indicia eſſent leuiora p ea q̃ not. Bart. in l. fi. ff. de qõ. in illa qõ. an ſufficiat vnũ, vel plura indicia. & ita intelligo gloſſ. in l. 2. §. ætas. ff. de excu. tuto.

4 † Ex quibus habemus notare, q non ꝓdeſt confitenti in tormentis reuocare cõfeſſionẽ ſi ↄtra ſe ſunt alia indicia, q̃a ↄiuncta cũ ↄfeſſione q̃q; extorta p tormenta, indicant indubitabilr̃ veritatẽ, niſi reuocans ꝓbaret ↄtrarium, vel clare, vel p alia indicia, qđ eſt notandum ſm Bal. in d. l. fi. Item ponit exẽplũ idem Nic. de Mat. vbicunq; ex qualitate, & multitudine indicioꝝ indicatur veritas oculis mentis iudicis, ſicut clara lux oſtendit ueritatẽ corporis, exẽplũ in eo. q ingreſſus eſt quandam domũ, & poſt modicam horã audi tus eſt clamor mulieris, & ſtatim uiſus eſt q intrauit exire cum gladio ſanguinolento, & viſa eſt mulier in facie vulnerata, vnde dubitatur an eſſe ꝓbatum de vulnere cõtra illũ, & videbatur q non, q̃a nõ fuit uiſus vulnerare, & q̃a non ꝓbat hoc eſſe qđ ab hoc cõtingit abeſſe, ut C. de ꝓbat. l. neque natales. poteſt n. eſſe. q hæc mulier vulnerauit ſeipſam, tñ dicendum eſt ſufficienter ꝓbatũ, q̃a non pſumitur ipſamet ſibi vulnus intuliſſe, ſed qđ paſſa ſit ab inimico, ſm Nic. de Mat. Patet ergo quid ſit indicium indubitatũ: nã

5 et ſunt quę ſunt approbata à lege. † Item qñ ſimul plura colle cta, & in vnam ↄſonantiã tendentia indicant indubitabilr̃ veritatẽ vt C. de rei. milit. l. milites. §. oportet, ſm Bal. melius facit qđ not. in l. 2. § ætas. ff. de exc. tut. & l. 1. in princ. ff. de qõ. & ibi alijs argumẽtis ita ꝓbõni admouetur vt ſola ↄfeſſio ſeruo & de eſſe uideat, & l. q̃ro. § fi. ff. de ædil. ed. q̃ ſolet allegari. ut ibi dicit Bal. q ex multis indicijs inſurgit plena ꝓbõ, & q qñ indicia ſunt multa ex his colligatur uiolenta pſumptio, q̃ ſit ſufficiens ad ↄdemnationẽ, tenet et do. meus d. Io. de monte Sperello in l. admonẽdi. ff. de iureiur. q dicit de hoc eſſe tex. in l. excip. ff ad ſill. & do. Catal. de uiſo, in quodam ſuo ↄſilio, ꝓ quo reqre in litera A, à char. 474.

6 Item Bart. ponit aliud exemplũ de indicio indubitato in l. 2. ff. de fur. † q ſi aliquis fuit uiſus aufugere cum gladio euaginato, & reperitur aliquis mortuus ex hoc cõphendit manifeſtum homicidiũ, q ille talis illud cõmiſerit, p illum tex. ſed in hoc exẽplo Ang. ibi tenuit ↄtrarium, ſi aliter non ꝓbatur, q̃a potuit ille eſſe de auxiliantib. Item potuit il le percuſſiſſe, ſed nõ examinaſſe, ut l. ité illa §. ſi plures. ff. ad l. Aql. & ꝓbõ debet eſſe neceſſario ↄcludens, ut in cap. in pñtia, de ꝓb. Dicit tñ q vehemẽtiſſimũ facit indicium ad torturã fuga diffamati, & inuenti cũ cultello maxime tincto cruore. & ita practicatur ſm eum ꝓ hac Ang. opin. facit qđ not. Bal. in l. ↄuenticula. C. de epiſc. & cler. vbi dicit quod quoties ↄtrariũ eius qđ teſtis dicit ſtare põt cum ueritate rõnis teſtis, nunq̃ dcñ teſtis ꝓbat̃ neceſſario, ſed ita eſt hic igr̃ &c. de hoc ẽt uide inferius. Aliud exemplum de indicio manifeſto ponit Sal. in d. l. fin. C. de ꝓbat. ex quo dicit deuenire poſſe ad condemnationẽ.

7 † Pone duo rixantur adinuicem in qua rixa, vnus percutitur, & vulneratur teſtes examinati dñt q non viderant qñ fuit talis pcuſſio, ſed uiderunt eos adinuicem rixantes, & ſtatim dimiſſa rixa uiderunt q ille erat pcuſſus & vulneratus, certe ex hoc reſultat iudicium indubitatũ, ex quo deueniri ualeat ad ↄdemnationem. Itẽ adde, q licet in criminalib. rr̃ ex pſumptione deueniri non valeat ad ↄdẽnationẽ, vt hr̃ in l. licet Imp. ff. de leg. 1. tñ ſecus eſt in criminibus q̃ de ſui nã ſecrete patrant, ut in adulterio, ſodomia, ſimonia, & ſimilia, ex quo in iſtis eſt difficilimum hre claras ꝓbõnes p id qđ hr̃ in d. l. q adult. C. de adult. & in c. ex lris, & c. illud, & c. 3. loco. de ꝓb. in c. pterea, el 2. de teſtib. & not. Bar. in d. l. 2. ff. de fur. & d. l. cap. 5. ff. de adult. & uide de hoc per dom. meum do. Bal. de Bar-

8 tolinis in d. l. licet Imperat. † Item dixit Iac. Butr. in l. neque natales. C. de probat. q proba-

probatur ꝙ aliqua ſit meretrix non probato
tactu,&actu,ſed ꝓbatis circunſtantijs vt plu
rimum veriſimilibus,vt qa paſſim ſcholares
intrabant domum ipſius de die,& nocte,qa
qñ ſcholaris loquit cum puella non pſumit
dicere Pr̄ noſter.ita dicit Bal.ibi, & refert in
l.fi.de hæredi.inſt.Item dixit Bar.in l.2.ff.de
fur. ꝙ ſi aliqs deprehendit in domo vbi erat
pulcherrima mulier, ꝙ iſte eſt manifeſt⁹ adul
ter,& ita dicit debere intelligi d.l.c.5. Mod.
Doc.dñt hoc eſſe verum qñ ꝓbaret ēt aliqđ
ex ſignis venereis,de qbus in d.l. qđ ait, in
9 princ.ff.de adul. ꝑ gl. & Bart.† hoc tñ fallit
in ſacerdote ſiue presbytero, qa ſi amplexa
rei mulierem,pſumit facere cauſa benedicen
di,vel ad pniam exhortandi dicit gloſ.11.q.
3.abſit refert Spec.in tit.de præſump.§. ſpe-
cies.circa princ.ſed ab hac benedictione, &
exhortatione liberet nos Deus.Item ſi offi-
cialis tp̄e ſyndicatus auſugit de loco vbi geſ
ſit offm̄, pſumit ꝯtra eum de oībus querelis
de eo factis,& ex hac ſola pſumptione dam-
nat,vt C.vt oēs tam ciuiles quam milita.l.1.
& l.ꝯſiliarios.C.de aſſeſſo. Itē ſi maritus ter
denunciauit alicui ne loquat cum vxore ſua,
qa hēt ipſum ſuſpectum de adulterio, qđ ſi
poſtea inuenit eum loquentem cū ea,& hoc
ꝓbat,pſumit ipſam adulteraſſe, & ex hac ſo
la pſumptione damnatur, vt in auth. vt lice.
matr. & auie. §. is quoque.colla.8. & C.de
10 adulter.authen.ſi quis ſæpe.† Item ſunt qui
dam qui dñt ꝙ ſi aliquis mutuat alicui pecu
nias, & ille accipiens ſtatim ꝯduxit gētes cō
tra ciuitatem mutuantis,ꝙ ille mutuans prę
ſumit mutuaſſe vt illa gēs ꝯduceret,& ꝙ fue
rit ꝯducta de dicta pecunia, & tunc dñt eſſe
pſumptiones iuris,& de iure arg.l.fin. C.de
pign.& qđ ibi Bal.& in l.ſi ventris.§. in bo
nis.ff.de priuileg.cred.ita dñt ipſi in l.4.ff.ad
l. Iul.maieſt. Adde ad id,ꝙ ſuperius dcm̄ eſt
de viſo auſugere cum gladio euaginato, &
aliquis reperit mortuus, qđ ex hoc colligit
indubitatum indicium de homicidio ꝯtra il-
lum, vt voluit Bar.in d.l.2.ff.de fur.Item vo
luit Thomas de Piperata,vt refert Ioan. An
dreæ. in tit.de ꝓbo.§.1.ver.13.& Bal. in l.2.
§.fin.ff.de adult.& Bald.in auth.quas actio-
nes.C.de ſacroſanct.eccle.& in l. neq; nata-
les.C.de prob.& l.fin.eo.tit.& in l. fin.ff.de
11 officio proconſul.& legat.†Et idem dicit ibi
idem Thom.ſi viſus fuit admenare cultellū,
licet non viſus fuerit percutere, & poſtea ibi
reperit interfectus,&poſtea viſus fuerit ſuge
re,& apparet ꝙ erat ſibi inimicus,&fama la
borat ꝯtra eum, & idem ſi ꝓbat qđ Titius
erat inimicus Seij.ff.de quæſt.l.1.§. pterea,
vel qđ tp̄e occiſionis erat in loco,vel qđ re
ceptauit occidentem, vel quod occidens
erat familiaris,vel domeſticus vel qđ Titius
iactabat ſe qđ Seium fecerat interficere, vel
qđ inter eos offenſæ præceſſerant.Sed Ioan.
And. tenet ibi qđ iſta indicia non ſint ſuffi-
cientia ad ꝯdemnationem,ſed ad torturam,
& idem tenet Ioan. de Imo.in l.fi.ff.de hær.
inſt.Et illud eſt tutius,dicit Are.in opere ma
lefic.in gl.in verſ.fama publ.in ver.quęro an
vnum indicium, & idem tenet ibi dñs Aug.
in ſuis addit.qm̄ iſtæ ꝓbōnes non ꝯcludunt,
qa poterat eſſe ꝙ ille q auſugiebat cum gla-
dio exaginato qdqd fecit ad ſuam defenſio-
nem fecit,& dicit hoc eſſe de iure verius, vi-
de tu tñ oīno de his ꝑ Abb. in c.3. loco, de
prob.vbi bene loquit, & qui vr̄ reſidere cum
12 opi.1. Tho. de Piper.† Item licet ex minis
ꝯtra aliquem factis non reſultet pſumptio
ꝯtra minantem de delicto ad ꝯdemnationē,
vt dicit Spec.in tit.de præſum.§.2.circa fi. ꝑ
text.2.q.8.c.ſciant,iñ pōt dicit ꝙ ſi multa cō
currant primo pcedens inimicitia, ſecundo
ipſæ mine tertio ipſa ꝑcuſſio ſequens, quar
to qđ ſine magno interuallo fuerit ſecuta,
tunc forte ex omnib.iſtis poterit ꝯdemnari,
& maxime ex ꝯtiguitate actuum ꝑ id qđ hr̄
in l.4.§.in bonis.ff.de priui.cred. & qđ not.
Bart.in fi.in l.1.in fi.ſi qs teſta.li.eſ. iuſ. fue.
& ēt fuit de mente Bal.ꝑ illum tex.in l.1.C.
ſi qs Impera.male.& ēt fuit de mente Dyn.
in ſuo tract. de quæſt. de inimico viſo exire
de domo occiſi cum gladio ſanguinolento,
ita dicit do.meus do.Bal.de Barthol.in d.l.li
cet Impera. Itē de iſtis indicijs indubitatis,
vide oīno ꝑ Gand. in opere maleficiorꝶ ſub
rub.de indicijs,&pſum.indubitatis,de qbus
ad ꝯdēnationē deueniri pōt q ponit multa
exēpla, & de illo q exiuit camerā cū gladio
ſanguinolento pallidus. Item de capitali ini
mico. Itē qđ vnus vidit admenare,itē ꝙ fu-
13 git. †Notandū tñ,ꝙ licet ex indicijs indubi
tatis qs dānari poſſit abſq; alijs ꝓbōnibus,
vt ſuꝑius dcm̄ eſt,Tutius tñ,& melius faciet
iudex q non hēt alias ꝓbōnes q̄ dicta indi-
cia indubitata ſi extorquet ꝯfeſſionē ꝑ tortu
ram.vt l.ſi excepta.in fi C.de male. & math.
ita elegāter dicit Bal.in l.mil.C.de qō.& ita

etiam ſentit licet non ita clare.in l.fin.C. de hær.inſt.quod eſt menti tenendum,licet dubium ſit,ꝙ ubi de crimine liquet non debet procedi ad torturam,ut l quoties. C.de qõ. ſed forte põt rñderi illud hře locum qñ liquet per alias veras ꝓbões , ꝗ per indicia eſt manifeſta,vti eſt in caſu noſtro.Aduertendum tñ eſt notabiliter ꝙ ubi iudex iudicat ex pſumptionibus multum debet temperare ſuam ſniam,& maxime ne ꝯdemnet ad pœnam corporalem iuxta not.per Innoc. in c. afferte,quia veriſimile,de præſump.qđ colligitur ibi ex ſnia Salomonis qui licet ex pręſumptione adiudicaret vni mulieri filiũ,non tñ ꝯdemnauit aliam mulierem ad mortẽ, ad quã ex morte pueri veniebat ꝯdẽnanda . Idẽ vult Spec.in tit.de præſum.in §.ſpecies, ver.
14 in ſumma † dicens , ꝙ ubi iudex ꝓcedit per pſumptionem valde debet temperare ſuam ſniam, & tardus debet eſſe ad infligendũ pœnam corporalẽ,vel pecuniariam arg.2. q.1. nomẽ.& cap.1.Idẽ uolunt do.Card. Ant.de But.& Imo.in d.c qa ueriſimile. & Old. in ꝯſ.192.qđ incipit,viſo diligenter. & Pet. de Anch in regula,ſemel malus,19.col.& Abb. in c.2.de cohab.cler.& mulier.& in cap.at ſi cler.§.de adul.de ind.& in c.auditis, de pſcr. & Bal.in l.fi.C. de ꝓb. dicens, ꝙ vbi ꝓcedit ex pſumptionib.imponitur mitior pœna,& ꝙ non põt imponi pœna corporalis, qa ꝑꝑ inopiam ꝓbõnis minuitur pœna.Subdit tñ, ꝙ licet qñ proceditur ex pręſump.mitigatur pœna, tñ qñ pœna habet certos fines nunꝗ põt ex qualitate ꝓbõnum exaggerari, ut l. gñaliter,in princ.ff.de decur.ubi eſt tex.not.
15 † Et ideo iudex debet eſſe ꝯtentus finibus pœnaꝝ, prout ſunt ſcriptæ à iure ſm eum , vnde põt dici, ꝙ aut loquimur in pſumptione iuris.ſ.qñ iudex vult ferre ſniam per quã dam præſumptionem,ꝗ lex expreſſe approbat in criminalib. & tunc põt ꝯdemnare in pœnam corporalem,vel pecuniariã ꝓut ius diſponit,ut d.l.ſi qui adulterij.C.de adult.& ita tenet Abb.in cap.accedens, de ſim. & ita intelligit do Aug.de Ari.in add.ad opus maleficioꝝ in gl.in uerbo fama pub.ſup verſic. quæro an vnum indicium , vel plura . & ita dicit eſſe intelligenda dicta Doct.max.Abb. in c.1.de iud.in 13.col. Aut loquimur in pſumptione hoĩs, & tunc aut cum illa ꝯcurrit ꝯfeſſio criminoſi extorta per torturã,& idẽ, aut non ꝯcurrit ꝯfeſſio prædicta,& tunc aut ſumus in pœnis à iure expreſſe limitatis , & habet locum dcm̃ Bal.aut in pœnis arbitrarijs,& habet locum dcm̃ Innoc.& Spec.vide oĩno ad pdicta p Bal.in d.l. fi. qui multũ bñ loqtur de triplici ꝓbõ.in criminalib. Itẽ limitat pdicta idẽ do. Aug. ibidem niſi ageret de puniendo aliquẽ pecuniariter, vel pœna leui corporali,puta fuſtigationis tex.eſt in l. 3.§.qa plerunq;.ff. de off.præf.vigil. vbi ex culpa pſumpta, qa incendium pſumit culpa illa habitantiũ põt quis fuſtigari.Sed tu potes dicere ideo hoc eſſe qa lex approbat expreſſe hãc pſumptionẽ , vnde erit idẽ prout ſupra dcm̃ eſt.Item idẽ do. Aug. ibidẽ dicit, ꝙ Io.An.in addit.Spec in tit.de ꝓb.§.fi.ver. 13.limitat alio modo,v3,niſi iudex ſe moueret ex pſumptione violentiſſima,& ita refert Inn.in c.afferte,de pſump.Adde ad oĩa pdicta Gand.in opere ſuo maleficioꝝ, q notabiliter dicit,ꝙ vidit in pract.obſeruari. † &
16 ita oẽs ſapientes Boñ. volunt,ꝙ nullus poſſit capitalr̃ ꝯdẽnari ex indicio quantũcũque indubitato,ſecus ſi ueniret imponenda pœna pecuniaria . Adde vnũ mẽti tenendũ qđ dicit Bald.in d.l.ſi qui adulterij, ꝙ ꝯdẽnatus ex pſumptione iuris,& de iure nõ põt appellare.p illũ tex.q dicit talẽ hři ꝓ ꝯfeſſo,& cõuicto,& p l.2.C.quoꝝ app. An aũt ꝯfeſſus i tortura appellet ſcribit Bal.i d.l.fi.C.de ꝓb.

1 *Indicia, & præſumptiones contrarijs eliduntur præſumptionibus, & indicijs.*
2 *Conuerſatio præcedens monſtrat qualis vnuſquiſque ſit præſumendus.*
Fama bona theſaurus inæſtimabilis , & lilium ſuaue perolens.
3 *Indicium per teſtem ſingularem habitum eliditur,alijs refragantibus circunſtantijs.*
4 *Indicium homicidij contra aliquem ortum ex minis,& inimicitia eliditur ſi abſentia,& diſtãtia probetur à loco homicidij tempore .*
5 *Præſumptio affirmatiua per negatiuam tollitur.*
6 *Indicia contra delatum grauiora eſſe debent his quæ pro ſe habet vt torqueri poſſit.*

Quæſtio quinta primę partis.

Circa quintã qõnem principalẽ,ꝗ eſt, quõ,& qualr̃ tollanẽ,& elidanẽ indi-
1 cia. † Dic ꝙ tollanẽ indicia,& pſumptiones p ꝯtrarias pſumptiones, & indicia, vt dicit Bart.in l.fi.C.fam.erc. nã licet pſumatur

matur ꝙ dānum datū ſit potius à uicinis, q̄ ab alijs, ut nor. Iac. But. & Bar. in l. ſi ita. §. ſi. ff. de fun. inſtr. & ſuperius fuit dcm̄, tn̄ hæc præſumptio tollitur, & elidit̄ ꝑ bonā, & laudabilē famā, & ↄuerſationē, qa ꝓ bono pſumit̄ bonū, & bene, & prudenter uiuere, ut dixit Bal. in l. 1. C. loca. circa fin. † Vita. n. ꝓcedens magnā partē ↄferr ad pſumendū, ꝙ qd ſit, vn̄ caueat vnuſqſq; ab infamia, qa nō ſolū in eo de quo eſt infamatus, ſed ēt in alijs grauat eius opinionē, vt extra de reg. iur. c. defleat pctōr. & nor. in l. 2. C. q reſt. fac. poſſ. ſed bona fama eſt theſaurus hoīs inæſtimabilis, & iocundus, & ſicut lilium dat ſuauitatē odoris, uerba ſunt Bal. in l. 1. C. de ↄf. in 4. col. Itē licet pſumatur ↄtra aliquē de furto, ſi ꝓbetur ꝙ exiuit de illa domo de nocte, in qua furtū cōmiſſum fuit, & ꝙ habeat aliqd ſub mantello, tn̄ ſi ꝓbatur ꝙ ille talis eras magnus mercator, vel talis ↄdōnis ꝙ nō ſit veriſimile furtū cōmiſiſſe, excludet̄ illa præſumptio eſt ↄdōne perſonæ, ita dicit Ang. in

3 l. mil. C. de qō. † Itē indicium qd' ſumitur ex vno reſte de veritate, pōt elidi ſi aliæ circunſtantiæ refragant̄, ſm̄ Io. And. in cap. cum in ↄtemplatione, de reg. iur. vt refert Bal. in l. 2. C. quoꝝ app. non re. Et ideo ſi teſtis deponeret ꝙ vidit talem ſolū ſubtrahere, & portare de loco ad locum vnum lignum, qd' nō ferrent decem hoīes, ꝓbato indicium illius teſtis eliditur, deficit. n. eius dcm̄ in veriſimilitudine l. mil. §. oportet de qō. Nā impoſſibili poſito in eſſe, nullū ſeqtur ↄtingens. l. filium. 1. rn̄. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. † Et

4 ideo licet ↄtra accuſatū, vel inqſitum de homicidio Titij ꝓbentur inimicitiæ capitales, & minæ de occidendo, & pp hoc reſultet indiciū ad torturā, tn̄ illud indicium tollitur ſi accuſatus ꝓbat ſuā abſentiā, & diſtantiam à loco homicidij tpe quo illud fuit cōmiſſum, ꝙ nullus ſm̄ nām poſſet illuc accedere ad illud faciendū recedendo de illo loco, & accedendo ad locū homicidij, pſūptio. n. q̄ tollitur ꝓbatur qd' ſit impoſſibilis, ut d. l. filiū, & dicit ibi Bal. ꝙ præſumptio nihil operat̄

5 vbi veritas in ↄtrarium ꝓbatur. † Item pſumptio affirmatiua tollitur per negatiuam. Itē vbi non pōt hr̄i certa ꝓbō, recurritur ad pſumptionem ſm̄ eum. præſumptio ergo tollit præſumptionem, ut d. ll. & l. diuus ff. de in integ. reſtit. & d. l. ſi qui adulterij. C. de adul. vbi dicit Bal. not. ꝙ non creditur id qd' non eſt veriſimile euidentibus indicijs, & idem dicendum eſt in ſimilibus de hoc ēt per Bal. in l. non ignorat. C. qui acc. non poſſ. in 2. col.

6 † Illud eſt bene notandum, ꝙ qū torquēdus haber aliqua indicia pro ſe, hæc eſſe indicia magis grauia ↄtra ſe, ita ꝙ præponderent, ita ut ad torturam deuenire ualeat. dicit Bar. ꝑ text. ibi in l. 1. §. ad qōnem, ver. nec facile, ff. de qō. item Bal. not. dixit ꝙ ſi teſtator exculpauit reum, puta de eius morte inculpatum, ꝙ pp hoc reus non poterit ex indicijs torqueri, qa habet indicium innocentiæ ꝓ ſe, ut l. 1. §. Paulus. ff. de op. l. b. ſi tn̄ liquido ↄſtaret de crimine puniet̄, ut l. 2. ff. ad Syll. ita dicit ipſe in l. 1. in ultima col. C. cōia de leg. quod eſt not. ad hoc etiam quod no. Bal. in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact.

SECVNDA PARS,

Tractatus de tortura, & quæſtione.

Diuiſio.

Primo, quid ſit quæſtio, & vnde dicatur.
Secundo, qd appellatione qōnis ↄtineat̄.
Tertio, in qua cauſa debeat haberi queſt.
Quarto, qui poſſint torqueri, & qui nō.
Quinto, qualr̄ ꝓuenerit debeat ad qōnē.
Sexto, quis ſit effectus torturæ, & qōnis.
Septimo, qualiter puniatur torquens aliquem indebite.
Octauo, ſubnectam aliqua notanda communia de indicijs, & quæſtione.
Nono & vltimo, deſcribentur aliqua in practica maleficioꝝ nō inutilia iuuenib. latrunculatorib. vbi ſub epilogo recolligētur quaſi omnia quæ in hoc tractatu ↄtinētur.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio eſt veritatis inquiſitio per tormenta, & cordis dolorem facta.*
Territio leuis, qō nō dicitur abſq; dolore cordis.
2 *Quæſtio à quærendo dicitur, vel inquirēdo quòd per eam negocij veritas inquiratur.*

Quæſtio prima ſecundæ partis.

1 CIRCA primum dic, quòd quæſtio † eſt inquiſitio veritatis per tormenta, & cordis dolorem. Nam nuda, & leuis territio abſque dolore cordis

cordis non dr̃ quæſtio in iſta materia. vt l.
item apud Labeonem.§.qõnis.ff.de iniur.&
l.1.§.qõnum.ff.ad Sylla. Ita diffiniunt Azo
in ſumma de quæſt.& Odoſ.in quodam ſuo
2 tract.quem ſecit de qõnibus. †Et dr̃ quæſtio
à quærẽdo,vel inquirendo,qa per ea inqrit
ſeu querit veritas negocij de quo diſputatur
& ad illuminandum veritatem fieri debet,&
nõ aliter, vt l.Item apud Labeonem.§.q̃ſtio
nẽ.ff.de iniur.& l.hoc quod placet C.de qõ.

1 Q̃onis appellatione quæ cenſeantur venire.
2 Carceratio vel detentio ſimplex, an veniat quæ
ſtionis nomine.
3 Confeßio tormẽtis adhibitis facta,vel prope tor
menta, dicitur metu tormentorum facta.
4 Territio leuis dicitur, ſi quis tantum ad funem
ducatur.
Confeßio non dicitur metu tormentorũ facta in
carceribus,quando non denegantur alimenta.
5 Confeßio metu tormentorum facta non cenſe
tur, ſi index delato torturam minetur.
6 Tortura, ſiue quæſtio varijs inſtrumentis,& mo
dis dari poteſt.
7 Iudex torquendi carnem ſcindens vt cõfiteatur,
capite plecti debet ſi moriatur.

Quæſtio ſecunda, ſecundæ partis.

Circa ſecundum videlicet quid conti-
1 neatur appellatione qõnis.†Rñdeo,
cõtinetur carceratio facta de aliquo,
vt nõ comedat donec dicit negociũ de quo
quæritur.Item qualitercũq; per vim,& tor-
menta qs compellitur ad aliquid dicendum
vr̃ quæſt. & qõn s. verbo continetur.l.item
apud §.qõnis, ff.de iniur.l.1.§.q̃ſtionem ad
Sylla.Item negatio cibi dr̃ quæſtio.l.necare
.ff.de lib.agn.Item chordæ.l.decuriones. C.
de quæſt.& l.nullus.ff.ad l.Iul.maieſt. Item
quælibet vis illata pſonæ. vt l.fi.C.de abol.
2 † Sed an ſimplex carceratio; vel detentio cõ
tineatur appellatione qõnis, vel tormento-
rum,vr̃ ꝙ non,qm̃ carceratio,& detentio fit
etiam nullis prætedẽtibus iudicijs, & ad ſo-
lam cuſtodiam. quæſtio vero;ſiue tormenta
non fiunt niſi p̃cedentibus indicijs, vt l.1.§.
diuus.ff.de quæſt.ꝑ p quod dicit Ang.in d.l.
item apud §.qõ. ꝙ ſi ſtatutum prohibet ali-
quẽ torqueri ſine ſcientia prioꝶ;ꝙ nihilomi
nus poterit carcerari abſq; ipſoꝶ conſcien-
tia, dũmodo carceratio non ſit cum denega
tione cibi. & idẽ tenuit in l.nemo.C.de ex-
act.tri. Idem ſm̃ quoſdam ſi carceratio eſſet
periculoſa alicui rõne loci,vel rõne infirmi-
tatis,vel inferret infamiam, rõne qualitatis
perſonæ detentæ,qa tunc põt dici ineſſe tor
3 tura in detentione ſm̃ eos. † Sed hic quero
qñ dicatur confeſſio facta metu tormẽtoꝶ.
Rñdet Bart. in d.l.1.§.diuus Seuerus.ff.de
qõ.ꝙ tunc dr̃ facta metu tormentoꝶ, qñ eſt
facta adhibitis tormentis, vel ita facta ꝓpe
tormenta aliquo ligato, & p̃cedentibus mi-
nis deponendo ad torturam.non aũt quæli
bet leuis territio facit videri ꝯfeſſionem eſſe
factam formidine tormentoꝶ,ſed debet eſſe
poſitus in tormẽtis,vel ductus ad ea. Item ſi
eſſet i carcere in quo de ſame,& frigore mul
tũ patiebatur.nam tunc formidine tormen-
toꝶ vr̃ factam arg.ad hoc.ff.de iniur.l.item
apud §.qõnis,facit.ff.de vi,& vi arma.l.3.§.
ſi qs viſus, dum dicit, ſufficit terror armoꝶ
4 ſm̃ Bart. † Dixit tñ Ang.in d.§.quæſtionis,
ꝙ ſola ductio ad funem eſt leuis territio,ſed
ductio, & ligatio bene facit videri ꝯfeſſionẽ
extortam metu tormẽtoꝶ, quia ibi ineſt ter
ror cadens in ꝯſtantem virum,vt l.interpoſi
ta.C.de tranſac.eſt.n.timor proximus tortu
ræ arg.l.1.C.de ſica.Item dixit Bal.ꝙ mani-
cis ferreis ligatur.dr̃ torqueri in l.1.C.de cu
ſto.reo.Confeſſio aũt facta in carceribus,in
quibus nũ denegatur cibus,non dr̃ facta me
ꝟ tormẽtoꝶ,per dicta ſupra in ꝓxima q.&
ideo talis ꝯfeſſio valet,& nocet confitẽti. ita
tenet Bald.in l.1.C.de ꝯfeſ.in 6.col.& p ꝯñs
non reqritur,ꝙ in ea perſeueret,per ea quæ
dicemus in 9.q.prin.Sed Gand.in tract.ma-
leſ.in rub.de quæſt. & tormẽtis,in verſ.dem̃
eſt ſupra tenet,quod ſufficiat eſſe penes tor-
turã;licet nõ fuerint ligatæ manus de retro;
vt dicat̃ confeſſio facta metu tormentoꝶ,&
5 ibi rñdet ad d.§.qõnem. † Dicit tñ,ꝙ ſi ex-
tra locũ in quo homines torquent̃, iudex di
xit,aut ꝯfitearis,aut ducã te ad torturam,in
ferendo ſibi terrorem, ꝑp hoc non dicetur
ꝯfeſſio facta metu tormẽtoꝶ; quia eſt leuis
territio,p d.§.qõnem. & cum hoc vr̃ tranſi-
re do. Aug.de Arim.in addit.ad tract.maleſ.
Aret.in gl.in verbo, ſama publ.in antepen.
col. Adde,ꝙ Bart.in l.nouiſſime per illũ tex.
ff.quod ſal.tur.aut.voluit,ꝙ dicatur cõfeſſio
facta metu tormentoꝶ,ſi tm̃modo apud tor
turam qs fuerit ſpoliatus ſolum,& nõ liga-
tus,nec minatũ ſibi de tortura, ſi non ꝯfitea
tur,& ibi dicit, ꝙ ſemel habuit hoc de facto

Floren

Florētiæ. Et q̄a ſuptadictū eſt, q̄d ꝯtineant
6 appellatione tormentoꝝ, ſcias † & multis va
rijsq́. modis, & inſtr̄is vtuntur latrunculato
res, & iudices maleficioꝝ. Nā q̄dā dant reo
& ei mittunt aquam ꝑ nares, in qua ēt non
nulli imponūt calcē obſtructo ore bibentis,
q̄d genus torturę. vt audiui, eſt periculoſum
ne ex eo ſuffocet̄ tortus. Quidā ponūt taxil
lū in oſſe pedis, q̄ vulgariter dr̄ loſſo pazzo.
Quidā ponūt muſcionē in ventre, ſiue vmbi
lico, & de ſuꝑ ponunt ciatū ad includēdū il
lū, ne poſſit egredi. Quidā torquēt cum lin
gua caprina hoc modo, q̄a lauāt pedes tor-
quēdi cū aqua bene ſalita, & ligato torquen
do ſuꝑ ſcāno, faciūt vt capra cū lingua lam-
bat plātas pedū, q̄d libēter facit, ꝑꝑ auidita
tē ſalis, & audio ꝙ iſtud eſt duriſſimū tormē
tū, & ſine periculo. Quidā torquēt in mittē
do virgas inter digitos manus ſtringēdo cū
cordula. Quidā vtunt̄ corda, ligatis manib.
poſt terga, quod genus torturę cōiter eſt in
vſu, & vnumquodq; p̄toꝝ ex publico habet
tale inſtr̄m. vt videmus vbique, & iſtud eſt à
conſuetudine cōiter approbatum, & etiā de
iure, vt l. nulli. C. ad leg. Iul. maieſt. Sed in
iſto debet adhiberi maxima diligentia, & de
bet moderate adhiberi, alias ſolent multa
pericula incidere. Alij ligant ſolū vnam ma
num ad funem, & ſinūt ſic pendere ſuper ter
ram. Audiui etiam, ꝙ dantur detento ad co
medendū carnes multum ſalitæ, & denegāt
potum. Aliqui lauant pedes torquendi, &
plātas inungūt larido porcino, & ligato tor
quēdo ſuꝑ ſcannū, faciūt, vt plantæ pedū vr
gāt verſus ignē validū, & ſic iuxta ignē ſinūt
ꝑmanere. De modis aūt, & inſtr̄is aliquibus
torquendi crudeliter, ponit Bal. in l. 1. C. de
emen. ſeruoꝝ. vbi dicit ꝑ illū tex. in verbo,
7 laniauerit. † nota ꝯtra iudices q̄ ſcindūt ali
cui carnes vt ꝯfiteat̄ crimen, nam ſi moritur
tortus in tormētis, iudex iſte debet decapi-
tari tanq̄ homicida. & Ang. in l. nemo carce
rē. C. de exact. tri. lib. 10. dicit no. tex. ꝯtra iu
dices. q̄ ꝑꝑ deletationē inueniunt nouam
ſpeciē tormentoꝝ, hi. n. appellantur iudices
irati, & peruerſi, & ratione peruerſitatis dn̄s
confundet eos, quia ſunt perpetuo ignoran
tes. Sapientes enim talia abhorrent, & vir-
tutum illuminatione, ſciētiæ formam pro-
pagant, reliqui vero actibus impijs ſe exal-
tare dicentes, confundunt eorum famam a-
pud bonos, & graues inceſſanter inq̄nātes.

1 *Quæſtio, an tortura applicari poteſt in cauſa criminali criminaliter agitata.*
2 *Seruus in omni cauſa, & in omni crimine iudicis arbitrio torqueri poteſt, ſed liber in grauibus tantum, & criminalibus.*
3 *Iniuria perſonalis dicitur graue delictum.*
4 *Delictū leue quòd dicatur, & quæ leuis iniuria.*
5 *Tortura etiam locum habet ſi de crimine ciuiliter agatur.*
6 *Cauſæ ciuiles in quibus differant à criminalibus in materia torturæ.*

Quæſtio tertia ſecundæ partis.

TErtio principalr̄ quæro. In qua cau-
1 ſa ſit hn̄da q̄ō. & tortura? † Rn̄deo ꝙ
in criminali cauſa nō eſt dubiū, ſi cri
minalr̄ agit̄, vt patet ꝑ totū ti. ff. & C. de q̄ſt.
& maxime in l. 1. & l. edictum. ff. eo. & l. mili
tes. §. oportet. C. eo. tit. & dixit gl. in d. l. 1. ꝙ
in quolibet crimine hēt locū tortura, & ꝑ
ꝯn̄s tā in publico, quam in priuato crimine
pōt q̄s torqueri, facit q̄d nor. gl. & Doc. in
l. verbū. C. de infa. Aduerte tn̄, ꝙ non ꝓ oī
2 crimine pōt q̄s torqueri. † Super quo dic, ꝙ
aut loq̄mur in ſeruo, & tūc pōt arbitrio iudi
cis in oī cauſa torqueri, & in oī crimine, vt
l. edictū, ſupra alle. & ibi ꝑ Doc. & ꝑ Bar. in
l. diuus. eo. tit. & ꝑ Gād. in tit. de q̄ſt. & tort.
15 Sexto, † Iudex ↄſiderare debet, ꝙ non eſt deueniẽdũ ad torturã ſi aliũde veritas hr̃i põt. Sed qñ aliũde nõ põt hr̃i, tũc erit locus torturæ. l. diuus, in prin. & l. edictũ. ff. de qſt. & l. quoties. C. eo. tit. & idẽ dicit Aret. in tract. maleſic. in gl. in verbo fama publ. col. 22. ver. Secũdo quæro. Ex quo dicit ꝙ cautus iudex debet facere apparere in actis ꝙ iudex nõ poſſendo aliter veritatem hr̃e declarauit deueniendũ ad torturã, alias poſſet teneri in ſyndicatu. Vide ad pdicta Gand. in tract. maleſic. in rubr. de qõni. & torm. in princ. qui dixit, ꝙ iudex qui de aliquo qõnem hr̃e intendit ante omnia hr̃e debet iuris, & humanitatis rõnem, & debet hr̃e hanc conſiderationem, vt non facile, & repente ad qõnem procedat ſi aliqua alia via leuiore poteſt obiecti criminis veritas, inueniri quantumcunque adſint indicia vel veriſimilia argumẽta. allegat d. l. diuus. ff. de qõ. Et Ang. in l. ſi certus. ff. ad Sylla. dixit ꝙ ſi maleficium eſt liquidatum ꝑbõnes veras, male facit iudex ponere malefactorem ad torturã, & tenebitur ſyndicatu. & hoc ẽt dixit Io. And. in d. c. cũ in ↄtemplatione. de re. iur. in antiquis, & d. Catal. de viſo, in ſuo tract. ſynd. in q. 132. & in q. 209. 210. 211. qui ponit qđ de facili non eſt deueniendum ad torturã. & Cy. in l. 2. C. quoꝝ appel. nõ reci. dicit ꝙ iudices maleficioꝝ qui plene ↄuictũ torquent vt confiteatur delictum, & ſic apud acta reperiať cõfeſſus, & ↄuictus, ad hoc vt non poſſit appellare, male faciunt, q a nemo eſt torquendus niſi in ſubſidium ꝓbõnum. Sed Bald. in d. l.

16 1. & d. l. 2. dicit ego credo, † ꝙ iudices bene faciunt, qñ hñt plenariam certitudinem de maleficio ſi obuient ne appelleť p calũniã, & maxime in criminibus enormibus, in q bus licet interdũ leges trãſgredi. l. ſi q̃s filio exhæredato. §. ſed ſi. ff. de iniuſto te. & ꝙ no. Inn. in c. 1. de ↄſt. qđ eſt multũ notabile ſm eũ. Et idẽ Bald. in d. l. 2. dixit ꝙ iudices bene faciunt qrẽdo ↄfeſſionẽ extorquere à conuictis ne crimina patentia remaneãt, ĩpunita, nec debet dari occaſio appellãdi, tñ ſi ↄſtaret de tortura nõ eſſet ꝓhibitum appellare. Sed idẽ Bal. in l. q ſnĩam, in fi. C. de pœn. mutauit ſnĩam, & tenuit ↄtrarium dicendo, ꝙ ſi diluci de q̃s ſit ↄuictus non debet torqueri, & hoc puto de iure verius, & ſequendũ. Ex ſupradictis infero ꝙ in notorio crimine nõ eſt deueniendũ ad torturã, q a tortura nõ adhibetur niſi in defectum ꝓbõnum, vt ſuperius dcm̃ eſt.

eſt. ſed hic de crimine liquet ergo nō eſt ꝓ-
17 cedendum ad torturam.†Septimo aduertat
iudex,ꝙ ad torturā ꝓcedendū eſt cū mode-
ramine,& non effrenate,& inhumane,& de
bito iuris poſtpoſito.vt l.nihil .C.de qō. ad
q̄ facit quod hr in l.1. C. de emen. ꝓpin. &
in l.1.C.de emēda. ſeruo. itaq; tortura non
debet eſſe indicium rōnis.& melius eſt infra
ſubſtinere q̄ ſupexcedere.vñ ait apoſtolus .
qđ iuſtū,& æquū eſt parate , ſciētes ꝙ dñm
in cœlo habetis , & ita iuriſconſul. ꝙ nimia
aſperitas dñoꝝ eſt tēperanda,& corrigēda .
vt l.2.§.dñoꝝ .ff. de his qui ſunt ſui vel ali.
iur.& tales ita ſæueriter ꝓcedētes ſunt pri-
uādi iuriſdictione.dixit Bald.ibi, & Guil. &
Cyn.& Aret.in tract. malef. in gl. in verbo
fama publ.col.24.ver.7. q̄ro,dicit ꝙ tortura
eſt adhibenda cū moderamine,vt l.de mino
18 re.§.tormenta.ff.de qō.† Et hoc totum re-
ſidet in pectore iudicis diſcreti q ꝯſiderabit
torquēdi fortitudinē,ætatē,debilitatē,vale-
tudinem,pſonā,& criminis qualitatem , &
nec à grauioribus,nec à leuioribus tormen
tis initiū ſumet.facit ſm ipſum.l.3.§.fi.ff.de
re mil.& l.ſi qs in graui,in prin. ff.ad Sylla.
& l.1.§.impubes . eo. tit. & ſic debet facere
iudex vt innocētiæ vel ſupplicio reū ſaluum
ꝯſeruet.vt l.qōnis modus .ff.de qō. ita dixit
Ioan. And. in d. l. cū in ꝯtēplatione de reg.
iur.p d.l.qō.& adde Bal.in l.1.de ꝯfeſ. in 6.
col.q dicit,ꝙ quo moderamine hñda ſit qō
relinquit iudicis arbitrio, ſed tu dic ꝙ dictū
arbitrium debet eſſe diſcretum p ea q̄ hñr
in l.1.ff.de legat.2.vide ēt ad prædicta Bald.
in l. 2. C. quoꝝ appel. qui dixit ꝙ quæ ſint
plena vel moderamine tormenta,& quæ nō
iudicis diſcreti arbitrio committi cum cōſi
lio diſcretoꝝ ſibi aſtantiū.ff.de adul.l. ſi po-
ſtulauerit.ff.de qō.Sed cum dictum ſit,ꝙ tor
tura debet adhiberi moderate, adeo ꝙ reus
ſit ſaluus ſupplicio vel innocentiæ. annectit
19 bene alia qō.q d †ſi tortus morit in tortura
vel pp torturam ,an iudex teneatur ad aliq̄
pœnam,& ad quam. Cy. ponit hanc quæſt.
in l.Gracchus in fi.C.de adult.& Bar.in l.q̄-
ſtionis.ff.de qō.& Bal.in d.l.Gracchus. & l.
1.C.de emen.ſeruo.ex quoꝝ dictis ſic ꝯclu-
do,ꝙ aut iudex in torquēdo nō exceſſit mo
dū debitū,& ꝯſuetū.vt q a torſit in caſu lici-
to,& ꝓut eſt de ꝯſuetudine,puta cum fune,
quæ eſt inſtrm̄ à iure approbatum,vt l.nul-
lus.C.ad l.Iul.maieſt. nec vltra debitum te-
nuit torquēdū in tortura , & iſto caſu nullo
modo tenet q a licite fecit , & licite factū nō
meret pœnā, vt d.l.Gracchus.& d.l. qōnis .
& l.de minore.§.tormēta .ff.de qō. Ad hoc
optime facit tex.in d.l.1.C.de emen. ſeruo.
vbi vult tex.ꝙ vbi non excedit modus.& tñ
mors ſequat nō tenet de homicidio q a ope
rā debet rei licitæ.Si aūt modū exceſſit.tūc
ſi doloſe hoc fecit,tenet l.Cor. de ſica. tanq̄
homicida.& ſic capitaliter venit puniendus,
vt d.l.1.C.de emen.ſeruo.& l.1.C.de emen.
ꝓpin.ꝯiuncta gl.in l.1.C.de parri.facit d. l.
qſt.à ſenſu ꝯtrario.Si vero nō doloſe ſed cul
pabiliter modū exceſſit. tūc tenet ſm quali-
tatem culpæ,nō tñ tanq̄ doloſus,vt l.ſi adul
teriū cū inceſtu,de adul.& qđ no.Cyn. in l.
ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.& cle.& Bar.
& Bald.in l.1.ff.de ll.& p Bald. in l. 1. ſi qs
te.li.eſſe iuſ.fue.& l. reſpiciendum .§. delin-
20 quunt.ff.de pœ.†Si vero mors torti caſu cō
tingat,& tunc nullo modo tenet,quia dabat
operā rei licite,ſm Iacob.de Aren. Cyn. &
Bald.& Bart.vbi ſupra . facit de reſt. ſpol. c.
olim.el 3.qđ not.in l.1.C.vnde vi.Et in hoc
eſt reſpiciendum an aliquid poſſit iudici im
putari vel non,vt dicit Bart.in d.l.q̄ſt. per l.
aut dāna.§.1.ff.de pœ. Et ſm prædicta intel
ligo Bald.in d.l.milites.§.qō.dum dixit hūc
torquentem puniri tanq̄ homicidā , vide ēt
de hac q.per Are.in tract.malef.in gl. in ver
bo fama publ.col.24.in ver. octauo quero .
vbi dicit ꝙ licet Bart.in l.lege Corn.ff.de ſi-
ca.dicat ꝙ ſi rectores torquent reum vel te-
ſtem,ita ꝙ ex hoc moriat, teneatur l. Corn.
de ſica.per illum tex.tñ Bald.& Ang. Cy. &
Saly.in d.l.Gracchus .C.de adult. intelligūt
verum,ſi non fuit legitime tortus. Si autem
fuit tortus præcedentibus indicijs de q bus
in actis appareat , tunc cum iudex fecerit ex
pmiſſione legis, quia ad torturā licite pue-
nit,licet ille moriatur,non tenet vt l. ſed nō
vltro.in prin.ff.de neg.geſt. Et hoc ēt intelli
gunt veꝝ,dummodo iudex non fuerit egreſ
21 ſus terminos torturę.†Et ꝙ in dubio nō p̄-
ſumit ꝙ fuerit egreſſus,imò ꝙ ſuum eſſm̄ tē
perare geſſerit l.Herēnius §.Caia.ff.de euic.
vnde allegāti qđ iniuſte torſit incūbit onus
ꝓbandi ſm Aug.& ita dicit intellexiſſe Bar.
prędicta in d.l.lege Corn. do. Aug. de Ari.
in addi.in d. verſ. 8. quæro. refert de verbo
ad verbum conſilium do. Gilioli ſuper hoc
qō.ergo inſeram prout ſequitur . Pone qđ

iudex exceſſit modum in torquendo reum
exceſſiue,vel in caſu non permiſſo,vt qa for
te non erant indicia legitima,vel fuerũt pur
gata per alias ꝓbõnes, vel qa non erant de
caſibus de qbus poſſet torqueri de iure, an
teneatur ſi ille tortus mortuus eſt directe l.
22 Corn de ſica.& ſic debeat decapitari.† nam
vr̃,ꝙ ſic,cum iudex non poſſit prætendere ſe
ignorare iura quoꝝ aſſeruit ſe fore peritũ,
cum electioni de ſe factæ vt de perito ꝯſenſe
rit.l.2.ff. qđ quiſque iu. nam licet ignorare
iura ſit lata culpa, qa põt ꝯſulere peritiorẽ,
vt ff.de infam.l.liberoꝝ,in fin.& ita dicit ibi
gl.ĩ l.ex maleficijs §.ſi iudex.ff.de act. & ob.
& ꝓbaẽ p text.inſt.ad l.Aquil.§.præterea.in
verſ.imperitiam & ff.de reg.iur.l.imperitiã.
tñ hoc verum in perſonis q̃ nõ ſunt aſtrictæ
ſcire iura, vbi in pœnalibus lata culpa non
æquiparaẽ dolo,& ita intellr̃.d.l.imperitiã.
23 cum ſimi.Sed † in iudice, q aſſerit ſe iuris pe
ritum, ignorare ius,eſt adeo lata culpa,quod
dolus in eo p̃ſumiẽ,cum iuris ignorantia nõ
p̃ſumaẽ. ſed verius ſcientia iuris. & iſto caſu
lata culpa æquiparaẽ dolo. l.2. cum gl.ff.qđ
quiſq; iu.Et p hoc vr̃ ꝙ iudex debeat decapi
tari tanq̃ doloſe occiderit illum in tormen-
tis,& ita vr̃ tenere Sal.Sed certe eſt error,qa
ſm dcm̃ d.Gilioli.dicit ibi d.Auguſt.iſto ca-
ſu lata culpa ęquiparatur dolo.ſed non dolo
vero ſed p̃ſumpto. Item æquiparaẽ dolo taci
to,& non expreſſo.& ita debet intelligi tex.
& gl.in d.l.ex maleficijs.& gl.in l.fi.C.de pę
na iu.q ma.iud.Et idẽ in medico q p impe-
ritiam aliquem debilitauit vel occidit. vt di-
cit gl.in d.l.2.§ qđ quiſq; iu.& text.in d.§.
p̃terea,inſt.ad l.Aquil.Et ideo errauit Sal.dũ
24 voluit talem puniri directe l.Aquil.†Sed nõ
eſt verum, qa in pœnis corporalibus infligẽ
dis lata culpa nõ ęquiparaẽ dolo.ſed eũ dico
teneri.vt l.Corn.vt extra ordinem iudicis ar
bitrio puniatur,& ita dixit.Bar.in l.vlt.ff.de
adul.in q.de bannito occiſo.ꝓbareẽ in l. lex
Iul § fin.ff.ad l.Iul.repe.lex.n.Corn. directa
requirit verum dolum.vtilis aũt requirit fa-
ctum ſeu p̃ſumptum,qđ inſurgit ex lata cul-
pa commiſſa p illũ q eſt aſtrictus ſcire iura,
vt in iudice,& medico. Et licet qñ iudex læ-
dit partem ciuilr̃ p imprudentiã,non teneaẽ
ad meram pœnã fiſco applicandã, ſed tm̃ ad
ſatisfactione damnoꝝ,& expenſarum ſeu in
tereſſe partis læſæ,vt dicit Bart.in l.fin.in fi.
ff.de vari.& extraor. cog. & in diſputatione
ſua, q̃ incipit,à ſnĩa iudicis q p impitiam iu
25 dicauit, &c. † & tñ qñ iudex p imprudentiã
lædit in corpus aliquem.ſ.torquendo vel alr̃
debilitando vel occidi faciendo in publico,
iſte iudex teneẽ extra ordinẽ.vt l.lege Corn.
vt ſupra dixi.Et ita ꝯſuluit dictus domi. Gi-
liolus in ciuitate Mantuæ,q dixit ꝙ niſi do-
lus expreſſus ꝓbeẽ in iudice.ſ.vel q odio vel
gratia alterius. puta inimici, vel corruptus
fuerit pecunia,non teneaẽ directa l. Corn.ſ.
pœna corporali, qn potius dici debet ipſum
iudicem fuiſſe in culpa lata, q̃ in dolo vero,
& expreſſo,qa ſaltem p̃textu officij ſibi com
miſſi id fecit. & p ꝯñs non p̃textu homicidij
committendi.nam ad excludendum verũ do
lum,& expreſſum, & pœnã q̃ ꝓ tali dolo im
ponenda venit,ſufficit ꝙ aliquo colore iuſto
vel p̃textu id factum ſit, licet facere iure non
debuit.vt l. Gracchus. C.de adult.vbi eſt ca-
ſus. Item ſufficit eum fuiſſe motũ aliquibus
rõnibus ſiue iniuſtis,qa p hæc calliditas ex-
cludiẽ,licet vera culpa ꝯcludat,q̃ ex quaſi ma
leficio ꝓuenit.vt dicit gl.in d.l.ex maleficijs.
§.ſi iudex,& in d.l.fin.ff.de var. & extraord.
cog.& ꝓ hoc tex.in l.igr̃.§.põt.ff.de lib.cau.
& gl.in l.1.ff.de abige.& in l. plagiarij.C.de
plagiarijs.& in l.1.C.vbi ca.ſta.& ibi Bal. &
p Bar.in d.l.fi.ff.de adul.Et in corporalibus
lata culpa non ęquiparaẽ dolo.ſ.vero,& ex-
preſſo.vt l.in l. Corn.ff.de ſica. & ibi p Bar.
Et hanc opinio.dicit ipſe dom.Giliolus tene
re Iac.de Are.in d.l.Gracchus in addi.&Gui
26 do de Suz. † Tñ dicebat iudicem hmõi dr̃e
caute ꝓteſtari ſe erraſſe in iure,& ſuũ errorẽ
iuris allegare, & ꝓteſtari ꝙ ſi alias ſilr̃s reus
ſibi occurreret,eum talr̃ non torqueret arg.
l.ſi adulterium cũ inceſtu.§. idẽ pollioni. ff.
de adul.Et dicebat eum extraordinem p̃terq̃
in corpus puniẽdũ.& ipſe do.Giliolus de fa
cto ꝯſuluit in ciuitate Mantuæ ꝓ dño Bibia
de Fauentia ibi iudice,q tm̃ torqueri fecerat
vnum reũ,excedendo morẽ debitũ, ꝙ mor-
tuus fuerat, & in ſyndicatu ꝯtra eũ ꝓcedeba
tur.vide ẽt ad p̃dictã qõ.Gãd.in tract.maleſ.
in rub.de qõ.& torm.in illa qõ.q̃ ꝯfeſſio di-
caẽ facta metu tormentoꝝ,in ver.ſed qd ſi iu
dex in tormentis adeo modũ exceſſit, ꝙ tor
tus ibi deficit,vel membrum debilitauit,q la-
tiſſime diſputat hanc qõ.arguendo ꝓ, & cõ
27 tra.& refert Guido.de Suz.dixiſſe,† ꝙ vbi iu
dex modũ excedit torquẽdo,ſtatim ꝙ modũ
excedit teneẽ,qa fingiẽ non iudex,ſed eſt pri
uatus

uatus,ſicut tutor male adminiſtrando,fingi-
tur non tutor,&tenet tanq̃ q̃libet.l.tutor.ff.
de ſuſp.tut.cũ ſi.ipſe vero Gand.dicit q̃ ſi do
lo fecit tenet, ſi vero aliam culpam commi
ſerit non tenet.dic vt ibi.vide ẽt p do.Catal.
in tract.de ſynd.q. 114. vbi in hac mã appro
bata dicta Bar.in l.q̃onis.ff.de q̃o.& Cyn.in
d.l.Gracchus C.de adult.& idem do.Catal.
q.206.& 205.dicit,q̃ ſi aliqs in tortura repe
rit,& ibi moriat aſſeſſor tenet tanq̃ homici-
da.d.Amodeus quo ſuo tpe nullus fuit ma-
gis practicus in magratib.in ſuo tract. ſynd.
in gl.ſuper verbo.Itẽ in eo q̃ dictus ptãs offi
ciales capi detineri,carcerari,&torqueri,&c.
in 3.col.in 7.q.qd' aũt ſi ptãs,multum bene
loquit ſup d.q.dicendo q̃ aut officiales faciẽ
tes torquere ſunt in dolo, aut in culpa, aut
morit caſu,aut eſt dubiũ ſi dolo fecerunt, &
non p̃cedentibus indicijs modũ exceſſerũt,
ita q̃ moriat,tenet pœna capitis.l. Corn.de
ſic.videlicet ptãs,& iudices q̃ fecerũt torque
ri.l.1.in princ.& §.1.& l.lege Corn.in prin.
ff.de ſica.& l.aut damna. §. 1. de pœn. & eſt
text.in l.item apud Labeonem.§.q̃o.in fi.ff.
de iniur.qd' hẽt ẽt locum,qñ ſiue nouis indi
cijs fecerunt reponi ad torturam, illum qui
fuerit ſemel tortus ſufficiẽter,quo caſu ſi mo
riat tortus,tenent pœna capitis,vt dixit no.
Bald.in l.milites.C.de q̃o.& rõ,quia eoipſo
28 † q̃ iudex modum excedit fingit priuatus,&
non iudex ſicut tutor non recte adminiſtran
do fingit non tutor,& tenet tanq̃ q̃libet l.tu
tor.ff.de fur.l.fundum.§.ſi tutor. ff. p emp.
ar.l.gñalr.C.de epiſ.& cle. qa nimia ſæuitia
rectoris aſcribit culpæ.ff.ad l. Aquil.l.ſi quẽ
cunq;.§.ſi magr. & ſicut priuatis ita iudicib.
eſt phibitum aliquid illicitum facere.ff.de in
iur.l.nec magratibus.Si vero non ſunt in do
lo,ſed in aliqua culpa,puta, qa nõ p̃cedebãt
indicia ſufficientia vel modum exceſſerũt, &
immoderate p ignorantiã, vel p laſciuiam
cauſam mortis p̃buerunt, arbitrio ſyndicorum
puniri debebũt.Et ſi fuerunt in culpa leuiſſi
ma mitius q̃ in leui, & ſi in leui mitius q̃ in
lata.d.l.lege Cor.& l.1.§.ſi claua.& l.3.§.ſed
ſi S.C.ff.ad l.Cor.de ſic.Et licet Iac. de Are.
in tract. quem fecit de q̃o. dixerit hoc caſu
ptãtem,& eius officiales nõ teneri,p l.1. C.
de emenda.ſer.ſumpto ar. de ptãte dñica ad
ptãtẽ rectoris.ff.de ver.ſig.l.ptãtis.ſed Guid.
de Suz.& poſt eum And.de Piſis.& p Bar.q̃
ſi'em tractatũ fecerunt ↄcludunt q̃ teneant.

& idem vr̃ tenere Paul. de Eleaz. in repet. c.
grauius.de depoſito. Tertio caſu,qñ tortus
ſine dolo,vel culpa officialis morit,vt innuit
tex. in d.l.aut dãna.§.1.ff.de pœn. & tũc nõ
29 tenet,vt no.Bar.in l.q.ff.de q̃o. † qa q̃ facit
lege pmittẽte pœnam non meretur l.Grac-
chus.C.de adul.& ibi hoc firmat Cy.qd' in-
telligitur qñ præcedebãt legitima indicia,&
nõ exceſſerunt modũ,cum ille nõ fecerit aĩo
necãdi,ſed veritatis eruẽdę,& nemo delinqt
niſi habeat aĩum delinquẽdi,l.ſæpe. in fi.ff.
de verb.ſign.qa aĩus, & pp̃oſitũ diſtinguũt
maleficia.l.q̃ in iure.ff.de fur.& l.1.§.1.ff.de
30 ſica.& l.is q̃ cũ telo.C.eo.tit. † Quarto ca-
ſu,qñ eſt dubiũ an dolo culpa, vel caſu mo-
riatur. dicendũ,q̃ ſi ptãs,vel iudex doceat le
gitima indicia p̃cedere, & appareat cum qui
fuit tortus fuiſſe ætatis maturæ,& robuſtæ,
p̃ſumptio eſt pro ptãte, vel iudice.l.herẽnius
§.Caia.ff.de euic.p̃ſumit.n.princeps oẽ bo-
nũ de officialibus ſuis niſi manifeſte appa-
reat ↄtrariũ.l.1.§.fi.ff.de off.pręf.facit l.cum
creditor.ff.de furt.& l.iniuriarum.§.1.ff.de in-
iur. & l.iuſte.ff.de acq.poſ.& l.3.§.1.ff.de li.
ho.exhib. Et q̃ allegat, q̃ ptãs,vel iudex fuit
in dolo, vel culpa id p̃bare debet l.quoties.
§.q̃ dolo.ff.de p̃bõ.& l.1.& ibi no. C.de ſi-
car.& l.2.ff.de p̃b.& l.actor.C.eo.tit.& no.
Bart.in l.ſi q̃s ex argẽtarijs.§.fin.ff.de æden.
31 † In dubio.n.ſi non apparet quo aĩo fecerit
p̃ſumit feciſſe zelo iuſtitiæ,& iuſte.l.2.§.ſi pu
blicanus.ff.vi bon.rap.& l.minus.C.de acq.
poſſ & l.merito.p ſoc.facit l.2.C.q̃ accu.nõ
poſ.Poterit tñ ptãs,vel iudex ſi nõ fuit in do
lo,vel culpa,ad cautelã p̃bare p teſtes ẽt do
meſticos q̃ p̃cedẽtibus legitimis indicijs mo
derate eũ torquebat,& q̃ caſu ſine dolo, vel
culpa iudicis defecit in tortura,qd' plerunq;
euenire ſolet.vt dicit tex.in l.aut dãna.§.j.ff.
de pœ. Bal.tñ vt refert idẽ Amodæus,vbi ſu
pra.i hac q̃ bñ ſic dicit,aut iudex nõ exceſſit
modũ qa tormẽtauit i caſu licito,put eſt de
ↄſuetudine.&nõ cũ aliqua aſpitate.&tũc nõ
tenet iudex,ſed licite facit,arg.ff.de iniu.l.itẽ
32 apud labeo.§.q̃onis †Aut exceſſit modũ,&
tũc aut dolo,&tenet l.Cor.de ſica.facit l.vni
ca.C.de emẽd.ſer.Aut culpa,& tũc tenet ſm
qualitatẽ culpæ.Aut caſu, & tũc in nihilo te
net,qa dabat operã rei licitæ ſm Iac.de Are.
& Cy.iſta ſunt verba Bal.in l.verba. in fi.C.
de adul & ſubdit ipſe do.Amodæus,& bñ,q̃
eſt caute agẽdũ q̃tũ fieri pt ne caſus mortis

in tortura accidat, pp euitandas calumnias populatiū, & vulgariū, quos de facto dicit vidiſſe, & audiuiſſe pp hmói caſus cōtra officiales, & innocētes armata manu inſurgere. vt euenit Peruſij ɔtra do: Sāctē de Corneto ptātem, q vix euaſit à furore populi. Et dicit ſe habuiſſe duos in manibus, vnū dū eſſet ſenator vrbis, & aliū dū eſſe ptās Tuderti, q immediate ꝙ fuerūt poſiti in tortura, & eleuati à terra paꝝ defecerunt, & iudicio medicoꝝ oppreſſi à cataro vix poſt plures dies euaſerūt. ideo ipſe ɔſuluit, & paterne, ꝙ moderate ad torturam ꝓcedat. nec ita de facili
33 currāt, vt multi facere ɔſueuere. † Et dicit ēt ꝙ qñcunq; doloſe, & ſine cauſa, & ſine indicijs faciunt aliquē torqueri, ēt ſi tortus non moriat, tenet pœna capitis, vt vult. Bald. in l. decuriones. C. de qō & in l. 2. C. de requir. re. & eſt tex. in l. lege Iul. § hodie. ff. ad l. Iul. repe. qđ hēt locū ēt ſi habeat arbitrium, vt no. in c. veniēs. & in c. Quintauallis. de iureiur. Et eadē pœna tenet ſi faciūt torqueri illū q de iure torqueri nō poterat. puta vnū de prioribus durante offō, niſi in crim. læſæ maieſt. p tex. no. in d. l. decuriones. Si aūt ſine dolo faciūt torqueri nō torquēdū, vel excedūt modū, ipſi officiales tenent actione iniuriarum arbitrio iudicis ſm Bal. in rub. C. de pœna iud. q ma. iu. & ff. de iniur. l. iniuriarū æſtimatio. nec debēt puniri ſimili pœna torturæ, qa ex hoc nihil adeſſet pſonę tortę ſm Bald. in rub. de hoc tū vide infra in 6. qō:
34 prin. † Et aduerte circa pdicta, ꝙ qñ fuit torturā iniuſte facta tenent ſolummodo ptātes & iudices mādātes torqueri iniuſte, nō aūt milites ſocij, & a'ij officiales q hoc fecerūt ex mādato. ita dicit Bal. in l. furti. §. q iuſſu. ff. de infam. p illū tex. facit qđ no. Dy. in c. qđ q s mādato. de reg. iur. i 6. & ponit Flor. in l. liber. homo. la 2. ff. ad l. Aq. qđ tū eſt dubiū, q a mandatū ſuperioris excuſat ſolū in leuibus ſm Bart. in l. non ſolū. §. ſi mādato. ff. de iniur. & ideo pñt officiales reſiſtere ptāti iniuſtitiam facienti ſm Bart. in l. oēs. C. de decu. lib. 10. Et aduertant bene rectores, qa ſi cogunt aliquē eius iudicē vel officialē iniuſtam ſniam ferre, tenent l. corde ſi ca. de his vide latius, & melius infra in 6. q.
35 prin. in verſ. ſed ponamus. † Item aduerte ꝓ his q̄ ſupradicta ſunt, ꝙ ſi p ſtatutū ꝓ homicidio imponit pœna pecuniaria ciuibus, ꝓut eſt in multis locis, & ſi fiat in palatio imponit pœna capitis, ptās vel iudex q iniuſte, & immoderate tormētauit, ſi tortus moriat nō puniet pœna capitis, ſed pecuniaria, ſm Bal. in rub. C. de pœna iu. q ma. iud. qa ſtatutū qđ imponit pœnā capitis ꝓ homicidio, & maleficio, debet intelligi de eo qđ pōt cōmitti indifferēter in palatio, & extra. ſed occaſione torturæ pōt ſolū cōmitti in palatio vbi eſt tortura. ideo nō debet augeri pœna rōne loci, ſicut dicit Bart. in ſimili. in teſte dicēte falſum in palatio i l. aut facta. ff. de pęn. & in ɔſ. 199. qđ incipit, Tudertinus qdā Et licet dictum ſtatutū imponat pœnā pecuniariā ciuibus ꝓ homicidio, hēt locū in ptāte, & officia, qa gaudēt priuilegio ciuiū. vt no. gl. in l. ciues, & incolæ. C. de incol. lib. 10. &
36 firmat Bal. in §. pficiſci in qō. 13. † Sed pone, ꝙ ex tortura q s nō moriat, ſed debilitat aliqđ membrū d. Amodeus in tract. synd. ſup gl. in verbo corā nobis, &c. Kiriacus de Ancona, &c. in 8. col. in ver. pœna debilitationis. dicit qđ imponit ea pœna q imponitur à ſtatuto ꝓ tali delicto. & hoc ꝓ pęna fiſco applicāda. ſed quo ad partē læſam, videlicet quo ad tortū tenet ei de iure cōi, rōne, & actione iniuriaꝝ, inquantum iudici æquum videbit, & ad intereſſe expenſarum factarum in medicis, & medicinis, & ad dāna operarū qbus caruit, & cariturus eſt, vt eſt text. inſt. de obl. q ex quaſi deli. na. in §. ob hominem vero. Sed ego puto hoc procedere eo caſu quo iudex iniuſte torſiſſet dolo vel culpa. ſecus aūt ſi licite, & moderate, & in caſu pmiſſo, ſm dicta ſupra in verſ. ſed cū dictū ſit. in q. de mortuo in tortura, quo caſu in nihilo dicet teneri ſm ea quæ ibi dicta fuere. Subnectamus hic aliā q. aliq s dr mortuus in tortura vel debilitatus, ſed ptās negat illū fuiſſe tortum, quæro quō hoc probabitur Bald. in
37 l. ſi q s hoc genus. dicit † ꝙ tortura probari pōt per indicia vel ɔiecturas, & hoc conſiſtit in arbitrio iudicis. Idem vr velle Bart. in l. de pupillo. §. ſi q s ipſi prætori. ff. de no. operum. dū vult ꝙ ꝓbato ꝙ iudex fuerit minatus de torquendo aliquē, ſi poſtea ille fuit viſus cū brachio ligato ad collum, & ſi ex hoc ꝓbabit tortura. & idē in ſimilibus ɔiecturis, facit qđ not. in l. ſi. C. de probatio. & l. ſi. de hæredib. inſtit. Tu aūt dicas ꝙ, aut qrimus de ꝓbando torturam ad finem vt condēnet iudex in ſyndicatu, & tunc requirit plena, & vera probatio de tortura, vt quia teſtes deponunt

ponunt de viſu, vel aliter plene probatur, ut
not. Bart. in l. 1. §. ſi quis tñ. ff. qd' ui, aut clã,
quia ex p̃ſumptionibus ẽt vehementibus nõ
põt quis damnari ſm Innoc. in cap. quia ue-
riſimile, de prob. & not. in l. abſentem. ff. de
pœn. & in l. fi. C. de ꝓb. Et hoc forte erit in
arbitrio ſyndicoꝝ, qui in ſubſidium poterũt
cogere, ẽt per torturam, familiares ptãtis, ad
teſtificandum aliquem fuiſſe tortum. l. diuus
de qõnib. & per not. per Innoc. in c. ex lr̃is,
de teſtib. & per gl. & Doct. & in c. cum P. Mã
conella. de accuſ. & Bart. in l. ex libero. ff. de
qõ. in §. 1. & vide dicta ſupra in 4. princ. poſt
prin. vbi qñ teſtes poſſint torqueri. & in ver.
ſed quæro an debeant, poſt medium, vbi fuit
38 dcm̃ † ꝙ teſtes domeſtici torqueri poterunt
pro delicto domi cõmiſſo, quia præſumunt
illud ſcire, hæc dicit do. Amodæus Iuſtinus
in tract. ſuo de ſyndicatu in gl. in uerbo itẽ
in eo ꝙ dictus ptãs, iudices, & officiales plu
res capi, detineri, carcerari, & torqueri fece-
runt &c. in 8. col. in verſ. ſed pone ꝙ ptãs, &
ſe. Sed ꝯtra hoc vr̃ quia iſti teſtes de familia
ptãtis licet volentes poſſint teſtificari ꝯtra
ptãtem tñ non pñt cogi, vt per Bal. in l. ẽt.
C. de teſt. & in §. proficiſci. q. 36. & per Saly.
in l. 2. C. de teſt. niſi dicamus ꝙ poterunt co-
gi in ſubſidium qñ aliter veritas hr̃i nõ põt
arg. l. ꝯſenſu. C. de rep. & 14. q. 2. c. q̃q̃. & qd'
not. in cap. inſinuante in gl. 1. de off. deleg. &
de priuil. c. licet, in 6. in gl. ſuper verbo fami-
liaribus, & in c. dilecto in gl. in verbo fami-
liaris, de off. Archid. & de verb. ſign. cap. vlt.
in 6. & in c. magnæ, de uoto in 6. aut quæri-
mus de probando torturam vt ex ea præſu-
matur ꝯfeſſionem uiolentam eſſe, & habeãt
locum dicta p Bal. in d. l. ſi quis in hoc ge-
nus. & p Bart. in d. l. de pup. §. ſi quis ipſi prę
tori. Quibus adde quod dixit Bal. in l. filius,
in fin. C. de fur. ꝙ vbi aliter non põt ꝓbari
tortura ſufficit ꝓbare quem detentũ, ut cõ-
feſſio dicatur facta metu tormẽtoꝝ. de quo
p Cyn. in d. l. 2. C. quod met. cau. vnde dicit
39 idem Bal. in l. 1. C. ne ex del. def. † ꝙ violen-
tia ꝓbatur per famã, & ſilr̃ tortura, qñ voci-
ferans torquetur in occulto allegat l. de mi-
nore. §. tormenta. ff. de qõ. & qd' not. Cy. in
l. 4. C. de ſer. fug. vbi dixit ꝙ id, quod dr̃ à ꝑ-
ſonis fide dignis eſt iuſta cauſa credulitatis.
Item probatur tortura ſi teſtis cognouit per
ſonam tortam, & qualitatem uocis in quo-
libet ſtatu. & dicit audiuiſſe eũ vociferantem
dum torquebatur ſm Bal. in l. ꝯuẽticula. C.
de epiſ. & cler. Item ſi dicatur, ꝙ teſtes indu-
cti p curiam, depoſuerunt metu tormẽtoꝝ,
ꝓbatur metus eoipſo qd' probat eos fuiſſe
ob hanc cauſam detentos, qa præſumit me
tus tormentoꝝ, ſm Bal. in d. l. falſus p Cyn.
in d. l. 2. C. qd' metus cau. Item alligare tor-
40 tura p̃ſumitur, niſi ꝯtrarium probet. † vñ ſi
ꝯfeſſus crimen, dicat ſe fuiſſe tortũ, licet non
ꝓbet, nõ põt ꝯdẽnari, niſi ratificauerit apud
acta, cum in officialib. præſumat illatio me-
tus ſm Bal. ſing. in ſuo conſ. incipiente, tres
ſunt caſus &c. & ſeqtur Pet. de Anc. in quo-
dam ſuo ꝯſilio in quo recitat ad verbũ dcm̃
ꝯſilium Bal. & ita refert Bertach. in ſuo rep.
in ver. tort. qd' eſt menti tenendũ. Vide hæc
ꝯſilia in tract. clauſulaꝝ in clauſula rei nõ ſic
geſte, in §. de metu tormentoꝝ, in 2. col. &
inf. in 7. q. prin. Subiungo aliam not. q. circa
prædicta, pone, agitur contra ptãtem, cõtra
quẽ dr̃ qd' compulit aliquem ꝯfiteri p tortu
ram, & duo teſtes inducti ꝯtra ptãtem, depo
nunt ꝙ p vim fuit ꝯfeſſus, & compulſus ꝯfi-
teri. Ex altera parte ꝓ parte ptãtis inducunt
decem, vel plures qui dñt, reus ſponte ꝯfeſ-
ſus eſt, quærit quibus teſtib. ſit magis credẽ-
41 dum. Innoc. in c. ſup hoc de renun. † dicit ꝙ
magis creditur iſtis duobus deponẽtib. de ui
qa deponunt de actu corporali, & uiſibili. ſ.
qd' uiderũt torqueri, ſed alij decẽ deponunt
de actu mentali, & inuiſibili. ſ. qd' ſponte cõ
feſſus eſt, qa actus mentalis ſoli Deo eſt no
tus. Et idẽ ſi notarius in inſtr̃o dicat ꝙ ſpõte
ꝯfeſſus eſt, qa tale inſtr̃m reprobat p duos
teſtes, ut not. Bal. in d. §. ꝓfic. in tract. de ſyn
dic. q. 13. & Bar. in l. de pup. §. ſi qs ipſi p̃tori
ff. de no. op. nun. Nũc cũ fecerimus parẽthe-
ſim longiorẽ non tñ impertinentem redea-
mus ad mãm princ. nr̃æ qõ. q̃ erat qualiter
erat ad torturam perueniendum ſuper quæ
fuit dcm̃ ꝙ ad multa debet iudex aduertere.
42 † Adde ꝙ ẽt debet aduertere ad aliud, v3, ꝙ
in tortura non ꝓcedat pariformiter in par-
uo ꝓut in magno delicto, ſed illã debet adhi
bere ſm delicti qualitatem, ut ꝓ magno deli
cto maior fiat, q̃ pro paruo, & pro paruo mi
nor, q̃ pro magno. ar. l. item apud. §. qõnis,
verſ. & ſi iuſſu. ff. de iniur. de hoc tñ non põt
vt ſupradictum fuit certa doctrina dari, ſed
cõmittitur arbitrio diſcreti iudicis. Sed po-
namus ꝙ qs eſt minus legitime tortus, puta
qa non ꝓcedentibus indicijs, vel alijs modis

ſupradictis,& in tortura ꝯfeſſus eſt, & in ea perſeuerauit, an veniat ꝯdemnandus ex illa ꝯfeſſione. Rn̄deo non.caſus eſt ſm vnā lect. quam ibi tenet Bart.in l.pe.ff.de qō. & ita vidi alias ꝯſultum ꝑ quendam inſignem,& famoſiſſimum Doct.q ad hoc ēt ꝑ caſu allegabat.15.q.6. c. 1. † Et dicebat ꝙ cautus debet eſſe aduocatus q vult infringere ꝯfeſſionem torti abſq; indicijs,ſaltē legitimis,ꝙ articulet,& ꝓbet ꝙ ille talis anteq̄ fuiſſet ꝯfeſſus, fuit tortus abſq; aliquibus indicijs ſaltem legitimis,& ad torturam ſufficientibus. Nam quouſq; detentus eſt tortus ſemꝑ idem metus tormentoꝝ durare pſumit. Et ideo pcedēte dicta iniuſta tortura iudex q facit ſcribi ꝙ ille fuit ſponte ꝯfeſſus falſum facit confici inſtrm̄,& notarius incidit in falſum ſi notitiā habuit tormētoꝝ. Vbi aūt tortura legitimis indicijs pcedentibus iuſte fuiſſet illata. tunc ſecure notarius ſcribit. & iudex ſcribi faciat ꝙ ſponte fuit ꝯfeſſus quantumcunq; tormenta pceſſerint.dumtn̄ inter torturā, & ꝯfeſſionē interuallum cōmodū interueniat,vt not. l.1.§.idē ſeuerus.ff.de q.ꝑ Doct.& ꝑ Cyn.in l.2.C.de cu.re. ita ad lrām oīa prædicta dicit Ang.in l.q in aliena.§.Celſus.ff.de acq.her.

44 Ex ſupradictis ſequit,† ꝙ pſumptio eſt,ꝙ ſi tortus pluries ratificauit dictam ꝯfeſſionē illicite à prin.extortam,ſemꝑ ipſam ratificare vr̄ metu tormētoꝝ, pteritoꝝ,& futuroꝝ, arg.l.ſi cui.§.hiſdem.ff.de accu.qđ eſt valde notandum. Hoc tn̄ intelligendum, niſi poſt dictam torturam,& ꝯfeſſionem illicite extortam reus fuiſſet relaxatus,& poſitus in priſtina libertate,& ꝑ aliqđ interuallum vocatus per iudicem ſponte compareuerit, & ſine tortura ꝯfeſſus fuerit iterum illud,qđ prius per torturam ꝯfeſſus fuerit. nam hoc caſu ex illa ꝯfeſſione eſſet damnandus tanq̄ ſpontanea, vt l.1.C.de confeſ.ad hoc facit qđ no.Inno. de accuſ.c.qualiter,& q̄n, Bal.tn̄ in d.l.1.C. de confeſ. dicit in 4. col. ꝙ confeſſioni factæ in tormentis non præcedentibus indicijs vel pcedentibus, ſed ita leuibus ꝙ non faciunt pſumptionem,non ſtat,niſi in ea pſeueret.al

45 leg.gl.in d.l.1.C.de ꝯfeſ. †Et dicit,ꝙ intellr̄ perſeuerare eo ipſo ꝙ non reuocat, qa metus tormentoꝝ non eſt iuſtus metus.nam iudicis auctoritas operat ꝙ factum per talem metum valeat, qa pertinet ad executionem iuſtitiæ,vt ff.qđ met.cau.l.3.cum non fiat cōtra bonos mores.ſed iure licite,vt ibi patet. Si aūt appellat non intellr̄ perſeuerare, ſed tacite reuocare,vt no.ff.de appel.l. creditor. §.iuſtus.Sed aſſeſſores,vt nō poſſit appellari faciunt talem ꝯfeſſum iterum de nouo ex interuallo tp̄is duci ad tribunal, & ibi publice confiteri,vt l.2.C.de cu.re. ſed ſi ꝓbari poſſet, ꝙ iſta noua cōfeſſio emanaſſet repetitis tormentis, iſta noua confeſſio eſſet eodē vulnere ſaucia,& vulnerata,& maior, qa ſemel tortus competēter non debet iterꝝ torqueri niſi ſuperueniāt noua indicia.ff.de qō.l.repetita dicit Bal.in d.l.1.de cōfeſſis.Sed parcat mihi reuerētia tanti Doct. nō eſt veꝝ,ꝙ

46 † cōfeſſioni extortæ ꝑ torturam ſine indicijs,ſi pſeueretur,ſtetur per ſupradicta.Præterea gl.quam ipſe allegat hoc non ꝓbat,vt patet cuilibet intuēti. Item eſt ꝯtra caſum.in d.l.pen.ff.de qō. Itē aliud qđ dicit, videlicet ꝙ intelligat perſeuerarē eoipſo qđ nō reuocat non eſt veꝝ ſimpliciter.Nam tunc dr̄ qs perſeuerare in ꝯfeſſione facta in tormentis q̄n poſt dictam confeſſionem reducit in loco publico iudicij.& ibi corā notario,& publicis pſonis ꝯfitēdo text.eſt in l.2.C.de cu. re.ſm Bar.in l.1.§.diuus ſeuerus.ff.de queſt. vnde non ꝑ non reuocationē, & ſic ꝑ nō factum,ſed ꝑ expreſſam ꝯfeſſionem factam in loco publico coram pdictis, & ſic ꝑ factum intelligit perſeuerare,& ita puto tenēdū, & hoc ēt reperio tenere d.Tindarum in tract. ſuo de prob.in verſ.nūc de criminalium cauſaꝝ cōfeſſionibus.circa mediū,vbi ad conte

47 xtum,& ad verbum ſic dicit. † Scias tn̄ circa hm̄oi torturam,ꝙ in tm̄ requirit indicia pcedentia, ꝙ ſine eis,ēt ſi millies confeſſus in tortura in ſua cōfeſſione perſeueraret, nihil operaret eius perſeueratio, nec poſſet ex ea ſequi ꝯdēnatio.tex.eſt ſing. ad hoc quē Bar. ibi ponderat.in l.pen.ff.de quæſtio. & eſt ad idem alter tex.ſm vnam lect quam ēt ibi ſequitur Bar.eo.tit.l.maritus.& tenet Ang. in l.1.C.de cōfeſſi. Adde aliud mirabilius,ꝙ ſi qs eſt cōfeſſus in tortura non pcedētibus legitimis indicijs, deinde anteq̄ reponatur in priſtina libertate ſupueniunt indicia ex hoc nō conualidat ꝯfeſſio facta in tormētis, nec pſeuerare ſufficit gl. eſt ad hoc ſing.& vnica quā Bar.ibi multū cōmēdat in d.l.maritus. & ſequtur Bal.in l.ſi.C.de accu.& Lud.de R.

48 in conſ.167.†Sed ponamus ecce,ꝙ ptās,vel iudex condemnauit confeſſum vigore dictæ confeſſionis inualidæ extortæ ꝑ torturam, in caſu

in caſu quo non poterat torqueri,quia non præcedentib.legitimis indicijs,ut ſupra dcm̃ eſt, vel quia alias tortura fuit iniuſte illata, vel rõne perſonæ quæ torqueri nõ poterat, vel rõne delicti pro quo torqueri non poterat,vt ſuperius oſtenſum eſt,an ipſa ſnia erit nulla ipſo iure,vel erit opus appellatione,vr̃ ꝙ ſit nulla ipſo iure.nã ſnia lata ꝑ ꝓbõnem a iure improbatã,eſt ipſo iure nulla, vt eſt in c.2.de purg.vulg. Tu dic,aut ſnia ꝯtinet expreſſum, & patens vitiũ ꝓbõnum à iure improbatoꝝ, vt qa dixit. & qa ꝯſtat nobis per ꝯfeſſionem Titij habitis indicijs ꝑ talẽ eius libertum tortum,vel ꝑ talem eius fratrẽ coactum teſtificari, vel ꝑ talem eius inimicum & ſi.ideo ipm̃ ꝯdemnamus,& tunc ſit ipſo iure nulla.& ita loquat̃ tex.in d.c.2.vel qa dixit iudex , & qa ꝯſtat nobis te culpabilẽ ꝑꝑ duellum,vel ꝑꝑ experientiam ferri cãdẽtis , ideo te ꝯdemnamus . iſta eſt doctrina Ioan. And.in nouella.in c.qm̃ ꝯtra falſam, de ꝓb. in fin.quã refert Bal.in l.libertoꝝ.C.de teſt. Aut non ꝯtinet expreſſum.& patens vitium. ſed latẽs,& tũc nõ eſt ipſo iure nulla, ſed eſt opus ꝓuocatiõe,vt l.2.C.qñ ꝓuo.nõ eſt ne.

49 Item ad aliud † debet aduertere iudex vt ante formatum ꝓceſſum, & ante li. conteſt. non ꝓcedat ad torturam.vt ẽt infra dicet. & & fuit dcm̃ ſupra dum tractauimus.de indicijs.in 2.q.in verſ.q̃ro an teſtis.Inſuꝑ q̃ro,iudex formauit ꝓceſſum ꝯtra aliquem,ille cõparuit,& negauit,iudex ſolẽniter parte citata examinauit teſtes,ꝑ quos legitima ꝓbant̃ indicia, & poſtea non aũr publicato ꝓceſſu, & teſtibus, poſuit reum ad torturam q̃rit̃ an iuſte,& legitime hoc factum fuerit.Et primo vr̃,ꝙ ſic,nõ ad petitionem partis,ſed ex offõ iudicis,qa non eſt vis,ſi ſit publicatꝰ ꝓceſſus vel non, qa quantum ad iudicem ſemper eſt publicatus,vt not. Inno.in c.cum clamor.de teſti. In ꝯtrarium eſt veritas,nam ex dictis teſtium ante publicationem non fit ꝓbõ nec indicium,vt eſt caſus ſm̃ vnam lect.in l.ſolã. C. de teſti. & ꝑ ꝯñs non ꝓcedit ad torturã .

50 & illud tenet Iac.ibi.† Et eſt rõ, qa cum tortura non debeat fieri,niſi in defectum ꝓbõnum,& p̃cedentibus indicijs,& adhuc nõ cõſtet de his , qa ꝓceſſus non publicatus non ꝓbat,vt d.l.ſolam, ergo non hẽt locum tortura. Et ꝑ hanc rõnem,& aucto. Iac.idem tenet Bal.in l.milites. C.de qõ. Sed eſt aduertendum,qa dicta rõ non vr̃ bona , ꝑ ea quæ not.Doc.& maxime Bald.in l.geſta.C.de re iud.vbi dixit Bald. ꝙ iudex põt ferre ſniam , ẽt nõ publicatis atteſtationibus.& valet ſnia, niſi ambæ partes,vel altera contradixerint , & ita tenuit Innoc.in d.c.cum clamor,de teſti.& But.in l.prolatam de ſent.licet gl.ibi teneat ſniam non valere non publicatis atteſta

51 tio.† Vnde vr̃ poſſe aſſignari rõ, quia iudex non debet auferre defenſionem partis , imò non põt ad ꝯdemnationem ꝓcedere, niſi dato termino ad faciendum defenſionem , cui ẽt renunciari non põt,vt hr̃.in l.cuſtodias.ff. de pub.iud.& in l.pactum inter hæredem. ff. de uac.Sed hæc defenſio ꝑ reum fieri nõ poſſet, niſi publicatis atteſtationibus teſtiũ qa alias ſcire nequiret qd teſtes teſtificati ſint, niſi publicent,cum ipſoꝝ examinatio fiat in ſecreto,vt l. ſi qñ.C.de teſti. Poſſet forte diſtingui,ꝙ aut pars petit publicari atteſtationes,&copiam indicioꝝ ſibi dari,&hoc debet fieri,qa debet dari copia indicioꝝ, qa ſuper eis debet diſputari , an procedant nec ne l. vnius.§.cogniturus.ff.de qõ.ſm̃ Bart.in l.fi. in fi.eo.tit.& huic diſputationi,non torturę, debet intereſſe aduocatus,vt no.gl.& Bart.in l.legis virtus.ff.de ll.& ꝑ hoc d.l.cuſtod.nam poſſet in dicta diſputatione apparere de inualiditate indicioꝝ,& teſtes poſſent reprobari.& ſic indicia remoueri,ꝑ ea q̃ no.Inno.in c.p̃ſentium,& in c.licet,de teſti.Item debebit ſuꝑ hoc pronunciari , vt diximus de his ſupra in hac q.in ver.5.iudex.Aut non eſt petita publicatio atteſtationum,& copia indiciorum,& tunc ꝓcedat ꝙ primo loco dcm̃ eſt , ꝑ no.ꝑ Inno.in d.c.cum clamor.&Bal.in d. l.geſta.& Iac.But.& Bal.in d.l.ꝓlatã.Et hac diſtĩõne eſſet vtẽdũ poſt factũ,ad ſaluandũ iudicẽ i ſyndicatu, ſed ante fcm̃ melius faceret iudex ſeq. ſniam Bal.in d.l.mil. & Iac.i d.l.ſolã,q̃a dr̃ et prius publicare ꝓceſſum, & atteſtatiões,q̃ deuenire ad torturã , qđ ẽt firmat Bar.in l.vnius.§.1 .ff.de q.,ꝓ quo ẽt facit qđ no.Bal.in l.in bonæfidei.C.de iureiur.4.col.

52 Quæro † cum ſupradictũ fuerit, ꝙ iudex in tortura debet aduertere ad multa, an debeat aduertere ad aliqđ tp̃s,& ſic an tortura adhiberi poſſit diebus feriatis in honorem Dei? Rñdeo,hæc q.vr̃ decidi ꝑ text.in l.nemo.C.de epiſ.aud.& in l.prouinciarii. C.de fer.Nam aut delicta ſunt atrociora,vt latrocinium,ſacrilegium,crim.læſæ maieſt. adulteriũ,ſtuprũ,inceſtus,raptus virginũ, vel ſan

ctimonialium, veneficium, homicidium, parricidium, & ſim. & in his pôt omnibus dieb. ẽt paſchalibus, procedi ad torturam, tex. eſt expreſſus in d. l. nemo, ver. ſed ab his. & in d. l. prouinciaꝝ. Si aũt non ſunt crimina atrocia, ſed minora, in qbus eſt imponenda pœna pecu niaria, tunc vr̃, ꝙ non poſſit fieri tortura diebus feriatis in honorem Dei, per d. l. nemo, in princ. & l. dies feſtos, ibi ſit idem dies à cognõnibus alienus, & l. 40. & l. actus C. de fer. Cõſuetudo tñ vr̃ male ſeruare hoc, licet ẽt in tortura, ẽt alia ſupra, & infra dicẽda male ſeruet, tñ hoc de die feſto poſſet roborari, qa tortura eſt qdam examinatio extraiudicialis. vñ ſi pceſſit iudicialis cognõ in dicioꝝ poteſt poſtea dicta examinatio fieri
53 quo libet loco, & tpe, † exẽplo teſtis q iudicialr̃ iurauit. nam pôt examinari quolibet tpe, ẽt feriato in honorem Dei, ut tenet Spe. in tit. de fer. §. 2. ver. qd ſi tunc teſtis. & Bart. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. inf. & Bal. in l. qñ. C. de teſt. & eſt gl. in clem. 1. de off. deleg. Itẽ pôt hoc iuuari, vbi vigeret ſtatutum. put eſt cõiter p Italiã ꝙ in cauſis criminalib. pcedatur quocunq; tpe, ẽt feriato in honorẽ Dei, ut vult ẽt ſtatutum in hac terra S. Seuerini, in rub. de fer. An aũt iudex debeat aduertere, anteq̃ deueniat ad torturã, à qua pſona debeat incipe. ſi ſunt plures torquẽdi.
54 † Rñdeo, aũt oẽs ſunt æque ſuſpecti de crimine de quo q̃ritur, & tunc incipiendum eſt ab eo q timidior eſt, ſi diſpariter ſunt timidi ſi uero æqualr̃ timerent torturam, tunc incipiẽdũ eſt à iuniori, & ab eo q magis tenere, ætatis eſt. caſus eſt in l. vnius, in prin. ff. de q. Si vero æqualr̃ non ſunt ſuſpecti, ſed ex oĩb. vnus eſt magis ſuſpectus alijs, & tũc ab illo incipiendũ eſt, & poſt iſtũ, tunc iudex debet examinare illũ, quẽ iudex crẽdiderit facilius poſſe ueritatẽ pmere, tex. eſt in l. 1. §. itẽ D. Adr. eod. tit. & ita vr̃ mihi, quis Barr. in d. §. Diuus. alr̃ loquaẽ. dicit. n. Bart. quẽ refert, & ſequiẽ Aret. in tract. mal. in uerbo, fama pu. col. 22. ver. nunc videamus de tortura, ꝙ iudex debet aĩaduertere, à quo melius, & citius ſperat extrahere veritatem, & ab illo torquẽ do faciat initiũ. Si aũt ſperat ita ab vno, ſicut ab alio, tunc initium faciat ab eo, qui magis de crimine eſt ſuſpectus. Si aũt oẽs pariter
55 ſunt ſuſpecti, incipiat à magis debili. † Item ſi eſt pr̃, & filius, incipiat à filio, in pſpectu pr̃is, qa magis timet in filiũ, q̃ in ſe, ut l. iſti quidẽ. ff. qd' me. cau. Et ſi eſt maſculus, & fœmina, incipiat à fœmina qa eſt debilior, ut l. filio. C. de inoff. teſt. & l. deferre. in prin. ff. de iure fiſci, ſed Gãd. in ſuo tract. malef. in rub. de q. & torm. in ver. nũc videndũ eſt, quo ordine ſint hñda tormẽta. dicit, ꝙ iudex ſagax pſiderabit, à quo facilius veritas erui poſſit, vt ab illo qõnẽ incipiat, tanq̃ à timidiore, & à magis ſuſpecto, & à magis debiliore, & nõ à forriore, ut l. 1. § q qõnem. ff. de qõ. & d. l. vnius, & à fœmina, potius quã à maſculo, & à filio, potius quã a pr̃e, p iura ſupra alle. Et vide ad pdicta ẽt p Io. And. in c. cũ in ꝯtẽpl. de reg. iur. vbi ponit, ſm qd' alias audiui à pceptore meo in uoce, ꝙ ſi inter torquẽdos eſt aliqs q habeat aliqd' turpe cognomen, ſicut eſt in pluribus locis, puta forabo ſco. va de nocte, & ſimilia, qd ab illo erit incipiẽdũ.
56 Videamus modo † qõo ſe iudex gerere debeat qñ poſuit aliquẽ in tortura, in examinãdo, & interrogando tortũ, ad hoc Bar. dat hanc practicã, vʒ, ꝙ aut iudex pcedit ſuper gñali inquiſitione, q formauit, pſtito ſibi de maleficio, licet non pſtet de malefactore, & tũc teſtis debet interrogari, q s dcm̃ maleficium fecerit, nõ aũt debet noiare aliquẽ, vʒ, an Titi⁹ fecerit illud, qa hoc eſſet magis ſuggeſtio, q̃ inqſitio veritatis: & ita debet intelligi. l. 1. §. q qõnem. ff. de qõ. & hoc caſu, anteq̃ veniaẽ ad torturã, debẽt eſſe aliqua indicia ꝯtra teſtẽ, vt dcm̃ fuit ſupra in hac princ. q. poſt princ. Aut iudex pcedit p modũ ſpãlis inqſitionis, aut accuſationis, ꝯtra certam pſonã, & tũc aut torqueẽ teſtis, aut ipſe principalis. ſi torqueẽ q s, ut teſtis, tũc debet interrogari, an inqſitus, uel accuſatus, fecerit maleficium intentatũ, vel alius, non aũt interrogabiẽ de modo, & alijs circũſtantijs, ſed ſit interrogatio hoc modo, qa interrogabiẽ, qualiter fecit illud maleficium inqſitus, vel accuſatus, & qñ, in qua parte corporis pcuſſit. non aũt interrogabitur limitate, ſi percuſſit ſic, vel ſic. quia iſtud eſſet ſuggeſtio, ut dictum eſt. & ita intelligit d. l. 1. §. diuus Adrianus.
57 † Aut torquetur, ut principalis, & tunc d. §. diuus. dat formã, quia debet interrogari ſolum de ſe, & non alijs. Si aũt in tortura aliquid depoſuerit contra alium. tunc an illud faciat indicium, fuit alibi dictum h. d. Bart. in l. 1. §. qui qõnem. ff. de qõ. Item ſi interrogatur ipſe principalis, debet eum interrogari in gñe, ſi cum aliquo fecit aliquam rixam vel

vel ẽt ad ſpeciem deſcendendo, ſi cum Caio, vel ẽt magis ad ſpeciem, ſi Caium vulnerauit, non aũt magis in ſpecie inclinet, uel dicat, vel vlterius interroget, alias forte ille me tu tormentoꝝ ut doctus illud diceret, quod nunq̃ ſciuiſſet dicere, nec dicere potuiſſet. & ſic ↄtra ius ↄfeſſionẽ hr̃et de delicto, qđ forte nunq̃ cõmiſit, qđ eſt iniquum. facit qđ not. gl. in l. prius. ff. ad Syll. & Cyn. in l. fi. C. de acc. & ibi Saly. in ver. q̃ro nunc de modo. ita dicit Aret. in tract. malef. in gl. in ver. fama pub. in vlt. col. ſed do. Aug. de Ari. ibi in addit. dicit, ꝙ ipſe putat hæc uera. vbi indicia nõ eſſent nimis manifeſta. ſed ubi ↄſtaret de delicto vere ↄtra inculpatũ, non video quare iudex ad ↄuincendã malitiam malefactoris q negaret, ad hoc ut ſibi denotaret, ꝙ immo iudex ſcit omnia, quare iudex peccaret ſi hoc diceret reo, p ea q hñr in l. cum hi. §. ſi cum lis. ff. de tranſact. cũ ſim. vbi malitijs ho
58 minum eſt obuiandũ. †Sed ponamus ꝙ tortus negat, & in negõne pſeuerat, an poterit iteꝝ torqueri. Rñdetur, ꝙ in hoc tex. vñr cõtrarij, nam l. repet. in princ. ff. de qõ. dicit ſimpliciter, ꝙ qõ repeti põt, ſed l. vnius. §. j. dicit ꝙ ita demum repetitur, ſi euidentioribus in dicijs, reus opprimitur. Dñt Doct. ꝙ aut nulla ſunt indicia de nouo, & qõ non põt repeti, aut ſunt indicia de nouo euidentiora primis, & tunc põt repeti. & ita ↄcordant dicta iura, ſm Iac. de Are. & Cy. in l. fi. C. de qõ. & Ray. & Bar. in l. vnius. §. 1. ff. eod. tit. Et ibi dicit Bar. ꝙ licet iſta ſint vera de iure, tñ de cõſuetudine non ſeruatur, ſed qõ repetitur toties quoties iudici uidebitur. Ipſe tñ alr̃ intelligit iſtam mãm, dicendo, ꝙ qñ apparent contra reum indicia leuia, & non multũ manifeſta, nec multũ vrgentia, tunc qõ non debet repeti, qñq; ↄtra reum apparent indicia manifeſta, & euidẽtia, & multũ vrgentia. tũc ſi in prima tortura, reus nihil dixerit, & ſtat dutus, poterit iteꝝ torqueri, ut d. l. diuus. §. 1. & d. l. repet. Et qđ dr̃ in d. §. euidentior. b. argumentis, exponit. i. euidentioribus, q̃ ſint alia argumẽta leuia, q̃ conſueuerũt apparere contra reos, ſed ſm primam lect. de qua ſupra exponitur euidentior. b. argumentis, q̃ fuerint prima argumenta contra reũ. ita dicit ipſe ibi. ſm tñ ſecundam expõnem, dicit hanc mãm practicari. Aret. aut in ſuo tractatu malef. in gl. in verbo, fama pub. col. 22 ver. 3. q̃ro. dicit, ꝙ Bart. in l. vnius. §. 1. ff. de

59 qõ. dicit † ꝙ ſi primo fuit ſufficiẽter tortus, nunq̃ tormentis põt repeti, niſi ſupueniant indicia de nouo, ut ibi ꝓbat, quod not. dicit ipſe Aret. contra aliquos crudeles iudices, q quotidie torquent, & tormenta repetũt, & de nouo alia indicia non hñt, qm̃ tenent in ſyndicatu, qa non poterant illum in tormentis repetere. & idem dicit tenere Saly. in l. 2. in fi. C. de cu. re. & dicit qđ Dyn. in ſuo tract. de qõ. dicit, ꝙ aſſeſſores hoc nõ ſeruãt, ꝓ quoꝝ opin. ſaluando alleg. in auth. ut iud. ſine quo. ſuf. §. op. ibi, iudices torquebũt ſures & c. do. aũt Aug. de Ari. in d. verſ. 3. q̃ro. ĩ add. dicit, ꝙ Bal. in l. mil. §. de qõ. dicit ꝙ ſemel tortus, non põt iteꝝ torqueri, & ſi faceret hoc iudex, qđ repeteret, & tortus decederet, dr̃et acriter puniri domi. Catald. in ſuo ſynd. in qõ. 220. dicit ꝙ leuiter tortus, poteſt iteꝝ torqueri quantũcunq; Bald. in l. obſer. C. quoꝝ app. non re. dicit ꝙ ſemel tortus, ẽt inſufficienter, non põt torqueri ſine nouis indicijs, q̃ ſniam idem do. Aug. non credit eſſe ueram, cum careat rõne, ꝑ doctr. Bart. in d. l. vnius. & dicit, ꝙ ſibi placet doctr. Gand. in ſuo tract. mal. in rub. de qõ. & tor. in ver.
60 an qõ poſſit repeti. qui dicit † qđ licet aſſeſſores, qui ſunt auidi honoris, ſeruent, ut repetant qõnem, ſine nouis indicijs, tñ cõis opin. Doct. eſt, ꝙ ſine nouis indicijs nõ põt. Et idem affirmauit idem Gãd. in d. rub. col. 1. licet ibi dicat, quod de ↄſuetudine, multi aſſeſſores hoc non obſeruent. Et Ang. in l. 1. §. ſi quis. ff. ad Syll. dicit, qđ ſemel illata tortura caueant iudices, ne iteꝝ torqueant. & Bal. in c. 1. §. furtũ, de pace iu. fir. dicit, ſemel tortus, bis, & ter, & ſufficienter, ſi tñ pſeuerat negãdo, & ſupueniant indicia de nouo, põt iteꝝ torqueri. & idem dicit in l. 1. C. de conf. in 7. col. quod ſemel tortus cõpetenter, non põt iteꝝ torqueri ſine nouis indicijs. & Bart. in l. vnius. §. 1. de qõ. dicit per illũ text. quod põt repeti tortura, poſt publicationem ꝓceſſus, qñ ſunt indicia euidentiora primis. Mihi autem, in tanta uariatione, vr̃ latius diſtinguendum, videlicet, quod aut tortus ex primis indicijs fuit competenter tortus, aut
61 minus cõpetenter, uel leuiter. †Primo caſu, aut noua ſupeueneruent indicia, & validiora primis, & repetitur qõ. ſm omnes per tex. in d. l. vnius. §. 1. Aut æqualia primis, vel minora, & tunc, aut in prima tortura reus ↄfeſſus eſt. & poſtea variauit, qa negauit, & tunc propter

pp noua indicia, dúmodo de iure valida, ad torturá qõ repetit, qa principalr ſecunda indicia nõ ſunt purgata pp primá torturá, in qua corpus, animuſq. nõ durauit, qa confeſſus fuit, licet poſt receſſum à tortura diffiteatur, & ita vno modo põt intelligi. l. repeti. ff. de qõ. Et hoc caſu forte ẽt ſine nouis indicijs, poterit repeti tortura, qm̃ ex illa prima cõfeſſione, ẽt reuocata, vr̃ fieri nouum indiciũ, qđ ſufficit ad repetendũ torturá, vt vr̃ velle Bald. in l. bonęfidei. C. de iureiur. in 3. col. & vide quod dicetur infra in 6. q. videlicet de effectu torturæ, in verſ. ſed ponamus. vbi de hoc late dicet. Aut nihil confeſſus eſt in prima tortura, & tunc non repetat, ꝑ d. l. diuus. §. 1. niſi prima, & ſecunda indicia eſſent multum vergẽtia, & manifeſta, vt dixit

62 Bart. in d. l. vnius. §. 1. †Si vero prima tortura fuerit leuis, & minus cõpetenter facta, & tũc indiſtincte poſſit repeti. & ita ẽt põt intelligi. d. § 1. Ad qđ ẽt facit qđ not. Bald. in l. 2. C. quoꝵ app. nõ re. q ſi aliqs fuit leuiter tortus, non hr ꝓ torto, ſicut leuis fabricula nõ dr̃ febris. vt ff. de edi. edi. l. ob q̃ vitia. §. ſi. Tormentũ. n. dr̃ dolor corporis, & magna afflictio, vt not. Ioan. And. in nouella. in c. cũ in contẽplatione. de reg. iur. ſm eum. Et ſm hanc diſtõnem, intelligo quod dicit ibi Bald. q ſi tormẽta ſunt plene impoſita, non pñt repeti, niſi ex nouis indicijs, & qđ idẽ dixit in l. 1. C. de ꝯfeſ. vbi dixit, q ſemel tortus cõpetenter, non debet iteꝝ torqueri, niſi ſuperuenerint noua indicia. Et hæc puto vera de iure, licet ꝯſuetudo obſeruet cõtrariũ, & latrũculatores multũ inſæuiãt in torquẽdo, repetendo pluries, & ita ſeruari vidi. & ita qnq; ſeruaui, licet minus iuridice. & maleſa

63 ctũ fuerit. †Sed cũ hic fiat mẽtio de nouis indicijs, q̃ro q̃ dicant noua indicia. hanc q. ponit. Aret. in d. tract. malef. in gl. in verbo, fama publ. col. 23. in verſ. quæro q̃ d cantur. dicit, q noua indicia dñr ea, quæ differunt à præcedentibus, ſpẽ, vel ſubſtantia, v. g. prima indicia erãt de mala fama rei, vel quod erat inimicus, &c. ſupuenit poſtea vnus teſtis q dicit, ſe vidiſſe reũ ꝑcutere, vel dicit, q vidit cũ gladio euaginato, talia. n. indicia dicunt noua, q̃ à prioribus, ſpẽ differunt, vel ſubſtãtia, ſicut dicimus in capitulis nouis l. ꝑ hãc. C. de tẽp. app. & c. fraternitatis. de teſti. qđ dicit eſſe notandũ, ne erret, qa ſi primo fuerit habitũ indiciũ ex fama ꝑ aliquos te-

64 ſtes, & cũ eo fuerit data tortura. †Quid aũt ſi qs fuit poſitus ad torturá ꝑcedẽtibus legitimis indicijs, & fuit ꝯfeſſus crimẽ de quo q̃rebat, nec ꝯtra ipſum militãt alia indicia, ſuper alijs delictis, an poſſit interrogari, vt ꝯfiteat, ſi cõmiſit alia delicta, & maxime eiuſdẽ gñis puta fuit tortus ꝓ furto, & cõfeſſus, an poſſit interrogari, ſi cõmiſit alia furta. dic q nõ, vt l. 1. in prin. ff. de qõ. ſed de conſuetudine ſeruar̃ cõtrarium q̃ conſuetudo põt probari ꝑ l. non oẽs. §. à Barbaris. ff. de re mil. & l. ꝯgruit. ff. de off. præſi. ita dicit Gand. in tract. malef. in rubr. de qõ. & tormentis. in verſ. ſed qd de qõne. quæ quotidie occurrit de facto. & ita dicit etiá tenere Aret. in ſuo tract. malef. in gl. in verbo, fama publ. in vlt. col. ſed do. Aug. de Arim. ibi in ſuis additio. dicit qđ talis conſuetudo non valet, tanq̃ irrationabilis, & ꝯtra tex. in c. ſi. de conſuetu. & in l. 2. C. q̃ ſit longa conſue. nã opus eſt, ſm ipſum, q primo conſtet de delicto anteq̃ ad torturam procedat, vt l. 1. §. itẽ illud. ff. ad

65 Syll. & fuit ſuperius dictũ. †Ego puto q ꝑdicta poſſint ꝯcordari hoc modo videlicet, q aut ꝯtra eum ꝑcedit diffamatio gñalis de illo crimine, videlicet, q eſt magnus latro, & tũc ſit laudabilis illa ꝯſuetudo, q de alijs interrogetur pp illam diffamationem, ꝑ d. §. à Barbaris. Aut non ꝑcedit talis diffamatio, & tũc ſecus. vnde iudex diſcretus, debet aduertere ad qualitatem ꝑſonæ. Sed ponamus. q q s eſt tortus legitime, tñ non ꝯfitet, imò perſiſtit in negatione, qd hẽt facere iudex? Dicas, q debet eũ reponere in carceribus, & expectare, ſi põt hr̃e noua indicia, & tunc, vt ſupradictũ eſt. ſi hẽt noua indicia, vel vacillet, debet ipſum iteꝝ torquere. Si aũt nõ ſupueniũt alia indicia, vel non vacillat. debet aſſignare accuſatori, ſi ꝑcedir ꝑ viam accuſationis, vnã dilationẽ, ad ꝓbandũ, & ꝓducendũ qdquid vult, & põt contra accuſatum, vel inculpatũ, proteſtando, q alias, elapſa, dicta dilatione, ſi nõ fuerit aliqd ꝓductum, vel ꝓbatũ ſufficiẽter, ipſum relaxabit. ita dicit Aret. in tract. malef. in gl. in verbo, fama publ. in

66 vlt. col. in ſi. †Vbi ẽt dicit, q erit bona cautela, q in relaxatione iudex faciat apparere in actis torturá eſſe adhibitá cõtra detentũ, cũ moderamine, ſm qđ indicia habita demonſtrabãt, & ideo qa fuerũt purgata bene indicia, nõ repẽtũ culpabilẽ, mãdauit relaxari, & dicit hoc notari ꝑ Bart. in l. ſi. in princ. ff. de quæſtio

5 Surdus, & mutus, à natura non poſſunt torqueri, nec etiam damnari, niſi ex dictis teſtium.
6 Mulier prægnans non torquetur, ſed expectatur, vt pariat, & poſt partum ſuperſedetur per quadraginta dies, & ſi dubitetur, an ſit prægnans, obſtetrices, & medici ſunt conſulendi, quos ſufficit de credulitate deponere.
7 Medici quãdo in criminalibus examinati debeãt

deponere

deponere de veritate, & quādo de credulitate?
8 *Valetudinarij torqueri non poſſunt, ſi morbus talis ſit, vt torturam pati nequeant ſine periculo vitæ, vel corporis.*
9 *Minor 14. annis non torquetur, ſed ferula cæditur, vt veritas ſciatur, non vt damnetur.*
10 *Minor ætas in quibus caſibus non excuſet, quin reus torqueatur?*
11 *Senes, ſeu decrepiti non torquentur. nec alias corpore imbecilles, & num. 12.*
12 *Aetas ſenilis, & decrepita quæ dicatur?*
13 *Confeßio ſenis torti, etiam ſolenniter ratificata nulla eſt, nec ei in aliquo præiudicat.*
14 *Decuriones, & eorum liberi, milites, doctores, et aduocati propter dignitatem torqueri non poſſunt hodie tamen hoc non obſeruatur.*
15 *Rei ſponte ſe tormentis ſupponentes, ſine indicijs torqueri non debent. Idem ſi accuſator, & reus petant ſe torturæ ſubijci.*
16 *Teſtis vacillans torquetur, alias ſecus. & quando dicatur vacillare?*
17 *Teſtis vacillans, ſeu aliter de falſo conuictus in cauſa ciuili æque punitur, ac in cauſa crim.*
18 *Viles perſonæ, & exercentes viles artes an non admittantur in teſtes, niſi cum tortura?*
19 *Teſtes celeriter reſpondentes, antequam totus articulus eis legatur præſumuntur falſi. & an ex hoc poßint torqueri?*
20 *Teſtis qui dicit vnū in iudicio, et aliud extra iudiciū, incidit in falſum, vt ſaltē torqueri poßit.*
21 *Teſtis ſi vnum dicat in iudicio, & aliud extra iudicium cui dicto ſtandum ſit?*
22 *Mercatores fugitiui, & decoctores torquetur, vt indicent ſcripta, & pecunias ſibi datas ad negociandum.*
23 *Accuſator, & accuſatus in crimine falſi poſſunt torqueri, modo ſint indicia.*

Quæ perſonæ torqueri poſſint, & quæ non. Cap. X.

1 TOrqueri † pñt tam mares, q̄ fœminæ, & demum omnes, niſi ſint à iure excepti. l. edicto. ff. de quæſt. Infraſcriptas autem perſonas per leges exceptas accepi, & hoc ordine intelligemus, quæ perſo
2 næ torqueri poſſint. Minor † natu vigintiquinque annis, licet ſint indicia legitima ad torturam eum, non poterit torqueri, niſi ei fuerit datus curator. Hoc amplius, non cogetur reſpondere inquiſitioni ſine curatore: & ſi riſderit, proceſſus erit nullus. Vlterius confeſſio facta per eum ſine curatore
erit nulla, vide Hipp. §. nūc videndū nu. 31.
Gand. ſub rub. de alijs qōnibus vari. & ita di
cunt obſeruari. Hodie vero p illuſtriſſimos
Venetos, multaq. Italiæ loca non obſeruatur.
3 Et † qñ delinquens eſt doli capax, procedit
contra eum ſine curatore. Prædicta obſeruā
tia defendit bonis iuribus, vide Bald. c. 1. §.
4 ſacra de pace iur. fir. Vtilis reip. † non torque
tur, vide Hipp. l. edicto. ff. de qō. vbi multos
ponit caſus. Limita tñ, q aliquod priuilegiū
non habet locum in criminibus atrocibus,
ſicuti in crim. læſæ Maieſt. ſiue veneficij. Sur
5 dus, & mutus à nā, licet indicia ſint contra
eos, non pñt torqueri, nec ēt damnari, niſi
ex dictis teſtiū, vide Bru. in gl. Quarto prin
6 cipaliter. Mulier † prægnans non torquet,
ſed expectat vt pariat, & poſt partū non po
teſt torqueri intra dies 40. Et ſi ante torque
tur, ꝯfeſſio non valet, vide Hipp. §. nunc videndum nu. 48. Et Iudex quoties dubitat an
ſit pgnans, debet ꝯſulere obſtetrices, & medi
cos, quos ſufficiat deponere de credulitate,
licet ſm aliquos debeant deponere de verita
7 te. Sed dic, † q in morbis, qui vere cognoſci
pñt, vt puta in febre, q ex pulſu, & vrina cognoſci pōt, tunc periti tenent deponere de
veritate, alr̄ de credulitate, vide Par. de Put.
8 tract. de ſynd. c. officialis Veletudinarij, † ſiue
q morbo aliquo laborant, torqueri nō pñt,
ſi talis eſt morbus, vt torturā pati nequeant
ſine periculo vitæ, ſeu corporis, vide Bal. ꝯſ.
275. in quo conſuluit p medicos videre torquendū, cū iura exigant tale moderamen, vt
tortus ſanus, ſeu ſaluus innocentiæ ſiue ſup
9 plicio ꝯuerſet. Minor † natu 14. an. non tor
quet ferula aūt pōt terreri, vt veritas ſciat,
10 non aūt vt damnet. Sed in quibuſdam † caſibus minor ætas nō excuſat, qn torqueat,
vt in crim. læſæ Maieſt. & in proditoribus, &
ſimilibus l. fi. C. ad Sylla. & l. deſertoré. ff. de
11 re mil. Senes, † ſeu decrepiti non torquent l.
12 3. §. ignoſcit. ff. ad Sylla. Quę aūt † dicatur
ſenilis ætas, & decrepita ſcriptores ſe remittunt ad ſupradictā legē ex qua tñ nihil elicitur de pdicta ætate. Imò aliqui interpretando eā tenent ꝯtrariū. Sed dic, q ſicut impuberes pp minorem ætatē torqueri non pñt,
æque, & ſenes pp imbecillitatem torqueri
non debēt. Simile ſupradictū eſt de muliere
pgnante, & ſimilibus. Et hęc ꝯcluſio ſatis pbat in l. 1. C. qui ætate liberantur lib. 10. Et
concluſiue ſenes dñr qui ſunt annorum 70.
qui

q̃ excuſant à tutela l.2. C.de excuſ.tut.Spec.
in ti.de teſt.§.nunc tractandum.Sed iudicio
meo in hac mã tormentorum ſpectanda eſt
qualitas pſonæ torquendæ, multi.n.ante ſu
pradictum tp̃s pp corporis imbecillitatem,
ſeneſcunt: quare cõcurrente ſupradicta, aut
ſimili cauſa ẽt infra dictum tp̃s non torque
bitur reus, nam multi pp imbecillitatem, &
13 infirmitatem in tormentis perierũt. [†No
ta q̃ confeſſio ſenis torti vt ſupra, ẽt ſolen-
niter ratificata eſt nulla, nec ei preiudicat in
aliquo Gl.Bart.& alij. in l. pe. ff. de q̃õni.]
14 Decutiones, †& eoꝝ liberi, milites, docto-
res, & aduocati pp dignitatẽ torqueri non
pñt, vide Hipp.§.expedita.Hodie vero p Il-
luſtriſſimos Venetos, & p totam Italiã prædi
cta priuilegia non obſeruanẽ, & ꝯſueuit alr̃
iudicari. De tali conſuetudine vide Odofr.
15 tract. de qõ. Rei licet † ſponte ſupponant
tormẽtis, non debent tñ ſine indicijs torque
ri. Et quia ſæpe accuſatores, qñ nequeũt ꝓ-
bare, inſtãt ſe, & accuſatos torqueri, non de
bent tñ torqueri, licet ambæ partes conſen-
tiant: & rõnes nõ deſunt, primo quia nemo
eſt dñs membrorum ſuorum, & per ꝯñs nõ
poteſt quis committere ſe percutiendum, ſi
ue torquendum. Secundo q̃a ea, q̃ ſunt meri
imperij, nõ pñt facto priuatoꝝ dirimi, & cõ
cedi. l.priuatorum. C.de iuriſd.omn.iud. Te
16 ſtis † non torquet̃, niſi vacillet, & dr̃ vacilla
re, qñ modo ait, modo negat, ſeu qñ conuin
citur per alios teſtes contrarium deponen-
tes l.is, cui .ff.de qõ. Nihilq́. refert an cauſa
17 ſit ciuilis, vel criminalibus quia teſtis † va-
cillans ſiue alr̃ de falſo ꝯuictus in cauſa ciui
li æque punitur, ac in cauſa criminali. Viles
18 † pſonæ, & exercẽtes viles artes non admit
tunt̃ in teſtes, niſi cum tortura, uide Azo. in
auct. de teſti.§.ſi uero ignoti. Sed hęc opinio
non eſt vera l.diuus.ff.de q̃ſt. Pñt tñ torque
ri, qñ vacillant, ſeu qñ in mendacio conuin
cuntur, ſeu qñ tentant corrumpere veritatẽ,
vel qñ ſponte eunt ad teſtandũ. Sed hoc po-
ſtremũ obſeruarẽ in qualiber perſona p re-
gulam diuinã, teſtis ſpontaneus ꝯcinnat lin
19 guã ſuã mendacio. Præterea teſtes † qui re
pentine, & celeriter rñdent anteq̃ totus arti
culus eis legat̃ præſumunt̃ falſi, & alij teſtes
eis præferunt̃, caſus eſt ſingularis. 2.q.5. Sed
an poſſint torqueri ambigitur. & ſentio ex
hoc ſolo non poſſit torqueri. Et ſm̃ ſnĩam
diuinam, qui prius rñdet, quam audiat, ſtul
tum ſe eſſe demonſtrat, & cõfuſione dignũ.
20 c.17. Prouerb. Item teſtis, qui dicit † vnũ in
iudicio, & aliud extra, incidit in falſum & fal
tẽ põt torqueri p doctrinã Bart.in l.eos .ff.
21 de fal. Sed dic ꝯtra, nã ſtandũ eſt ſecundo † di
cto in iudicio facto cum iur̃o, nõ aũt primo
ſine iur̃o. Bald. in l.fi. C.de teſti. Secus qñ cũ
primo concurrit aliqua præſumptio: quia
tũc ſtat̃ primo dicto. Rom. in ꝯſ.405. Sed, &
hęc opinio non placet, abſurdũ.n.eſt, primũ
dictum ſine iur̃o pręualere ſecundo dicto cũ
iur̃o. Et ſentio hoc caſu neutrum dictum va
lere, primum dictum non valet, q̃a non iura
tum. Secundum dictum non valet pp pſum-
ptionem contrariam, & pp variationem te
22 ſtis. Mercatores † fugitiui, & decoctores .i.
falliti torquent̃, vt indicent pecunias ſibi da
tas ad negociãdũ Itẽ vt indicent ſcriptas, &
alia ſimilia, vide Alexãdrum ꝯſ.77. Paridẽ de
Puteo in verſ. in cauſa nu.2. fol.293. Accuſa
23 tor † & accuſatus in crimine falſi pñt torque
ri modo ſint indicia ad torquẽdũ, vide Bal. l.
pen. C.de falſis, vbi dicit hoc eſſe notandũ.

1 *Clerici multa habent priuilegia in materia torturæ.*
2 *Clerici infames, vel deprehenſi in delicto torquẽtur, alias ſecus.*
3 *Mutilati mẽbris, vel aliqua parte corporis vitiati in criminali cauſa an contra clericos admittantur?*
4 *Teſtis non idoneus dicitur, qui laborat morbo animi, non corporis.*
5 *Tortura in clericos an non debeat eſſe ita ſeuera, ſicut contra laicos?*
6 *Teſtis clericus vacillans non torquetur propter dignitatem.*
7 *Clerici in omni delicto ſunt fauorabiliores laicis, & indicia, per quæ conuincuntur laici, contra clericos nihil operantur.*
8 *Per quæ male præſumitur de laicis, bene præſumitur de clericis.*
9 *Laicus deprehenſus domi pulchræ mulieris, eſt manifeſtus adulter, maxime ſi probetur aliquod ſignum venereum, ſecus in ſacerdote.*
10 *Sacerdos amplexans mulierem, præſumitur facere cauſa benedicendi.*
11 *Religioſis magis creditur, quàm laicis in omni ꝓbõne facienda, & in quocunque alio negocio.*
12 *Teſtes inhabiles inhabilitate iuris poſitiui vt periuri, & crimineſi poſſunt à Papa ad teſtificandum habilitari.*

13 *Papa, vel Imperator non poteſt concedere priui*
legia, vel condere legem contra diſpoſitionem
iuris naturalis.

De non torquendis clericis, & de priuilegijs eorum. Cap. XI.

1 CLerici † infinita hñt priuilegia in hac
mã torturæ, & hæc pauca ex plurib.
2 collegi. Primo † non pñt torqueri ẽt
exiſtẽtibus qbuſcũq; vrgẽtibus indicijs ꝯtra
ipſos, niſi ipſi ſint alias infames ſm Alex. l.
ſi. ff. de qſt. Sed deprehenſi in delicto pñt tor
queri, vide Panor. c. cũ nõ ab hoĩe. de Iud. Se
3 cũdo † in cauſis criminalibus mutilati mem
bris vel aliqua parte corporis vitiari non
ſunt idonei teſtes, nec pñt teſtificari ꝯtra ip-
ſos, vide Hipp. §. nũc videndũ nu. 52. Sed ani
maduertendũ eſt hoc nullibi legi. Et qđ lex
non dicit, nec nos dicere debemus. Et teſtis
4 † nõ idoneus dr̃, q laborat morbo animi, nõ
5 aũt corporis. Tertio, † clerici non ſunt tor
quẽdi, & ſi torquent̃, tortura non debet eſſe
ita ſeuera ꝯtra eos, ſicut in laicos, vt ꝑ Alb.
in c. in ꝯtemplatione extra de reg. iur. Sed ſu
pradicta opinio nulla bona lege ꝓbat̃, & nõ
6 eſt auribus hoĩum digna. Quarto † clericus
teſtis inductus ſi vacillat in dicto ſuo nõ tor
quebit̃ ꝑꝑ dignitatẽ, licet laicus torqueat̃ l.
7 presb. C. de Epiſc. & Cle. Quinto, † in oĩ de
licto clerici ſunt fauorabiliores, q̃ laici, & ſæ
pe indicia ꝑ quæ cõuincũtur laici, nihil ope
8 rant̃ cõtra clericos. Hoc amplius, ꝑ quæ † ma
le p̃ſumitur de laicis, bene præſumit̃ de cleri
9 cis, & exẽpla non deſunt: nã ſi laicus † depre
hendit̃ domi pulchrę mulieris, eſt manifeſtus
adulter, licet ſm recentiores debeat probari
10 aliqđ ſignũ venereũ Hoc tñ fallit in † ſacer
dote, ſiue p̃sbitero, qui ſi amplexet̃ mulierẽ,
p̃ſumit̃ facere cauſa benedicendi. Sed ab hac
benedictione liberet nos Deus, vide gl. circa
11 quartã apud Bru. In oĩ † probatione facien
da, & quocunq; alio negotio magis credit̃ re
ligioſis, q̃ laicis tex. eſt, & ibi Abb. in c. nr̃a. de
proc. Bal. in d. c. in fine. Et ſm cõem opi. do-
ctorũ Papa non ſolũ poteſt concedere ſupra
12 dicta priuilegia, ſed ẽt põt † habilitare inha
biles, vt puta periuros & criminoſos ad teſti
ficandum, ita per oẽs not. in c. teſtim. de teſt.
Qua de re p̃ſcripſerũt ſibi priuilegia amplio
ra, quã laici in cœlo, & in terra. Aduerte tñ,
& ſic limita ſupradictam concluſionẽ nõ ha
bere locũ, qñ inhabilitas prouenit ex diſpo
13 ſitione iuris nãlis: qm̃ nec † Papa, nec Im-
perator poſſunt concedere leges cõtra diſpo
ſitionẽ iuris nãlis. c. per tuas. de ſimo. facit &
ſingulare dictũ Inn. in c. Iciſcitatus de reſcri.
quod dictũ refert Ang. in l. cum pretor ff. de
iudi. dictũ eſt in trac. de ind. tit. ne reus ꝑ ali
qua indicia cõuincatur, vt pœna capitali dã-
netur, vbi indiſtincte tenui contrariũ, videli
cet, ꝙ inhabiles non poſſint habilitari per
Papam, ſiue Imperatorem ad teſtificandum.

1 *Reus non debet à iudice torqueri, niſi ad inſtã*
tiam accuſatoris, ſed de conſuetudine contra-
rium obſeruatur.
2 *Iudex abſtinere debet à nouis tormentis.*
3 *Iudex quando reum torquere vult, debet tria cõ*
ſiderare qualitatem criminis, tormentorum,
& perſona rei.
4 *Iudex debet oſtendere torquendo medicu, vt mo*
derate eum torqueat.
5 *Tormenta ſunt moderate adhibenda.*
6 *Iudex immoderate torquens an excuſetur ſi tor*
tus ad inſtantiam ipſius Iudicis confeſſus fue-
rit, ſe fuiſſe legitime tortum.
7 *Tortura debet conſtare in proceſſu, aliter ex bra*
chijs rei cognoſcetur.
8 *Carcer eſt ſpecies torturæ.*

Quomodo, & quo moderamine procedatur ad tormenta, & de errore Iudicum. Cap. XII.

1 ANtequam reus † torqueatur, debet
Iudex ꝑ accuſatorẽ requiri, ad cu-
ius inſtantiã habẽda eſt quæſtio, ali
ter non poteſt reũ torquere, vide Bald. c. j. §.
Iudices. de pace fir. Et omnes ſcribentes in
hac materia conſentiunt. Attamen hoc tꝑe
per totam Italiam Iudex non expectata re-
quiſitionem accuſatoris reũ torquet, & ratio
reddi poteſt, quia Iudex ex officio põt proſe
qui, & facere ea, quę accuſator facere poſſet.
Bart. l. j. ff. de pub. Iudi. Imprimis abſtineat
2 † Iudex à nouis tormẽtis: nã pleriq; angunt
reos ſiti, fame: quidã immittunt aquã ꝑ na-
res: quidã ponunt taxillũ in pede. De ijs, &
alijs vide Bru. de q. in principio. Item Iudex
3 † debet tria cõſiderare, primo qualitatẽ cau
ſæ, ſeu criminis. ſecũdo qualitatẽ tormẽto-
rũ: nã ſi ſufficiunt tormenta leuia, non ſunt
inferenda grauia. Tertio qualitatem p̃ſonæ:
aliter. n. torquent̃ robuſti, aliter imbecilles.
4 Et ſm † aliquos debet oſtendere torquen-
dum

dū medicis,q̄ debet vti tali moderamine,vt reus tortus,ſaluus,ſeu ſaluus innocētiæ ſeu ſupplicio ꝯſeruet̄,vide Bald.ꝯſ.271.Demum
5 † conſideret Iudex ꝙ hominem torquet, ꝓ quo(vt Apoſtolico vtar verbo) non metuit mori Chriſtus. Et adhibeant̄ tormēta moderate,vt rōnis tēperamenta deſiderant, nam Iudex immoderate torquēs,grauiter punit̄.
6 Occurrit† hic cautela Bru.dicētis,ſi Iudex indebite torſerit aliquem,faciat reū ꝯfiteri, ꝙ fuit legitime tortus, de qua ꝯfeſſione faciat notariū rogatū,vide eā gl.in fine. Cōtra tñ
7 teneo. Primo in †proceſſu conſtare debet de tortura,& ſi non ꝯſtabit,ex brachijs rei cognoſcet̄. Deinde ꝯfeſſio rei in ptāte Iudicis, vbi agit̄ de intereſſe eiuſdē,non ꝓiudicat,q̄ carcere detenti vt liberarent̄ locis atris, oīa bona verba faterentur,& confeſſio eiuſmodi equipollet confeſſioni metu tormentoꝝ,
8 cū † carcer ſit ſpecies torturæ. Quare Iudex non excuſabit̄ cautela ꝓdicta ſi immoderate torſerit reū. Quia vltra prædicta ꝓſumptio eſt ꝯtra ipſum iudicē,ꝙ ſicut reum illicite,& immoderate torſit,ita,& illicite fecerit eūdē confiteri tex.eſt bonus in l.pen. ff. de quæſt. ſm vnam lecturam quam tenet Bart. ibi.

1 *Tortura inferri poteſt omni tempore, dummodo delictum ſit atrox.*
2 *Tormentorum ordo quis ſit?*
3 *Tortura an ſit incipienda à debiliori,an vero ab eo qui veriſimiliter, ſcit veritatem?*
4 *Pater, & filius ſi ſint courei, à filio incipienda eſt quæſtio.*
5 *Nomen turpe habens primo eſt torquendus.*

Quo tempore,& à quibus incipiat tortura, & de errore Iudicum. Cap. XIII.

1 OMni † tpe rei torqueri pñt, ēt diebus feriatis,& in honorem Dei, dū modo delictum ſit atrox,vide Bald. in l.1.C.de epiſc.& clericis. Tormentorum
2 aūt † ordo eſt eiuſmodi ſm multos, videlicet, ſi plures ſunt rei incipiendum
3 † eſt à debiliori,vide Ang.de qō.Sed contra incipiendum eſt ab eo,qui magis ſcit veritatem, & ꝙ veriſimiliter dicet eam,deuenitur .n.ad torturam,pro hñda veritate, vtique qui magis ſcit,debet primo torqueri,licet Iudices ꝯſueuerint incipere à debiliori. vnde euenit qđ hr̄ confeſſio incertatū ob non plenā ſciētiā facti,tum ob debilitatem torti, verum ſi rei pares erūt in delicto,tūc incipiendū eſt à debiliori. Et ita intelligunt iura loquentia de hac mā l.quoties.C.de Naufr.lib.10.l.1.§. Idē diuus.ff.de qō.& l.vnius facinoris .ff.eo
4 dē.Itē † quoties pater,& filius ſunt ꝯrei,a filio,incipiendū eſt, & torqueat̄ in ꝯſpectu patris l.iſti,q dē.ff.qđ metus cauſa. Vnde tranſijt in ꝓuerbiū apud Oratores,torque filiū,
5 fatebitur pater. Et dicunt † aliqui,ꝙ quando ſunt plures torquendi,& vnus eorum habet turpe nomen, initium poteſt ab eo fieri, vide Hippol.in l.1.ff.de quæſtio. Et licet varie loquantur ſcribentes in ſimilibus, dic eſſe incipiendum vt ſupra concluſum eſt.

1 *Tortura an & quando poßit repeti?*
2 *Tormentorum modus erit iuxta qualitatem indiciorum.*
3 *Reus pro quolibet ſufficienti indicio an poßit ter quaſſari?*
4 *Torturæ repetitio non debet excedere tres vices,ne in infinitum procedatur.*
5 *Tortura reduci debet ad tres dies ſeparatos, & pro qualibet vice reus debet habere tres eleuationes, & depoſitiones.*
6 *Tortus vltra tres vices, dicitur tortus immoderate, & videbitur fateri vi, & cruciatu tormentorum.*
7 *Repetere reum in tortura ſi Iudex intendat,debet in actu interloqui,quòd ſuperſedet à tortura incepta,ſed non perfecte data.*
8 *Indicia noua quæ dicantur?*
9 *Tortus relaxatur,ſi accuſator,dato ſibi termino ad probandum, & deducendum quidquid intendit,nil probauerit.*
10 *Reus ter ſolum debet in tortura repeti,ſed anti quitus,ex cauſa octies repetebatur.*
11 *Cōfeßio facta in tormētu ſine legitimis indicijs, ſicut non valet,ita confeßio facta ab tormenta repetita,quæ repeti non debuerunt,non valet.*

Per quot dies, & quanta tortura afficiatur reus,& de errore Iudicum. Cap. 14.

1 SI reus † primo fuerit ſatis tortus, nunquam poteſt repeti, niſi ſuperueniant indicia de nouo,vide Are. in verbo ſama publ.col.12. Sed alij dicunt quæſtionem toties repeti, quoties iudici videbitur, vide
2 Bart.l.vnius.§.1.ff.de quæſt. Sed dic † ꝙ iuxta qualitatem indicioꝝ erit tormētoꝝ modus, nam ſicut indicia ſuos gradus habent, prout in opere de indicijs dixi, ita & tortura

plures gradus hēt,vt ſupra dictum eſt.Vnde
3 † dixerit aliqui, ꝓ quolibet ſufficienti indi
cio poſſe reū ter quaſſari, & ſic obſeruari ꝑ
totā Italiā,vide Hipp.in pract.§.nūc vidēdū
nu.52. Sed recētiores dīt,ꝙ qñ indicia ſunt
vrgētia Iudex ſemel torquebit reū: Sed ſi eſ
ſene multū vrgētia,tūc fieret repetitio. Sed
4 hęc † repetitio nō debet excedere tres vices,
5 ne in infinitū procedaẽ,& ſic qō † reduceẽ ad
ternariū numeꝝ,videlicet, ad tres dies ſepa
ratos,& ꝓ vice qualibet debet hr̄e reus tres
(vt dicā) ſaccatas,ſeu eleuationes, & depoſi
6 tiones:Et rei † torti vltra ternarium numeꝝ
dr̄r torti immoderate,& videbunẽ fateri vi,
& cruciatu tormentoꝝ,vt l. repetitio .ff. de
7 qō.Et quoties Iudex † intēdit repetere reū in
tortura,debet interloqui in actis, ꝙ ſuperſe
det à tortura incœpta,ſed nō ꝑfecte data,vi
de Bru.q. 5. in fine,vbi tractat qñ ſupueniē
tibus nouis indicijs torqueaẽ reus. Indicia
8 † aũt noua differūt ſpecie,vel ſubſtātia,ſicu-
ti dr̄ in mā probationum,ꝙ ſu ꝑ nouis licet
ꝓbare,ēt poſt didicita,teſtificata.Et noua in
dicia ſunt,ſiue ꝓcedaẽ ex dicto torti, ſiue ali
ter,notaẽ in l.ꝑ hāc.C.de tpa.appella. Item
9 quoties † Iudex torſerit reū,ſi non ſupuene
rint indicia aliqua noua,dabit terminū accu
ſatori,in quo ꝓbare,& deducere debeat: ali
ter elapſo ipſo termino, & accuſatore aliud
nō ꝓbāte,ipſum reū relaxabit.De hoc ſtylo
vide Ang.in ver. fama pub. col. vlt. Dictum
10 † eſt reū ter ſolū in tortura repeti dr̄e. Anti
qui vero octies torquebāt.Legiẽ ſeruū Fānij
ſepties,& Philippū Fuluij Flacci octies fuiſ-
ſe tortū,lege Valeriū lib.8.de q̄ſt. Sed dic vt
11 ſupra.Et hoc † amplius,ſicut ꝯfeſſio facta in
tormētis ſine legitimis indicijs nō valet, ita
ꝯfeſſio facta ob tormenta repetita, q̄ repeti
nō debuerūt,nō valet,notaẽ l.pen. ff.de qō.

1 ☞ Iudex quo pacto debeat interrogare reum in tormentis, ne videatur ſuggerere, ſiue procedatur ſuper inquiſitione, ſiue ſuper accuſatione?
2 Reus in tortura eſt de ſe iterrogādus, nõ de alijs.
3 Reus in tortura ſi de facto ꝓprio interrogetur, aliqua circunſtantia an ſint exprimendæ?

De interrogationibus faciendis in tormentis,& de errore Iudicum. Cap. XV.

1 CONſiderare † debet Iudex,quo pacto in
terroget reum in tormentis,cum agatur
de vita hominis,& ne videatur ſuggere. Im
primis à reo peti debet ſ'm multos,quis ma
leficium fecerit,non aũt, ſi maleficium fece-
rit,vide Gand.de tormentis. Sed in hac mā
varie ſcriptū eſt: Vnde diſtinguēdū eſſe exiſti
mo: Aut Iudex ꝓceſſit ad torturā,ſu ꝑ gñā-
li inqſitione,videlicet, ſu ꝑ inqſitione gñāli
quo ad ꝑſonam, qñ proprie neſcitur delin-
quēs,& tūc Iudex debet interrogare reū,qs
maleficiū fecit,nō nominādo aliquam ꝑſo-
nā,q̃a foret ſuggeſtio,& ita intelligiẽ lex pri
ma.ff.de qō. Aut Iudex ꝓcedit ꝑ ſpecialem
inqſitionem, vel accuſationem ꝯtra certam
perſonam,& tunc ſi torqueẽ quis vti teſtis,
interrogeẽ,ſi inquiſitus, aut alius maleficiū
commiſerit,q̃1o,& qñ, & in qua parte cor-
poris,quo loco,& quo die.Sed Iudex inter-
rogādo eū,nō exprimat aliquā circunſtātiā,
aut qualitatē, nec dicat quidq̄ de commiſſo
maleficio,nec in qua parte corporis,ꝑcuſſit
necquiquā de facto,ſeu dicto, ꝓ quo dicto,
ſeu facto torqueẽ reus, alioqn non diceẽ Iu
dex interrogare,ſed ſuggerere. Sin aũt tor-
2 quebiẽ † vt principalis,debet interrogari de
ſe,& nō de alijs, & ſilr̄ debet interrogari in
gñe,poſtea ad ſpeciē deſcendendo,videlicet,
ad nomē tm̄ offenſi,nō vlterius quidq̄ inter
rogādo, nec ad alias facti circunſtātias ꝓce
dēdo,nā ſi Iudex interrogaret,ſi ꝑcuſſit talē
in tali loco,& tali via,& tali parte corporis,
foret ſuggeſtio. Multi quoq; dixerūt ꝑꝑ pe
riculū ſuggerēdi Iudices rectius ꝓcedere, ſi
interrogabūt,ſi aliq̄s maleficiū cōmiſit,nō
aliquē nominādo,vel vlterius interrogādo,
vide Arec.in verb.ſama publ.Cyn.l.ſi. C.de
accuſ.Idem l.Moſis c.4.Geneſeos,ibi,vbi eſt
Abel frater tuus? & c.7. Ioſuæ,ibi,atque in
dicia quod feceris. Sed de conſuetudine,qñ
3 rei † interrogaẽ de facto ſuo proprio, pñt
interrogari de hoīe mortuo, dūmodo non
exprimanẽ aliquæ circūſtātiæ,videlicet,non
exprimēdo aliqđ dictū,ſeu factū, ꝓ quo di-
cto,ſeu facto torqueẽ reus,vt ſupra dcm̄ eſt.

1 ☞ Tortus,& confeſſus de ſe,an,& in quibus caſibus poſſit interrogari de ſocijs ſiue indicijs?
2 Latrones, falſatores monetæ, & mandatarij, poſſunt in tortura interrogari de conſocijs,& q̄ procedit etiam in ſex alijs caſibus.
3 Latrones de ſe confeſſi interrogantur de ſocijs mandatoribus, & receptatoribus.
4 Seruus torquetur vt indicet conſocios, maxime quando ſumus in atrocioribus, vel in nece domini

mini, nam interrogatur, quo mandante, id ſeco
rit, & qui ſint participes.
5 *Tortus confeſſus de ſe poteſt interrogari de ſo-*
cijs in omnibus delictis, quæ veriſimiliter non
committuntur ſine socijs.
6 *Torti, & confeſſi de ſe ex conſuetudine totius*
Italiæ in omni caſu de ſocijs interrogantur.
7 *Iudex non expectata requiſitione accuſatoris*
hodie reum torquet.
8 *Confeſſus crimen, de quo erant indicia, an poſsit*
interrogari de delictis etiam eiuſdem generis,
de quibus non extant indicia contra eum?
9 *Socius criminis regulariter non poteſt de ſocio*
criminis interrogari in delictu principaliter cõ
miſſis in iniuriam, & odium alterius, nõ autem
principaliter incommodum delinquentis.
10 *Aſſertio ſocij criminis interrogari, qui interroga*
ri non poterat non facit indicium ad torturã.

De interrogationibus faciendis in tormentis reo confeſſo, & de errore Iudicum. Cap. XVI.

1 QVæritur † an tortus, & confeſſus
de ſe poſſit interrogari de ſocijs ſi-
ne indicijs? Dic non interrogari,
2 niſi † latrones, monetę falſatores, & manda
tarij, qui etiã torquentur, vt manifeſtent ſo-
cios, ſeu mandãtes, & ſic in reliqs caſibus, q
ſunt ſex ſm Gand. in tit. de qõ. videlicet. pri
3 mo latrones † de ſe ꝯfeſſi interrogãtur de ſo
cijs mãdatoribus, & receptatoribus. Secũdo
4 falſatores monetæ. Tertio † ſeruus torquẽ
vt indicet ꝯſocios. Quarto pp atrocitatem,
maleficij interrogant vt ſupra. Quinto ſer-
uus de nece dñi de ſe ꝯfeſſus interrogaẽ quo
mãdãte. Sexto ſeruus q magnas fraudes cõ
miſit in rõnibus dñi poteſt interrogari, qui
5 ſint participes. Sed † pdictis addo rĺam gña-
lem, ꝙ tortus confeſſus de ſe põt interroga
ri de ſocijs in omnibus delictis, q̃ veriſimili
6 ter non cõmittunẽ ſine ſocijs. Sed de † cõſue
tudine totius Italię rei interroganẽ de ſocijs
in oĩ caſu. vide Belui. in tit. de qſt. col. 2. Sed
Neoterici limitant hr̃e locum pdicta in in-
qſitione, ſecus in accuſatione, qa Iudex nõ
debet onerare accuſatorẽ, ad cuius inſtãtiã
7 torquet accuſatũ. Sed hęc † opinio nõ placet,
qa hodie Iudex nõ expectata reqſitione ac
cuſatoris reum torquet. vide Bart. l. 1. ff. de
8 publ. Iud. Poſtremo † qrẽ an ꝯfeſſus crimẽ,
de quo erãt indicia, poſſit interrogari de de
lictis ẽt eiuſdẽ gñis, de quibus non extãt in
dicia contra eũ? Et ſm omnes interrogari
nequit. At ijs tpibus per totam Italiam alr̃
obſeruatur, preſertim in furtis, vide Ang. in
tit. de tortura. Prędictam tñ conſuetudinem
multi limitãt, videlicet, ſi nõ pceſſit infamia
gñalis, vt puta, ꝙ ſit magnus latro, tunc nõ
poſſet interrogari. vide Brun. q. 5. in fine. Et
9 hæc opinio eſt obſeruanda. [Adde † gñales
rĺas ꝙ in delictis q̃ principalr̃ committunẽ
in iniuriam, & in odium alterius, vt eſt ho-
micidium, non aũt principalr̃ in commodũ
delinquentis, vt in furto, falſa moneta, & ſi-
milibus, ſocius criminis nõ põt de ſocio in-
terrogari. vt voluit Bar. in l. repeti. & ceteri.
10 ff. de qõ. † & ꝯñr aſſertio ſocij criminis in-
terrogati, qui interrogari non poterat, non
facit indicium ad torturam, vt ibidem.]

1 ☞ *Nominatus per tortum ex hoc ſolo non tor-*
quebitur ſed ſolum inquiretur, fallit in caſibus
in quibus reus interrogari poteſt.
2 *Indicium quando oriatur ex dicto torti ſine a-*
lijs indicijs?
3 *Homo malæ famæ in alijs non concurrentibus*
poſſit torqueri, ex ſolo dicto torti?
4 *Nominati per tortum quando ſine alijs indicijs*
poſſint torqueri, & quando non?
5 *Tortus an iurare debeat facta nominatione in*
tortura?
6 *Nominatio debet eſſe in tortura, aut ſtatim depo*
ſito reo de tortura aliter ea non valet.
7 *Confeſſus de ſe, ſi ſua ſponte alium nominat non*
interrogatus, talis nominatio ſuſpecta habetur
à lege.
8 *Teſtis ſponte ſe offerens eſt ſuſpectus.*

De nominato per tortum torquendo, vel non, & de errore Iudicum. Cap. XVII.

1 NOminatus † per totum, ex hoc ſolo
non torquebitur, ſed ſolum inqui-
retur, & ratio reddi poteſt, quia rei
imputando cogitant hr̃e ſubſidium. Fallit
tñ in caſibus, in quibus, poteſt reus interro
gari: qa in dictis caſibus crimẽ obiectũ ſatis
eſt ad torquendum criminatũ. vide Ang. in
verb. fama publ. Hipp. §. diligenter. num. 59.
Sed nonnulli aſſerũt, ẽt in prædictis caſibus
nõ procedi ad torturam, niſi pcedant aliqua
indicia, ſaltẽ pſumptiua ꝯtra criminatum, vt
puta ꝯuerſatio cum torto, & ſimiles qualita

tes. Item ꝙ ex qualitate torti ſiue ex perſo-
na criminali veriſimile ſit non mentiri, & ſi
2 milia. In caſibus tñ † in qbus verſaē ꝓbõnis
difficultas, oriē indicium ex dicto torti ſine
alijs indicijs, dummodo is, cui crimen obijci
tur, ſit malæ vitæ, intelligendo ēt ꝙ ex dicto
torti oriē indicium ɔtra criminatum, qñ eſt
3 malæ famæ ēt vltra caſus exceptos. Sed † de
hoc dubitaē: qa licet qs ſit malæ famæ, alijs
tñ non ɔcurrentibus non torqueē, & rõ eſt,
criminis obiectionem ꝑ totum de eo factā
indicium inducere nullum, cum interroga-
ri non debuerit. Ergo ꝙ inde ſequitur, lege
ꝓhibente non valet. Sed de ɔſuetudine aľr
obſeruaē. vide Gād. tit. de qõ. Ex ſupradictis
aũt ſcribentes vñr potius ɔfundere, quam
concludere, qa non vř dña inter caſus exce-
4 ptos, & non exceptos. Quare dic † ꝙ in ca
ſibus exceptis, in qbus iterroganē rei de ſo-
cijs ēt ſine indicijs, & de qbus caſibus dcm̃
eſt in antecedenti cap. In dictis caſibus no-
minati ꝑ tortum pñt torqueri ſm̃ ſcriben-
tes, ēt ꝙ nulla extēt indicia. Sed tu dic ꝙ tor
queně, dummodo ſint qualia qualia indicia.
In alijs vero caſibus non torqueně noiati, ni
ſi fuerint indicia idonea, & ſufficientia. Quæ
5 riē ēt † an reus debeat iurare facta noiatio-
ne in tortura? & multi ɔſentiunt. vide Hipp.
§. diligēter nu. 62. Sed hæc opinio nõ placet.
6 vide Blan. nu. 283. & nota † ꝙ noiatio debet
eſſe ī tortura, aut ſtatim depoſito reo de tor
7 tura, aľr non valet. vide, vt ſupra. [Addo † re
gulam gñalem ꝙ inquiſitus de ſe ɔfeſſus ſi
ſua ſponte aliũ noiat, non interrogatus ſuꝑ
8 eo, noiatio talis ſuſpecta hř, † ſicuti dř de te-
ſte ſponte ſe offerente, ita Mod. Señ. in trac.
de ind. & tort. quos citat Grāmat. in ɔſ. 21.]

1 *Confeßiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, ſi alia non concurrãt.*
2 *Confeßionum alia ſpontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis.*
3 *Confeßio quando dicatur ſpontanea, & quomodo debeat ratificari?*
4 *Notarius non debet ſcribere reum ſponte fuiſſe confeſſum, quando adeſt aliquis terror.*
5. *Confeſſus ſponte an poßit ſtatim ſine vlla defenſione damnari?*
6 *Confeſſus ſponte poteſt damnari ex quolibet etiã inordinato proceſſu, & ſine indicijs præcedentibus.*
7. *Cõfeſſus ſpõte in aliquibus caſibus non dãnatur.*
8 *Reus non torquetur ſi de corpore non cõſtet, nec procedi poteſt per inquiſitionem, aut accuſationem, nec ſponte confeſſus hoc casu damnatur.*
9 *Caſus, in quibus reus torquetur, licet de corpore non conſtet,*
10 *Confeßio facta coram iudice incompetenti, licet non plene probet, facit tamen indicium ad torturam coram ſuo iudice.*
11 *Confeßio extraiudicialis, licet non ſufficiat ad condemnandum, ſed ſolum ad torquendum, tamen confitens poteſt extraordinarie puniri, tam quam de delicto ſe glorians.*
12 *Confeſſus per ſtoliditatem non dicitur cõuictus, niſi perſeuerauerit: idem in confeßione nuda, & ſine cauſa, vel ab irato facta.*
13 *Iracundia an, & quando non obliget.*
14 *Pœnam homicidij iuſtus dolor diminuit.*
15 *Confitens ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, ſi id nõ probet, an ad mortem damnari poßit?*
16 *Offendentis qualitas demonſtrat animum fuiſſe, vel non fuiſſe offendendi.*
17 *Mores boni faciunt præſumi pro reo, mali vero mores contra reum.*
18 *Confeſſo de ſe, & ſocijs nullo casu eſt credendũ, niſi euidentem rationem alleget, vel veriſimilitudinem, quæ iudicem inſtruat.*
19 *Reſponſio rei dicentis, ſi feci, feci ad meã defenſionem in criminalibus non eſt admittenda.*
20 *Reſponſio rei dubia parit indicia contra eum, quia videtur velle iudicem fallere, & num. 21.*
21 *Reſpondere non videtur qui ad interrogata obſcure reſpondet.*
22 *Reus confeſſus ſe occidiſſe, ſed non animo occidẽdi, an de homicidio teneatur.*
23 *Nemo videtur ſine animo maligno delinquere.*
24 *Reus quòd non aĩo occidẽdi fecerit, qũo ꝓbetur.*
25 *Accuſatus de homicidio negans ſe occidiſſe, conuictus, an poßit alia defenſione vti.*
26 *Confeßio ſpontanea an ratificetur?*

De confeſſione ſpontanea, & de errore Iudicum. Cap. XVIII.

1 CONfeſſiones † reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, ſi alia Iudicis religionem probatio
inſtruat nulla l. 1. ff. de queſtio. Sed ſciendum
2 eſt confeſſionem varie cõcipi: eſt † enim alia
ſpontanea, alia metu tormentorum, alia in
tormentis, de quibus ſingulariter dicetur.
3 Spontanea † confeſſio dicitur, qñ reus ſine
tormentis, & minis, alioq. actu facti ɔtenta
in

in inquiſitione, & tunc notarius ſcribet cũ ſponte ↄfeſſum,& al'r non.[Sed aduerte tutius eſſe notarium nullo caſu ſcribere ſponte ↄfeſſum,& ſufficit ſcribere quo loco, quo tpe,quo modo,& qualr̃,&qbus verbis fateatur reus, ea rõne, qa metus põt ↄtingere ex diuerſis accĩtibus ẽt ignotis,ergo, &c. dcm̃ eſt in c.de ↄfeſſione metu tormẽtoꝝ,ad quẽ
4 locum me remitto.] nam qñ † eſt aliquis terror, non debet ſcribere, reum fuiſſe ſponte ↄfeſſum. Poſtea poſt triduum ducat̃ reus ad banchum iuris,vbi leget̃ ↄfeſſio rei.& interrogabit̃, ſi dictam ſuam ↄfeſſionem ratificare velit,monendo eum de ſui vita agi.Contra tñ fere oẽs ſentiunt ↄfeſſionem eam non ratam hr̃i, imò reum ſine alia pſeuerantia damnari, ſecus in ↄfeſſione facta in tormentis,ſiue metu tormentoꝝ.vide in l.dic. C.de cuſto.reo. Vlterius ſm † alios ſponte ↄfeſſus
5 põt ſine vlla defenſione ſtatim damnari. Tñ tutius eſt reũ monere, vt ſeipſum defendat, &ſic dari terminum.Et rõ eſt:qa reus põt reuocare ↄfeſſionem, vel eã declarare. vide in c.cum dilectus de accuſ.Et ↄfeſſionis † ſpon
6 taneæ vis erit eiuſmodi,vt reus poſſit damnari ex quolibet q̃uis inordinato ꝓceſſu.Itẽ licet nulla p̃cedant indicia, tñ ob ſponte cõfeſſionem factam poterit reus dãnari: ſecus aũt ſi ꝑ torturam, ſiue ẽt aliquẽ torturæ metum reus ↄfeſſus fuerit: tunc.n.qñ deſunt indicia,nullo modo damnabit̃, licet pſeuera-
7 uerint.In ↄfeſſione † ſponte facta in aliquibus caſibus Iudex non damnat. Primo,qñ non ↄſtat de corpore, de quo in primis ↄſta
8 re debet Iudici,aliter † reus non torquetur, imò non ꝓcedit̃ nec ꝑ inquiſitionem,nec ꝑ accuſationem: qa talis ſolennitas requirit̃ ab initio:qua omiſſa oĩa, q̃ ſequunt̃ ſunt ipſo iure nulla ob omiſſionẽ ſubſtantialis modi. nam quoties ſolennitas datur ꝑ forma, eius omiſſio ẽt ſi eſſet leuis,tñ vitiat actum. vide in c.qm̃ frequenter.vt lite non ↄteſtata.
9 Sunt † tñ caſus,in qbus torquet̃, licet nõ cõſtet de corpore.vide ſupra c. 1. Secundo, in ↄfeſſione impoſſibili, ſiue nõ veriſimili. Tertio,in ↄfeſſione incidenter,& non principaliter facta. Quarto,in ↄfeſſione tpe inhabili, videlicet,qñ lapſum eſt tps,poſt qd' non inquiritur, ſiue accuſatur, qđ eſt poſt annos. 20.niſi in partu ſuppoſito,vel qñ falſis medicaminibus partum impediuit. vide Sing. 3. de accuſ. Quinto, qñ ↄtra ↄfeſſionem aliter iudicatum fuit.Sexto,in ↄfeſſione facta corã Iudice carente iuriſdictione, & differt a iudi
10 ce incõpetenti,nãq; † ↄfeſſio coram eo iudice,licet nõ plene ꝓbet, facit tñ indicium ad torturam coram ſuo Iudice.vide Bal. l. magiſtratibus.ff.de iuriſd.omnium Iudicum.Et rõ eſt,qa ↄfeſſio extraiudicialis facit indiciũ ad torturam. ergo ↄfeſſio coram Iudice incompetenti, tanq̃ ↄfeſſio extraiudicialis debet facere indicium coram ſuo Iudice, licet Bar.tenuerit ↄtrariũ l.diuus.ff.de cuſto.reo-
11 rum.Notandum eſt,† ꝙ licet ↄfeſſio extraiudicialis non ſufficiat ad ↄdemnandum, ſed ſolum ad torquendum. Attñ ↄfitens põt puniri extraordinarie, tanq̃ de delicto ſe gloriãs.Hipp.in §. poſtq̃. Septimo in ↄfeſſione facta virtute gratiæ ſibi ꝓmiſſæ ꝑ Iudicem. [De hac ↄfeſſione vigore gratię ſibi ꝓmiſſæ ꝑ iudicem multa notant̃ ꝑ Decium, & alios Modernos. in l.hæc eſt.nã.ff.de reg.iuris.] Octauo,in confeſſione coram notario non habente commiſſionem à Iudice, vel coram Iudice ſolo non in figura iudicij, & hoc caſu non plene ꝓbat,facit tñ indicium ad torturam.vide Iaſ..in ſupradicta.l.magiſtratibus.
12 Nono ſiquis † vltro,ſponteq;. ↄfitet̃ ꝑ quandam ſtoliditatem,non ↄuincitur ꝑ talem cõfeſſionem, niſi pſeuerauerit: & rõ eſſe põt, confitentem non videri eſſe in plenitudine intellectus,cum ita ſponte, & ſine vllo metu ipſe ↄfiteat̃. Idem in ↄfeſſione nuda, & ſine cauſa.Itidem in ↄfeſſione facta ab irato,quę calore iracundiæ non valet.Secundo, votũ. Tertio, iurm̃ præſtitum ab irato non obligat,& ita intellr̃ l. quidq̃d calore. ff. de reg.
13 iur.Hipp.in §. poſtq̃ nu.6. [Sed † diſtingue de iracundia ad hoc ꝙ non obliget debet eſſe talis q̃ mentis alienationem inducat, & diſtingue q̃dam eſſe q̃ iuris ſortiunt̃ effectum, vt ↄtractus,repudiatio,ↄfeſſio, votum, & ſimilia. & iſta ꝑ iracundiam impediunt̃, quia non ꝓcedunt ex animo, ſed ex animi alteratione. q̃dam iuris non ſortiunt̃ effectum, vt maleficia.& tunc non curat̃ de iracundia, ſi enim in delictis excuſaret iracundia,raro delicta punirent̃.mitigat̃ tñ pœna qñ ex iuſto dolore ꝓuenit.Hinc dr̃,ꝙ licet prohibitum ſit occidere fugientem q te ꝑcuſſit,occiden-
14 do tñ pœna ordinaria non punieris, † quia pęnam homicidij iuſtus dolor diminuit,no. in l.quidquid calore, ſupradicta.] Occurrit hic qõ,quam ibi ponit Hipp. videlicet: ſiqs

15 † ꝯfitẽ occidiſſe, ſed ad ſui defenſionẽ, non ꝓbato eo, qđ ad ſui defenſionẽ ſpectauerit, ſi nõ erũt aliæ ꝓbões ꝯtra eum pp talẽ cõfeſſionẽ non damnabiť ad mortem. Contrarium tenuit Bart. l. Aurelius. ff. de libera. legat. vide Iaſ. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Sed ipſe in ꝑdictis diſtinguo, videlicet, ſi talis ꝯfitẽs non ꝯſueuerit delinquere, neq; habuerit cauſam ſe vlciſcẽdi, tali caſu tenerẽ cũ Hipp. q̃a ex ꝑdictis lex bene ꝑſumit ꝓ reo, ſed prædictis non ꝯcurrentibus tenerẽ cũ Bart. Et ꝑcipue cõſiderandũ eſt, ſi occiſus erat offenſus, nam eo caſu vř contra eum præſumptio culpæ, & ſic exiſtimabiť voluiſſe vlciſci ſe, licet fuerit occiſus, ꝯcurrente maxime qualitate
16 ꝑſonæ, Nã qualitas † offendẽtis demonſtrat aĩum fuiſſe, aut nõ fuiſſe offendendi. l. ſi mř.
17 C. ne de ſtat. def. Quare rei † curẽt ꝓbare de moribus, nã ſicut ob malos mores oriť ſiniſtra ſuſpicio, ita ob bonos bene ꝑſumiť l. de ſertorẽ. §. is, cui. ff. de re mil. l. ſi militari. ff. de
18 ijs, q̃bus vt indi. [Addo † regulam gñalem ꝙ nullo caſu credendũ eſt ꝯfeſſio de ſe, & ſocijs, niſi allegauerit euidentẽ rõnem vel veriſimilitudinẽ q̃ inſtruat iudicẽ, q̃a tunc publ. cæ vindictę nõ erit ſubtrahẽdus reus l. ſicuti C. de q̃õ. Gl. ſing. in l. patre. ff. de q̃õ.] Ob-
19 uia † ſit hic cautela Iaſ. in d. l. vt vim. videlicet, vt reus rñdeat, ſi feci, feci ad meã defenſionem. Sed ego teneo, ꝙ talis rñſio non debeat admitti ꝑ Iudices, quia reus debet certe rñdere negando, aut ꝯfitendo, cum ẽt poſſit torqueri ad rñdendum, q̃n rñdere recuſat, vt dictũ eſt ſupra c. 2. Et cautela Iaſ. locũ habet in cauſis ciuilibus, q̃n rñdetur inter ipſas partes, ſecus in criminalibus, vbi rñdetur Iudici: tunc. n. ꝑ religionẽ iudicis reus debet certo rñdere, cum interrogetur, quid fecerit. vide tex. c. 7. Ioſue, ibi, atq; indica qđ feceris Adde, ꝙ ẽt in ciuilibus, vt poſitionibus, rñdetur clare. nota. in l. 1. ff. de vulg. &
20 pupil. Hoc amplius † teneo reum in dubio rñdentem parere indicia ꝯtra ſe, quia vř vere deliquiſſe, & velle iudicem fallere. [Concluſiue tenetur reus nõ ſolum ad rñdendũ,
21 ſed certum rñdendum, † quia non vř rñdere qui ad interrogata obſcuret rñdet, Bart. in l. de ætate. §. q̃ tacuit. ff. de interro. actio.
22 † Idem dic in reo ꝯfitente ſe occidiſſe, ſed non animo occidendi, quo caſu non teneť de homicidio, nam crimen tũc ꝯtrahitur ſi, & voluntas nocendi intercedat, quia quę ex improuiſo caſu accidunt facta plerunq; non noxæ imputanť. l. 1. C. ad l. Corn. de ſicar.
23 † Nemo. n. vř delinquere, niſi animum malignũ delinquẽdi habuerit. Nam volũtas, & ꝓpoſitũ diſtinguunt maleficia. l. ſæpe. ff. de
24 verb. & rer. ſig. l. 1. ff. de furt. † Et notãdũ eſt, ꝙ illa negatiua non aĩo occidendi ꝓbať per ꝑſumptiones probando amicitiã, & affinitatẽ, & qualitatẽ occidentis, & ꝑ iurm̃ purgationis. ꝓut nota. Gl. in ſupradicta l. Idẽ in l. Moſai. qui ꝑcuſſerit ꝓximum neſciẽs, & q̃ heri, & nudius tertius nullum ꝯtra eũ odiũ habuiſſe cõprobať. tali caſu remittẽda eſt ei pœna homicidij. ꝓut in c. 19. Deuter. Nota tñ, ꝙ lex Diuina in ſupradicto c. vult reum exuler. non pp crimen quod non eſt per regulam ſupradictã, ꝙ tunc ꝯtrahiť crimẽ ſi, & volũtas nocẽdi intercedat. Sed ne forſitã ꝓximus eius cuius effuſus eſt ſanguis dolore ſtimulatus ꝑſequať, & ꝑcutiat aĩum eius, q̃
25 nõ eſt reus mortis, vt ibi. † Quæriť ẽt ſi accuſatus de homicidio negauerit ſe occidiſſe, & fuerit ꝯuictus, nunq̃d alia poſſit defenſione vti? excipiẽdo ſe ad ſui defenſionẽ illud feciſſe, & rñdetur quod poteſt ſm̃ Bart. & alios ſcribentes in l. nemo. ff. de reg. iur. & iſta eſt cõis opinio, quam nota, quia multi tenuerunt contrarium.] An confeſſio † ſpontanea
26 ratificetur, vide in ſequenti titulo in fine.

1 *Confeßio metu tormentorum diuerſis ſumitur modis.*
2 *Torturæ metus æquipollet torturæ.*
3 *Terror leuis non indicat metum, niſi cadat in conſtantem virum.*
4 *Torquendi qualitas, circa tormentorum metum eſt conſideranda.*
5 *Notarius non debet ſcribere reum ſponte confeſſum, ſi aliquo terrore fateatur.*
6 *Confeßio facta à carcerato fame, & frigore laborante, dicitur facta metu tormentorum.*
7 *Carceratus ſi aliquid confiteatur ſine alia tortura, confeßio non dicitur ſpontanea, quia carcer eſt ſpecies tormenti.*
8 *Confeßio vt dicatur facta metu tormentorum an ſufficiat probare quem fuiſſe detentum?*
9 *Notarius non poteſt nec debet ſcribere reum ſponte confeſſum, ſed ſufficit vt ſcribat, quo loco, quo tempore, quibus verbis confiteatur.*
10 *Confeßio etiam ſpontanea an debeat ratificari?*
11 *Confeſſus ſponte debet ſaltem moneri ad faciendum ſuas defenſiones rationibus, de quibus hic.*

De

De confeſſione metu tormentorum, & de errore Iudicum. Cap. XIX.

1 COnfeſſio metu † tormentorum diuerſis ſumitur modis. Primo qñ fit in tormentis, ſeu prope torméta reo ligato, minante Iudice torturam. vide Bart. l. 1. §. diuus. ff. de queſt. Sed alij dñt, ſiquis ducatur ad funem, licet non habeat manus ligatas retro, ſi confitetẽ, dicetur ꝯfiteri metu tormentorum. Idem ẽt ſiquis apud torturã fuerit tñmodo ſpoliatus, & nõ ligatus, dicetur fateri metu tormentoꝝ, quia licet Iudex non torqueat hoiẽm, ſed eũ ſpoliat, vt torqueat, inducitẽ iuſtus metus, ac ſi fuiſſet tor-
2 tus, & ſm̃ † aliquos ſuſpicio, ſeu metus torturæ æqpollet torturæ. Hoc amplius dixerũt aliqui ꝯfeſſionem factam ꝑp vehemẽtes minas Iudicis, licet extra torméta intelligi tñ metu tormentoꝝ, & poſſe reuocari perinde ac facta fuiſſet ꝓpe tormenta. De hoc, & ſupradictis, vide Bar. l. nouiſſime. ff. quod falſ. tut. Guid. de Suz. ſub rub. de qõ. Sed ꝯtrariũ
3 fere oẽs tenent, ꝙ ſola † ductio ad funẽ ſit leuis terror, ſed ductio, & ligatio indicant metũ, qa debet eſſe terror cadẽs inconſtantẽ virũ. l. interpoſita. C. de tranſac. Circa ꝑdicta,
4 ego † dico ꝯſiderandã eſſe ꝑſonã torquendi, vt puta ſi eſt fœmina, qa nãliter timida, ſiue ẽt vir, dũmodo ſit ꝑſona timida, & tali caſu tenerẽ cũ Guido. metus. n. tormentoꝝ conſideratur reſpectu ꝑſonarum argõ auct. multo magis. C. de ſacro ſan. eccl. In hac ẽt mã
5 conſiderandum eſt, ꝙ qñ † reus aliquo terrore faterẽ, notarius non debet ſcribere eum ſpõte ꝯfeſſum eſſe, & in hoc multi iudices er-
6 rãt. Ideo ẽt ſi eſſet † in carcere, in quo fame, & frigore multum patiebatẽ reus, formidine tormentoꝝ vr̃ facta confeſſio ſm̃ Bart. in l. 1. §. diuus. ff. eo. Ego extendo dictum Bart. ad ꝯfeſſionem factam, non ſolum metu tormentorum, ſed ẽt aliqua alia de cauſa, vt in
7 d. l. 1. §. ſiquis vltro. Et dixerũt aliqui, ꝙ † ſi carceratus aliqd ꝯfiteatur, ẽt ſine alia tortura, talis confeſſio non dr̃ ſpontanea, cũ car-
8 cer ſit ſpecies tormenti. Hoc amplius † dixerũt ſufficere ꝓbare quẽ fuiſſe detentum, vt eius ꝯfeſſio dicatẽ facta metu tormentoꝝ. vide Hipp. in §. expedita. nu. 9. Sed hęc opinio nõ placet, qa metus tormentoꝝ ꝯſideratẽ, vt ſupra ꝯcluſum eſt. Sed qa metus torturæ poteſt ꝯtingere ex diuerſis accidẽtibus. Itẽ qa ꝯſiſtit in aĩo delinquentis. Ideo iudicio meo
9 † notarius ꝑp periculũ falſitatis non debet, aut põt ſcribere ſpõte ꝯfeſſus, & ſufficit ſcribere quo loco, quo tp̃e, qbus verbis ꝯfiteatẽ reus, & an fuerit ſpõte, vel metu ꝯfeſſus, ex circũſtãtijs ꝓceſſus Iudex cognoſcet, & eſſe debet potius ſpeculatio iudicis, quã aſſertio
10 notarij. Propterea † ꝯfeſſio ꝗuis ſpontanea debet ratificari ꝑ ſupradictas rõnes, & alias, quas dicit Hipp. in §. poſtꝗ. num. 22. & talis opinio fuit antiquoꝝ, quã Gand. impugnat, dicens ẽt, cũ qs ꝯfiteẽ crimen ſe comm̃ ſiſſe illico, & abſq; aliqua ꝑſeueratione, & ꝯfeſſione dãnandus eſt, vide eũ de qſt. nu. 15. Sed aduerte, ꝙ licet dubiũ ſit, nunqd ꝯfeſſio ſpõtanea ratificari debeat, ſentiũt tñ oẽs, ꝙ ſpõ-
11 te ꝯfeſſus † debet moneri ſuas facere defenſiones. Primo, qa põt cognoſci de inualiditate ꝯfeſſionis vt ſupra. Secũdo, quia põt reuocare ꝯfeſſionẽ, vel eam declarare. Tertio, qa ꝯcediẽ poſſe ꝓbari falſitas ꝯfeſſionis. vide Bald. in l. ſiquis. C. de epiſc. & cleric.

1 ☞ *Confeßio in tormentis facta tunc demum fidẽ faciet, quãdo per certa ſigna verificabitur.*
2 *Confeßionis in tormentis factæ verificatio ex quibus haberi poßit?*
3 *Innocentia rei quandoq; per cauſas cognoſcitur*
4 *Signa maleficij à reo ſunt per iudicem petenda ad confeßionis verificationem.*
5 *Confeßione non verificata reos damnare exemplo pernitioſum eſt.*

De confeſſione in tormentis verificanda, & de errore Iudicum. Cap. XX.

1 DIctum eſt † ſupra confeſſiones reorum non hr̃i pro exploratis facinoribus ſi nulla alia probatio Iudicis religionem inſtruat: Etenim res eſt fragilis, & periculoſa, & quæ veritatẽ fallit, quia aliqui tanta ſunt impacientia, vt in quouis mẽtiri, quam pati tormẽta velint. l. 1. ff. de qõ. Quare Rhetores diſputant, & vtrinq; argumẽta nõ ſunt. Proinde altera pars tormẽta teſtimonioꝝ loco hẽt. At altera pars dãnat, cũ tormẽtoꝝ mẽtiri ſæpe faciat dolor. vide Ariſt. lib. 1. de arte rhet. Quint. lib. 5. Cõfeſſio itaq; in tormẽtis tũc demũ fidẽ faciet, qñ ꝑ certa ſigna verificabitẽ, & hoc modo tolletur certamẽ, an reus ſit vere ꝯfeſſus, an mẽtitus cruciatu tormentorũ. Et iudicis intereſt quærere rõne humanitatis, ne innocentẽ oc-

 cidat,

cidat, & ne q̃rendo homicidã homicida fiat
2 c.21.Exod. Verificatio † igiť dupliciter con
ſiderať. Primo ꝙ delictũ ſit cõmiſſum,unde
ꝯſtare debet de cadauere, aliter non ꝓcediť
ad torturam,dictũ eſt ſupra c. 1. Eſt aũt alia
verificatio magis neceſſaria ad cognoſcẽdũ
veꝶ delinquentẽ,& ꝙ reus non ſit confeſſus
cruciatu tormentoꝶ. Quare licet confitea-
tur reus, Iudex tñ debet q̃rere, & verifica-
re infraſcripto modo.In primis petať à reo,
3 cur fecerit,& cur occiderit,nã ꝑ†cauſas qñ-
que cognoſciť innocentia rei,etenim ſi cau-
ſæ nõ ſunt veriſimiles,rei non dãnanť. vide
Iaſ.l.magr̃atibus.ff.de iuriſd.om.iud.l.1.C.
4 ad.l.Corn.de fica.Secũdo,Iudex petet†à reo
aliqď certũ ſignũ,videlicet,ſi agať de homi-
cidio,interrogabit quid factũ ſit de armis,&
de qualitate armoꝶ,nã ex ijs,& ſimilibus ve
ritas eluceſcit. Sinaũt de furto agať,interro
geť q̃bus vẽdiderit, & ſi reus aliquos nomi
nauerit,noĩati examineneť. & ab eis explore
tur,an ſit veꝶ.vide Bru.tract.6. ibi principa
liter q̃riť. Si in cauſa veneficij q̃s torquebiť,
interrogetur,venenum vbi emit?à quo?qñ?
quanti? per quem dedit? Supradicto igitur
modo,& ſimili,& in ſupradictis & ſimilibus
delictis interrogãdo reũ, delicta fient explo
rata Iudici certis ſignis,q̃ ad veritatem addu
cũt,& non ſola ꝯfeſſione,vt dictũ eſt ſupra.
De ſupradictis ſignis,vide.l.Moſis c.7.Ioſu.
in fine.Apud Rhetores,auctore Cornificio
legiť,maiores voluiſſe certis in rebus inter-
poni q̃õnes,cum q̃ vere dicerenť ſciri, q̃ fal-
ſo in q̃õne pronunciarentur,refelli poſſent,
hoc modo.Quo in loco quid poſitum ſit,&
ſiq̃d eſſet ſimile, quod videri aut aliquo ſimi
li ſigno percipi poſſet,vide eũdem.2. ad He
rennium titulo in cauſa coniecturali. Exem
5 plo pernicioſum † eſt non verificata confeſ-
ſione reos damnare,& exempla non deſunt.
vide Val.Max.lib.8.de quæſt.in pcin.

*1 ☞ Perſeuerare in confeſsione quando,& quomo
do reus dicatur?*
*2 Confeſsione facta an ſtatim reus ducendus ſit
ad eam ratificandam? vel quantum tempus
ſit interponendum?*
*3 Confeſſus debet per tres dies conquieſcere ante-
quam ducatur ad ratificandum ipſam confeſ-
ſionem,aliter ſi fuerit ratificata paruo momen
to,dicetur ratificata metu tormentorum.*
*4 Confeſsio facta in tormentis,et legitime ratifica
ta non præcedentibus legitimus indicijs. an va
leat,& ex ea an iudex poßit reum damnare?*
*5 Inquiſitio non præcedentibus legitimis indicijs
eſt ipſo iure nulla,& quæcunque ab ea ſequun-
tur corruunt.*
*6 Confeßio facta in tormentis licet non ſatis ſit
ad damnandum niſi ratificetur,an fallat quan
do præceßit confeßio extraiudicialis?*
*7 Confeſſus ſi non perſeueret,an repetatur in tor-
mentis vt perſeueret?*
*8 Confeſſus ſæpius in tormentis,& ad perſeueran
dum ductus ſemper negans,an & quot vicibus
poßit torqueri,vt perſeueret.*
*9 Confeſſus aliquando poteſt damnari abſque rati
ficatione,quando ſigna ſunt talia,vt non ſit ꝓ-
batio in contrarium.*
*10 Indicijs indubitatis non poteſt quis damnari,
ſed tantum torqueri.*
*11 Confeſſus ſi in confeßione perſeuerare nolit,
ſed velit probare contrarium, an non ſit am-
plius torquendus, ſed audiendus?*
12 De innocentia rei omni tempore quæri poteſt.
*13 Confeßio in ciuili an præiudicet in criminali,ſi
per principalem facta fuerit.*
*14 Confeßio facta in vno iudicio nocet inter eaſdẽ
perſonas in alio, niſi cõtra confeßionem in pri
mo iudicio iudicatum fuerit.*
*15 Tortus Bononiæ pro delicto ibi cõmißo,ob quod
non eſt corporaliter puniendus, ſi in tormen-
tis confeßus fuerit ſe plura maleficia extra
Bononienſe territorium perpetraſſe, an à po-
teſtate Bononiæ poßit vltimo ſupplicio condem
nari?*
*16 Confeßio de pluribus delictis licet ſæpe ratifica
ta non nocet, niſi conſtet de illis.*
*17 Confeßio licet legitime habita fuerit per tormẽ
ta,& fuerit ratificata,non erit tamen ſufficiẽs
ad condemnandum, niſi fuerit declarata à reo
per ſigna, per quæ verificetur iudex reum ve-
ra eſſe confeſſum.*
neri, niſi ꝑ ſpacium horarum viginti, intra
qđ ſpacium debent ad iudicem mitti. Bart.
cum gl. in l. c. 5. ff. de adult. Commiſſio Re-
5 ctoꝶ † de capiendo aliquem, durat ẽt in tp̃s
ſucceſſoꝶ, ſi talis commiſſio fuerit facta cum
cauſæ cognitione Ang. in l. fundũ. ff. de acq.
6 poſ. Propter atrox delictum † detinetur reus
in eccleſia c. 21. Exod. l. 2. C. de ijs, qui ad ec
cleſ confug. Et ibi Cyn. & Bart. Pro alijs ve
ro criminibus detineri non põt in eccleſia,
cimiterio, & hoc amplius ĩ hoſpitali ab epo
ꝯſtrõ Bal. in l. ſi qs ad eccleſiam. C. de epiſ. &
cler. ſed de hoc vltimo dubitatur. Captus
7 † ꝓ leui crimine, ꝓ quo non ingerit̃ pœna
ſanguinis, relaxat̃ fideiuſſoribus, ſecus ſi ali-
qua pœna corporalis ingerat̃. & ſi Iudex nõ
relaxabit vbi non ingerit̃ pœna corporis te
8 netur in ſyndicatu, & eſt rõ: quia † carcer eſt
ſpecies tormenti Bar. in l. ſi vero. ff. q ſatiſd.
cog. & in l. 1. ff. de cuſtod. reo. Et aduertendũ
eſt, ꝙ fideiuſſores † vbi ingerit̃ pęna corpora
lis, aut banni, non debent recipi ꝑ Iudices:
qa licet, fideiuſſores expreſſe ſe obligaſſent

ad pœnam corporalem, ſiue banni, pp talem obligationem non poſſent puniri,& eſt
10 ratio,quia nemo †eſt dns membrorum ſuorum l.liber homo. & ibi Bart.ff.ad l.Aquil. Præterea nota,ꝙ ſunt caſus, in quibus licet non ingeratur pœna corporalis,reus tñ nõ
11 relaxatur. Primo qñ † reus auſugit de carcere alias, perdit priuilegium ſm Ang. in verb.Fama publica: Sed æquitas eſt in contrarium dummodo idoneę fideiubeat.Secũdo, qñ reus à principio recuſauit fideiubere.Tertio,ſi confitetur ſponte delictũ.Quarto, ſi repertus eſt in flagranti crimine, ſiue cum armis.De prædictis,& alijs,vide Hipp. in §. attingam in prin. Sed hodie prædicta
12 ſunt ad libitum Iudicantium.Captus ſi †relaxabitur cum fideiuſſoribus non idoneis, poterit iterum capi, & cogetur idoneę fideiubere Bald.in l.1. ff. ſiquis ius voc. nec pp capturam rei principalis liberantur fideiuſſores Bart.in l.ſi heres à debitore .ff. de fide iuſ. Et ratio eſt, ꝙ licet ſit deuentum ad capturam,non tñ eſt ſatisfactum,reſpicitur.n. ad ipſam ſatisfactionem tanquam cauſam finalem,quamobrem fideiuſſores capi potue
13 runt. Siquis ſe defendendo † non permittit capi à familia Prætoris, quæ ipſum iuſte capere poteſt,ſi interficiatur à familia, homicidium tale erit impunitum licet, multi tenuerint contrarium Paul. de Caſt. in conſ. nu. 194.incipiente. Viſo ſupradicto punct. Iac. But.in l.2.C.de ijs,qui latro. Supradicta limita non hr̃e locum,qñ quis capitur pro debito ciuili. Item limita,ꝙ in cauſa criminali oportet,ꝙ liquido conſtet in proceſſu contra reum vt ſupra interfectum Ang. in l. ſi
14 quis virginem.ff.de iniur. Caueant † Itaq; iudices, ne delinquentes capi curent cum periculo vitę, niſi liquido conſtet contra ipſos delinquentes, aliter puniuntur in ſyndi
15 catu. Capti † gaudent priuilegio miſerabilium perſonarum,& legatum factum carceratis dr̃ ad pias cauſas. Bald.in l.ſi id,quod. C.de ſacroſ.eccl.Quare Iudex tenetur viſita
16 re, & curare carceratos, & ſi † carceratus eſt pauper,ꝙ non poſſit ſe ſuſtentare, ille, qui carcerari fecit, debet eum alere. not. in l.3.& l.Iudices .C.de epiſ. aud. Carceratus
17 † non poteſt citari ad aliquem actum, & proceſſus formatus eſt ipſo iure nullus. Itẽ rt̃ contrahere non poteſt Bald. in l. vnica. C. de confeſ. Aliqui ponunt cautelam ridiculam tñ,videlicet, ꝙ carcerati extrahantur de carcere cum cuſtodia tñ officialium, & tali caſu volunt, carceratos poſſe contrahere. Carceratus poteſt contrahere cum illo, qui fecit carcerari,dummodo ſit rite, & debite carceratus,& eſt ratio, quia aliter ſe liberare non poſſet l. qui in carcere .ff. quod metus cauſ. Aduerte,ꝙ multi tenent,ꝙ carceratus poſſit citari Hipp.in §. attingã. vbi multa allegat. Et diſtinguo,ꝙ ſi carceratus eſt diues,& potens,ꝙ poſſit citari,aliter nõ. tex.eſt cum gl.in l.2. C.ex quibus cau. mai.
18 Carceratus pro vno †debito, poteſt recomendari pro alio, ſicuti carceratur pro vno delicto poteſt recomendari pro alio, licet ſint multæ opiniones in contrarium,Hipp. in §.diligenter.Si carceratus fuerit quis indebite non poterit recomendari pro alio de
19 bito. Alex. in conſ. 158. Captus † à Iudice non competenti, debet tranſmitti ad ſuum iudicem,& iudex,ad quem tranſmittitur,nõ tenetur ſtare proceſſui formato per iudicem tranſmittentem. Si exul captus eſt à familia Pretoris, quamuis ſtatuta locorum diſpo
20 nant, bannitos † poſſe impune offendi, & occidi, non poterit tñ ab ipſa familia impune occidi pp reuerentiam magiſtratus, & re
21 ligionem iudicandi. Carceratus † fugiens de carcere hr̃ pro confeſſo, & poteſt procedi contra eum tanquam confeſſum delictũ, pro quo fuit captus, quod nota pp aliquas leges diſponentes,abſentes non poſſe diffinitiue exulare, nam dictæ leges non habebunt locum in capto fugiente l.qui in carcerem.ff.quod metus cau.Limita tñ prędicta, ſi conſtet de delicto l. raptor .C. de Epiſ. & cler.Item limita, ſi reus fugit fractis carceribus,aliter enim ſi aperto carcere.Itẽ quan
22 do † carceratio eſt iuſta,nam quando eſt iniuſta,licet,reo fugere,& adeo licita eſt fuga, ꝙ licet cuſtodes impune offendere, & occidere Bart.in l.prohibitum. C. de iure fiſ.
23 Et carceratio † tunc dicitur iniuſta,quando per iudicem non fuit ſeruatus iuris ordo in
24 capiendo. Si carceratus † pro aliquo debito auſugerit de carceribus an cuſtodes teneatur? reſpondeo ꝙ quando captura eſt iniuſta non tenentur, quia captura iniuſta eſt ipſo iure nulla.Idem dic de poteſtate. Bald. in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de off. Proconſu.& in l.ſi bonæ fidei .ff.de rei vendi.vbi de multis,& ſimilibus quæſtionibus quæritur.

Solennis

SOLENNIS TRACTATUS de quæſtionibus, editus per do. Iacobum de Arena.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio dicitur multis modis.*
2 *In quæſtione publica, pactio nil prodeſt reo, etiã contra paciſcentem.*
3 *In priuata, quid.*
4 *Reus paciſcendo data pecunia infamis redditur.*
5 *Iudex debet inquirere quamuis accuſator deſiſtat.*
6 *Reus non habetur pro conuicto ſi tranſigit, vbi ex crimine pœna ſanguinis irrogatur, niſi in cauſa adulterij: ſecus ſi gratis paciſcatur.*
7 *Homicidium eſt maius adulterio.*
8 *De crimine falſi potius quàm de alijs quare liceat tranſigere.*
9 *Pactio ſi fiat ante accuſationem inſtitutam, accuſator non incidit in Turpilianum.*
10 *Reo an detur exceptio ex pacto.*
11 *Delinquentis plus, melior non debet eſſe cõditio.*
12 *In præſumendo crimine plus proſequitur qui pœnam ſanguinis timet quam qui non timet.*
13 *Rei melior eſt conditio in pari cauſa.*
14 *In adulterij quæſtione quæ proponitur ad thori ſeparationem, poteſt fieri reconciliatio.*
15 *Diſtinctio quando bona publicantur ipſo iure propter delicta, & quando per ſententiam, & per totum.*

1 QVæſtio multis modis † dr̃, nam q̃-
dam dr̃ ciuilis, quædam crimina-
lis, quædam mixta. ciuilis, aut pu-
2 blica, aut priuata. † In publica, pactio nil
prodeſt reo, etiam contra paciſcentem, vt l.
iuriſgentium.§ ſi paciſcar.de pac. & l. 3. §.
ſi is.de ſepul.viola. & ita auctoritatis maio-
ris eſt pactio, quam res iudicata, & illis age-
re poteſt quilibet, niſi collatione deteſtata,
vt l.3.ff.de popula.actio.& l. eum qui. §. in
3 popularibus, de iureiur. †In priuata dic, aut
e contractu, vel quaſi, & tenet in præiudiciũ
paciſcentis, non alterius, nec tunc pactũ in-
famiam notat, niſi ſit aliquis vitians pactũ
vel tranſactionem, vt l.cauſas .C.de tranſa-
ctio.& l.non minorem, & l.vnus .§. ante o-
mnia.de pac.& l.in accuſatione. de his qui
notan.inf. Nec diſtinguo an nata eſſet actio
tp̃e conuentionis an non, vt l.1. C. de pac.
& l.hæreditatis.§ filio.& l.pactum .ff.eo. &
l.fideicõmiſſi. de tranſ. ſaluo eo quod dr̃ de
pacto p̄ quod dolus remitti ꝓcurat̃. de quo
dr̃ in l.ſi vnus, §.illud.ff.de pac.& l. in com-
modato, ff.cõmoda.& l.ꝯtractus.de reg. iur.
& l.ꝯuenire.de pac.ꝯuenti.ſi vero ex delicto
aut eſt naſcitura, aut eſt iã nata.ſi naſcitura,
q̃a nõ eſt cõmiſſum adhuc delictũ nõ tenet,
vt l.ſi vnus.§.pacta.& §.itẽ ne.de pac.ſi vero
nata eſt, tenet in p̄iudiciũ actoris, vt ſibi tol
lat̃ actio, vel ſibi paret̃ ꝯtra actorẽ exceptio,
vt l.iuriſgẽtiũ.§.ſi paciſcar.& §.fi.& l. ſi tibi.
§.q̃dam, & l.ſi vnus.§.pactus .ff. de pac. & l.
4 poſt deciſionẽ, C.de furt. †Reũ vero paciſcẽ
do data pecunia infamẽ reddit, ſi eſt famoſa,
niſi trãſigendo iudicis adſit auctoritas, ſed ſi
gratis impetrauerit, vt ſecũ ageret̃, non erit
infamis, alias nõ eſſet rõ veniæ, qđ eſſet in
humanũ, vt l.athletas, §.fi.cũ l.ſeq.& l.furti.
in prin.de infam.& l.nõ damni.C.eo.In cri
minali, dic q̃ aut poſt inſtitutam actionẽ fit
pactũ, aut ante. Primo caſu aut cũ auctorita
te Iudicis, & valet, & accuſator nõ incidit in
Turpilianũ, nec reus hr̃ pro ꝯuicto. Item ab
eodẽ accuſatore pœna nõ redderet̃, niſi de li
centia Principis abolitionẽ abolitionis po-
ſtea ꝓcedentis vt l.1.& l.q̃uis.C.ad Turp.&
l.1.de aboli.& l.furti.de his q̃ not.infam. &
l.miles.§.poſt abolitionem.& l.q̃ deſtitit .ff.
ad Turp. Alias aũt ſi eſt publicũ crimẽ, vt in
dictis.ll & probat̃ in l.maritus .§.ſi negaue-
rit, de adult.& l.qui cætu .§.q̃ vacante. ad l.
Iul.de ui. interdũ nil operat̃ auctoritas iudi
cis, vt ſi corruptus dedit licentiã deſiſtendi,
vt l.venales.C.quan.appella.nõ eſt neceſſ.&
c.fi.de colluſio. Qñ aũt dare debeat hanc li-
centiam, & qñ non, hr̃ in l.2. & l. fallaciter.
C.de abolitio. Si vero ſine auctoritate Iudi-
cis, & tũc accuſator incidit in Turpilianũ, vt
l.1.C.ad Turpil.& l.ab accuſatione: poſtea
reũ in iudicium deducit, vt l.in accuſatione.
C.q̃ acc.nõ poſſ.& in l.ſenatus, & l.q̃ deſti-
tit.ff.ad Turp. ẽt ſi ſit tale crimẽ, de quo lex
dicat nõ trãſigi, vt in adulterio: vt l.abolitio
nẽ.C.de adult.& not.in l.q̃uis .C.ad Turp.
5 † Iudex aut hẽt inq̃rere q̃uis accuſator deſti
tit, vt l.2.C.de abolitio.& c.1. & 2. de collu.
nã hoc ſpectat potiſſime ad eius offm̃, vt l.
ꝯgruit.de off.pſ.& l.iubemus.C.de defenſ.ci
uita.& hoc p̄p̄ vtilitatem publicã, vt l.ſi ope
ris.C.de pœn.ſed in priuatis accuſationib.fit
ſecus, in q̃bus p̄tor ad nil aliud intẽdit, q̃ vt

dirimat ꝯtrouerſitas litigantiū, & in crimi-
nalibus intendit vt maleficia puniant̄, & ter-
reant̄ hoies delinquere exéplis, vt l. 1. §. vn-
de q̄rit̄, de no. oper. nun. & l. bona fides. ff. de
po. & l. 1. C. ad l. Iul. repet. Si q̄rat̄ an eo ip-
ſo q̄ reus eſt pactus habeat̄ pro ꝯuicto, cū vi
deat re fugere veritatis inq̄ſitionē ꝑ tale pa
ctū, vt l. de crimine, C. de adult. & ꝯfiteri, vt
l. ꝯſiliarios, C. de aſſeſſor. & in l. in populari.
6 & de ſuſp. tut. dic, † aut ex crimine irrogatur
pœna ſanguinis, & tunc non hr̄ pro ꝯuicto
ſi trāſigit, niſi in cauſa adulterij, qd̄ eſt ſecus
ſi gratis paciſcat̄, vt l. trāſigere. C. de trāſac.
& l. in oibus, de ꝑuaricat. & l. 1. de his q̄ ſibi
mot. & l. de crimine. C. de adult. Ratio eſt in
adulterio, q̄a pudicitiā inuitatū in ſubditis
lex exigit ꝑ pceptum, vt in auth. de lenon. &
ꝑꝑ delicti frequētiam, 30. 1. q. 7. in oibus, &
ideo maiorē pœnā exegit, vt l. factū, §. fi. de
pœn. Idē credo id raptu, vt l. pen. C. in qb.
caſib. ꝑ præ. li. cū pudicitia violet̄, & maior
reatus verſet̄, vt l. q̄ cætu. §. q̄ vacantem, de
ui publica. Idē in inceſtu, eadem rōne, vt l. ſi
adulteriū cū inceſtu. ff. de adult. & 32. q̄ſtio.
7. ſi adulterium. Alij vt Ioan. dn̄t contra in
his duobus caſibus, q̄a ſic frequenter com-
mittunt̄, non aūt eſt rō in adulterio ſola cri-
7 minis magnitudo. cū iā in † homicidio repro
baret̄ pactio, qd̄ eſt maius adulterio. 34. q.
2. ſi quid verius, qd̄ non eſt, vt d. l. trāſigere.
Sj vero nō irrogat̄ pœna ſanguinis, dic, qd̄
aut gratis paciſcit̄, & non hr̄ pro conuicto,
vt l. furti, §. pactū, de his q̄ not. infam. aut ꝑ
pecuniam, & tunc ſic in crimine falſi, vt d. l.
tranſigere, & l. ipſe ſignificat. C. de fal. & l. ſi
8 ſci. & l. eius, de iure fi. & d. l. in oibus. † Sed
quare licet trāſigere de crimine falſi, potius
quā de alijs, cū in accuſatione ēt de falſo in-
cūbat onus ꝓbādi? vt l. vbi. C. de fal. qd̄ nō
eſt in alijs, vt l. fallaciter. C. de aboli. Dico,
trāſigi pōt de falſo, vbi ꝑ hoc à q̄one pecu-
niaria recedit̄, vt l. ipſe. C. de fal. quā tranſa-
ctionē conſtat in pœnā pecuniariā eſſe vali-
dam, vt l. cauſas, C. de trāſac. Item ꝑ tranſa-
ctionem fides inſtr̄i approbatur, & purgat̄
turpitudo q̄ inerat, ſi eſt in cauſa perſonalis
ꝯtractus ꝑ dolum vel metū extortus, vt l. 2.
C. qd̄ met. cau. & l. ſi res, ff. de iure dot. & l.
trāſactione. C. de trāſact. vbi vero nō diſcedi
tur à pecuniaria diſceptatione vr̄, q̄ vt in a-
lijs diſtinguat̄, an ingerat pœnā ſanguinis,
vel nō, vt in primo caſu non intelligat̄ ꝯui
ctus, ſecūdo ſic, vt in d. l. in omnibus, & l. trā
ſigere, cū rō diuerſitatis reddi non poſſit, ſi
9 † ante accuſationē inſtitutā fiat pactio, tunc
accuſator non incidit in Turpillianū, vt l. 1.
C. ad Turp. & l. in ſenatus. ff. eo. Reus vero
in cauſa ſanguinis non hr̄ ꝑ ꝯuicto, niſi in
adulterio, alias ſic, ꝓterq̄ in falſo, ſm l. tranſi
gere. & l. nondum. C. de inf. & l. q̄m. ff. eo. &
10 d. l. in oibus. & l. eius qui. † Sed an reo det̄ ex
ceptio ex pacto? dic ſm quoſdam, q̄ aut eſt
priuata accuſatio, aut publ. primo caſu ſic, à
ꝯtrario ſenſu d. l. tranſigere, nam ꝓpria erat
remittentis, vt l. fin. de priua. delic. & l. 1. de
publ. iud. ideo potuit eam remittere, vt l. iu-
riſgentiū. §. ſi paciſcar. de pact. Secundo caſu
dic, q̄ aut irrogat̄ pœna ſanguinis, & dat̄ ex
ceptio ꝯtra alium, & tunc ipſe idem admitti
tur, vt dicta lege trāſigere. & d. §. ſi paciſcar.
& l. 3. §. ſi is, de ſepul. viol. Secundum hoc vr̄
11 † qd̄ ſit melior ꝯdō plus delinquentis, quod
eſſe non debet, vt l. 3. §. 1. de dona. inter vir.
& vxo. & l. diuus, de off. præſ. & l. Pedius, de
incen. rui. & naufr. & l. presbyteri. C. de epiſ.
& cler. & ideo dic, quod in crimine publico
exceptio ex pacto non paretur indiſtincte,
vt d. §. ſi paciſcar, & l. ſi vnus, §. item, & d. §. ſi
is, & l. ius publicū, de pac. Nec obſt. l. tranſi-
gere. q̄a hoc ſolū notare voluit, vt pactus in
cauſa ſanguinis, nō intelligat̄ ꝯfiteri in alijs
publicis criminibus pactus ꝑ pecunia intel
ligitur ꝯfiteri, vt l. in oibus, de ꝑuarica. & l.
1. de bon. eo. q̄ mor. ſibi. Rō diuerſitatis eſt,
q̄a qui in hoc dubio culpat̄, per ſolam datio
nē pecuniæ, reū vt victum non habebit, cui
erat pœna ſanguinis irroganda, eū ibi cauſa
ſit diligētius examinā da, vt l. addictos. C. de
appel. ſecus vbi talis pœna nō imminet, nam
ꝓſumit̄ qd̄ ob malam ꝯſcientiam dederit, vt
12 l. nō dānatos. C. de infamib. † In ꝓſumendo
ergo crimine, plus ꝓſequit̄ q̄ pœnā ſangui-
nis timet, q̄ q̄ nō timet. Sed declarato crimi
ne per ꝓbōnes, plus non ſubuenitur vni q̄
alteri, imò vterq; punitur ſm qualitatem de
licti. Sed quid ſi reus, qui dando pecuniā ha
beat̄ pro victo. velit oſtendere ſuā innocen-
tiam, an ei ſubueniat̄, vt non habeat pro vi-
cto? Rn̄deo ſic ſi oſtendat, imò reperit datū
ſi euidenter accuſatoris calumnia oſtendat̄,
vt l. ſeruus, §. 1. de adult. & l. ſi ab eo. ff. de cal.
& in l. in ſumma. de ꝯditio. indeb. Sed an q̄
ab accuſatione deſtitit, poterit pecuniā pete
re ſibi ꝯuentā ob hoc? Rn̄deo, refert, q̄a aut
fuit

fuit nuda ɔuẽtio,aut fuit in ſtipulationẽ deducta,primo caſu non agit l.ſiue apud.C.de tráſact.& l.quis,ad Turp.Secũdo caſu ſi fuit accuſantis euidens calũnia, & non agit l. in ſumma.de ɔd.indeb.Si vero nõ fuit,tunc diſtinguit, aut irrogat pœna ſanguinis ex crimine,& tũc agit,aut nõ irrogat,& tũc nõ vt l.ſi qdẽ,C.de ɔtrahen.ſtipulat.in prin.qa ex parte agẽtis,turpis eſt pactio. Itẽ qa adhuc põt accuſare, & ſic ex parte ſua nullo modo
13 pactũ impleuit.† Itẽ qa in pari cauſa melior eſt ɔditio rei,vt l.apud Celſum.§.Marcellus. de do.except. Sed qd ſi à ꝓpinqs,& hæredibus occiſi fiat pax, an habebit ex hoc defenſionẽ ne accuſet ve puniat? Dñt quidã qđ ſic,ꝑ l.tranſigere,& l.3.ff.ad Sylla.& l. 2. C. de abol. ecõtra qđ nõ cũ ſit accuſatio publica,vt l.1.de pub.iud. & iure publico ꝑ priuatum,nec in ſe,nec in alijs ꝓiudicari põt,vt dictũ eſt ꝑ d.§.ſi paciſcar.& l.ſi vnus,§.pactus & l.ius publicũ,& l.3.§.ſi is de ſep.viol. & l. cætu.§.q vacantẽ,ff.de ui publ.& l.maritus. §.qđ ſi negauerit,&ibi ꝑ Dyn.de adult.Nec obſtat.l.3.C.de abol.qa ibi non dicit parari ſecuritatẽ reo, ſed dicit Iudicẽ petẽti abſolutionẽ dñe indulgere,ẽt ſi ꝑ pecuniã deſiſtere
14 velit,qa ſuã ſequebat iniuriã. † Itẽ in qõne adulterij,q̃ proponit ad ſeparationem thori põt fieri reconciliatio,vt in § adulterium in aut. vt nulli iud.Itẽ in querela inofficioſi teſtamẽti,vt l.cũ mota.C.de tráſact.& l ſi inſtituta,de inoff.teſta. Item põt dici in querela ingrati,in ſpirituali pactio admittit, & tranſactio reprobat niſi in matrimonio vt c. ſup
15 eod.& c. fi. de tranſac. † Qñ aũt ꝑꝑ delicta bona publicantur ipſo iure,& qñ per ſniam diſtingue ſic, quod aut qs deliquit circa res quæ prohibitæ ſunt per legem, & tũc aut deliqt circa, illa circa q eſt prohibitum delinqui,ne fiſco ꝓiudicet,& ne res venditæ tráſferãt, vel non capaci qs reſtituat hæreditatẽ, vel tacitã fidem accõmodet de reſtituendo,& tunc ꝑꝑ ſuum delictum res circa quas deliquit publicant ipſo iure,vt l. commiſſa. de publ.& l.1.§.an bona.de iure fi. & l. Imperator. eo. tit. aut deliquit circa res,circa quas eſt prohibitum delinquit, ne ꝓiudicet priuato,& ne qs inuadat rẽ alienã,vel ſuam quã alius poſſidet,& tũc nõ ipſo iure, ſed ꝑ ſniam,vt l.ſi quis in tantam.C.vnde ui.& l. 1.C.ne lice.pot.& l.fi.de litig. Aut deliqt faciẽdo cõmerciũ rei ɔtra legem in præiudicium reip.vt pſtando arma hoſtibus,& tunc non ipſo iure, ſed per ſniam bonis ſuis priuat,vt l.fi.C.q res expor.non de. Aut deniqt circa ꝓhibitũ priuilegiũ in ſui,& in reip. fauorẽ, vt eſt in milite rẽ aliquam ɔducente, tunc accipiens ipſo iure ſuis priuilegijs priuat,& q eã locauit,ſuis priuat redititibus ipſo iure,vt l.fi.§.facturos,C.loca. Aut delinquit mixtim circa res in ꝓiudiciũ priuati, & reip.& tũc vbi delictũ cõmiſſum eſt,ipſo iure dño non aufert,ſed per ſniam,vt l. quicũque.§.ſi fecerit.C. de hær. Aut deliqt circa res, accipiẽdo eas ante tps à lege ꝑmiſſum, vt adeundo hæreditatẽ ante factã vindictam de morte occiſi,& tunc nõ ipſo iure, ſed per ſniam bona auferunt,vt l.necare.§.1. ff. ad Sylla.& l.ſi ea.ff.de his q b.vt indig.Secundo caſu principali,qñ quis deliqt nõ circa res, ſed circa ꝑſonas,& tũc dic, Aut deliqt circa ſe ipſum tm̃, ſe occidendo, & bona ſua per ſniam publicani,non ipſo iure,vt l. in fraudẽ,§.eius bona.& §.fi.ff.de iure fiſ. Aut deliquit in ſecũ alijs, vt in Deũ vel Principẽ, vt eſſendo hæreticus,vel apoſtata,vel cõmittat crim.læſæ maieſt.tunc neceſſaria eſt ſnia ſuper crimine,qua lata, bona ipſo iure publicant l.q ſqs,C.ad l. Iul.maieſt.& l.ex iudiciorũ de accuſ.& l.poſt ɔtractũ,de donatio.l.f. C.de apoſta. & licet ſtatim nõ ꝑdat bonorũ dñium,ſed per ſniam,perdit tñ adminiſtrationem eorum,vt l.pen.C.ad l.Iul.maieſt.& l.donationes,& l.ſi eũ, ff.q,& à quib. & d.l. ex iudicioꝶ. Aut deliquit in ſe,in Deũ,& in legẽ,vt accipiẽdo filiã,vel ſororẽ,vel neptẽ, vel aliã prohibitã in vxorẽ, tũc ipſo iure omnia publicant bona, vt in auth. de inceſt. nupt.in prin.& in auth.de rapt.muli.§.ſancimus. Aut deliquit in hoiem tm̃,& legẽ,vt liberꝶ hoicm pignori accipiendo, & tunc debito priuat,vt in auth.vt nulli iud.§.quia vero.Aut in iudicij ɔceptione aduerſariũ fallit & tũc ſi circa diffinitionẽ iudicij in cõtumaciã pſeuerãdo ipſo iure à ſua cadit actione, vt in auth.qui ſemel.C.qũo,& qñ iudex aut circa præparatoria, vt quia non vult præſtare ſacrm̃,tunc non ipſo iure,ſed per ſniam, vt in auth.vt lice.ma. §. illo. vel põt dic,qđ ſi à lege ſuper his proferantur verba præteriti vel præſentis tpis,tunc per ſniam, vt in contrarijs,vt l.ſi quis in tantam.C.vnde ui. fallit in auth.de non alien. §. ſuper hoc autem,& per hoc eſt arg. q pet verba futuri temporis

poris fruſtra legata relinquuntur, vt l. Titia cũ. in princ. de leg. 1. Sed ꝑ verba pñtis tpis, ſic, et l. q volebat. de hæred. inſt. & l. teſtõ militis. de manum, teſta. & l. ex hac de ver. ſign. & eſt rõ, quia verbum futuri temporis obtinet vim, conditionis, vt l. qui promiſit. de cõditio. & demõſtratio. & notatur in l. pen. C. de inſtit. & ſubſtitutio. Laus Deo.

TRACTATVS

De quæſtionibus, & tormentis clariſſimi ingenij ac legum apicis do. Baldi de Periglis Peruſini.

SVMMARIVM.

1 Iudex humanitate nõ modica pollere debet: non enim debet ſtatim ad quæſtiones, & torturas procedere.

Quæſtio non de qualibet leui cauſa, aut crimine eſt habenda.

Indicia quælibet non ſufficiunt ad torturam.

2 Tortus non eſt ad torturam repetendus, niſi duobus concurrentibus.

Iudex eo vti debet temperamento, vt tortus, aut innocentiæ, aut ſupplicio ſeruetur ſaluus.

Quæſtio quid proprie dicatur.

3 Quæſtioni poſſunt ſubijci liberi, & ſerui, & ſtatu liberi, & liberti.

4 Minor tredecim annis non debet torqueri, poteſt tamen ferula, vel corrigia cedi.

5 Decuriones aliquo caſu torqueri poſſunt.

6 Quæſtio repeti non poteſt, niſi nouis ſuperuenientibus indicijs.

7 Iudex æquus in quæſtione repetenda quæ attendere debeat.

Tormenta quo ordine ſunt proponenda.

Fœmina maſculo præfertur in tortura.

8 Tortura ex quibus cauſis poßit adhiberi.

9 Indicia q̃. et qualia torturam ꝑcedere debeant.

10 Cõuerſatio mala opationum malæ eſt indicatiua.

11 Indicia ſumi poſſunt ex trepidatione, vel conſtantia.

12 Fuga indicium facit de maleficio perpetrato.

Circa diffinitionem quæſtionis. Cap. I.

DE qõnibus tractaturus videndũ eſt primo qd ſit qõ. Secundo q̃ pſonæ pñt torqueri, & quõ. Tertio, qualr
inquiſitio ſeu qõ debet fieri, ſiue cũ quo moderamine ſunt hñda tormenta, & quo ordine ſunt hoies torquendi, & ex qbus cauſis, & qd oportet ꝑcedere qõnem. Item quis ſit qõnis effectus. demũ formabo aliquas qõnes vtiles, & frequentes ſuꝑ ꝑdictis. Et vt iudicibus immoderate ſæuientibus aliqua freni temperies imponat̃ ꝑmittam quinque in
1 gñali. † Primum eſt, ꝙ iudices q intendunt de aliquo qõnem hr̃e, ante oia habeant humanitatis rõnem ſiue ꝯſiderationem, vt non facile ad tormentum proſiliant. nec repente accedant, quantumcunq; accedãt aut adſint veriſimilia argumenta, ſi alia leuiori via põt obiecti criminis veritas hr̃i ſeu reperiri. ff. eo. l. diuus. 1. & 2. rñ. & l. edictum. & C. eo. l. quoties. Secundum vero, ꝙ non de qualibet leui cauſa, nec de quolibet leui crimine, nec indifferẽter de quibuslibet pſonis hñda eſt qõ, vt d. l. edictum. Tertium vero, ꝙ quęlibet indicia non ſunt ſufficiẽtia ad tormẽta hñda: tunc. n. torquendus eſt reus cũ ſuſpectus eſt, & indicia ꝑceſſerunt talia ꝙ ſola confeſ-
2 ſio deeſſe videat̃, vt ff. eo. l. 1. 2. rñ. † Quartũ vero, ꝙ in qõne non eſt quis repetendus, niſi duo ꝯcurrant ꝯtra eum. ſ. quod noua ſuperueniant indicia, & ꝙ tortus in fortitudine corporis durauerit, vt ff. eod. l. vnius. §. 1. Quintum vero, ꝙ iudices hoc temperamentum tenere debeant, vt tormenta non ſumãt de aliquo in immenſum, nec, quãtum poſtulauerit actor, ſed quãntum moderatæ rõnis temperamenta deſiderant, adeo ꝙ tortus ſaluus innocentiæ vel ſupplicio conſeruet̃, vt l. de minore. §. tormenta. & l. qõnis modum. ff. eod. Alias tenet̃ de iniuria. ff. eod. l. item apud. §. qõnis. Et qõ diffinit̃ ſic. Qõ eſt inqſitio q̃dam q̃ fit ad eruendam veritatem ꝑ tormenta, & corporis dolorẽ. Nuda ego interpretatio, & interrogatio. vel leuis intentio non pertinet ad hoc edictum, vt ff. de iniu. l.
3 item apud. §. adijcit̃. ver. qõnem. † Quæ pſonæ torqueri pñt: & certe torqueri pñt tam liberi quam ſerui, & liberti, & ſtatuliberi, vt l. edictum. & l. ex libero. ff. eo. & l. ꝑgnantis. ff. de pœ. Licet quidam dicant liberos hoies indubitanter tam in ſeipſos quam in alios poſſe torqueri vt l. ex libero. in prin. ff. eod. & l. vnius. §. teſtis. l. ſicut, & l. ſi qs decurio C. de falſ. & l. ꝓditores. ff. de re mil. in auct. vt iud. ſine quoquo ſuff. §. oẽs. coll. 2. quo ad crimina, & quo ad pſonas cuiuſcunq; ꝯdõnis, exceptis

ceptis in dignitate poſitis torqueri permittit. C. quib. ex can. inſ. irro. l. nullam. vbi de hoc. C. de aſſeſ. l. nullus. in fi. Oia ſupradicta loquunt de qõnibus hñdis de liberis hominibus, excipiunt aliquæ pſonæ quas ius torqueri non ſinit, qdam p̃p ætatem, vt minores 13. annis. † Nam torqueri non pñt, veruntñ ferula cedi vel terreri corrigia, vel virgis leniter pñt ad eruendam veritatem, vt l. 2. §. impubes. & l. excipiant. ff. ad Sylla. & l. de minore, primo tñ. & l. ex libero. §. de minore. ff. eo. Item decrepitis ſubuenit. vt non torqueant. Sed q̃ dr̃ iſta ętas cui debet ſubueniri? Rñdeo, vt ff. ad Sylla. l. 2. §. ignoſcit. Itẽ poſiti in dignitate non torquentur vt eminentiſſimi iudices, & milites, & decuriones, & filij, & nepotes. ſ. pdictoꝝ: ne aliqua macula in eos aſpergatur, vt C. eo. l. milites. & l. diuo Marco. & l. decurionem. ff. de decur. l. fin. ſed in q̃buſdam criminibus dignitas non p̃bet excuſationem, nec minoritas quin torqueant, vt in crim. læſæ maieſt. pditoribus, & q̃buſdam alijs, vt ff. eo. l. de minore. 1. rñ. & ff. eo. l. ex libero. §. 1. & de re mil. l. deſertores. §. is qui. & l. pditores. † Item decuriones in aliquo caſu torquentur cum q̃rit de fide inſtroꝝ q̃ ante decurionatum fecerant vt l. ſi q̃s decurio. C. ad l. Cor. de falſis. Item mulieres dum ſunt p̃gnantes torqueri non pñt vt l. p̃gnantis. ff. de pœn. hic non eſſe in immenſum hñda ne quanta poſtulauerit accuſator ſed moderatæ rõnis, &c. vt l. de minore. §. tormenta. ff. eod. Et circa hoc non põt certa doctrina dari nec tradi. Sed iudex ꝯſiderabit cuius fortitudinis ſit torquendus, vel cuius debilitatis, vel cuius valetudinis, cuius ætatis, & ſm ætatem, varietatem pſonarum, veritatem criminis, ſeu alterius negocij qualitatem, qñq; ſuperioribus, qñq; minoribus vtat tormentis. Et qđ hæc ſint ꝯſideranda arguit p iura. ff. de re mil. l. 3. §. fin. l. ſi q̃s ad Sylla. in prin. & §. ꝯueniatur. & l. 1. §. impubes. Dic ergo torqueri vt innocentię vel ſupplicio ꝯſeruet incolumen. Sed qđ ſi ſit ſemel habita qõ de aliquo q nil forte dixit, vult iudex repetere qõnem de aliquo nouo accidẽti, nunquid põt. vr̃, ꝙ ſic, p' l. repeti. ff. eod. & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, vt l. de precio. ff. de pub. † T ñ dic ꝙ nõ, niſi nouis indicijs interim habitis, vt q̃a tortus dicebat nullum iſta nocte fuiſſe vbi maleficium fuerat commiſſum, poſtea inuentum eſt p teſtes qđ alius vel ſimilis adijt. Et hæc eſt cõis opinio, non tñ allegant aliq̃d, tu allegabis. ff. de verb. ſig. l. boues. §. hoc ſermone. ff. p ſo. l. ſi ſoci', p filia. §. ne ſi prior. Aſſeſſores tñ honoris, & auidi, & cupidi hoc non ſeruant, imò quotidie qões repetunt abſq; nouis indicijs, quouſq; de obiectis annuant veritatem: quoꝝ opinio põt argumentari ſeu defendi p auth. vt iud. ſine quoquo ſuff. §. oportet. col. 2. vbi iudices torquẽt ſurem, & non prius ꝯquieſcant † Conſideret aũt bonus iudex in qõne repetẽda, qũo tortus in aĩo, & fortitudine corporis pſeuerauerit. ff. eod. l. vnius. §. reus. Sed quo ordine ſint hñda tormenta? Rñ. ſagax iudex ęſtimabit, & ꝯſiderabit à quo facilius poſſit veritas erui, vt ab iſto qõnem incipiat, & à timidiori, magis ſuſpecto, à minori, & ẽt à debiliori non aũt à fortiori. ff. eod. l. 1. §. 1. & l. vnius. 1. rñ. Item ſi torquendi ſunt pr̃, & filius, à filio incipiat, & in aſpectu patris, q̃a p hoc citius dicet pr̃, cum ipſe magis torqueat l. iſti q̃dam. ff. qđ met. cau. & inſt. de noxa. acc. §. ſed veteres. Item fœmina prius torqueat q̃ maſculus, q̃a homo tanq̃ maioris ꝯſciẽtiæ, & ꝯſtantiæ tardius ꝯfiteret, & mulier cuius, q̃a momentaneum, & inſtabile cor. hẽt. C. de inoff. teſta. l. filij. extra de verſi. ſign. c. fotus. l. differre. ff. de iure fiſci. † Ex q̃bus cauſis torqueant hoĩes ex ciuili, & criminali: & tunc cũ alr̃ veritas nõ põt inueniri. ff. eo. l. diuus. & l. ex libero. & l. quoties. C. eod. in ſumma eo. tit. non tñ ex oĩ cauſa torquendus, nec q̃libet indifferenter. ff. eo. l. edictum. Sed q̃ritur q̃ oportet, p̃cedere qõnem. Dic, indicia ſufficientia, & veriſimilia, q̃a à tormẽtis nõ eſt inchoandum. ff. eo. l. 1. rñ. Nam ſi præſumptionibus non eſt q̃s torquendus. ff. eo. l. diuus. & l. maritus. & l. ſi. C. de fal. l. ſicut in fi. Et certe rectorib. eſt valde ꝯſiderandũ, & põderoſe aduertendũ, nunq̃d p̃cedẽtia ſunt veriſimilia, & ſufficiẽtia ad hñdam torturã, cum alias reſtõ vel appellatio ſubſequens pdeſſe non poſſit. Nã plurimi dũ torquent deficere ſolent. ff. de pœn. l. aut. §. 1. & ideo torturam oportet p̃cedere indicia, vt pbat in iurib. p̃alleg. & C. eo. l. mil. & l. cũ cognitionalr̃. & cũ ſi † Sed q̃, & qualia indicia. Rñdeo nõ bene põt dici, ſed committit arbitrio iudicis. ff. de teſt. l. 3. in princ. ibi tu magis ſcire, &c. Sic dr̃ de mora, & acceſſionibus. ff. de diuer. & temp. pſcr. l. acceſſionibus. ff. de vſur. l. mora. & iſtud

4 (margin, left col. line "res 13. annis") 5 (margin, "res. §. is qui") 6 (margin, "debemus") 7 (margin, "rem, & non prius") 8 (margin, "l. differre") 9 (margin, "cũ ſi")

& iſtud eſt gn̄ale, quod non determinatur à iure, ideo relinquit arbitrio iudicis, vt in pœnis à iure non determinatis, vt in l. hodie. ff. de pœ. & l. ſancimus. C. de pœn. ff. de effrac. l. 2. §. 1. & ſic de tp̄e qđ indeterminate ꝓfertur. ff. de lib. in l. 1. in princ. Poſſumus in in gn̄e talem doctrinam ponere, ꝙ diſcretus iudex ſolenniter inſtare debet ad indagandam indicia ꝯtra delictum ex aliquo crimine. Nã indicia ſunt alias ꝓbõnibus ꝓxima. Et dn̄r indicia quaſi demonſtratiua mentis, & veritatis, & ꝓbõnum adminicula. C. de ꝓb. l. in ſtrumenta. & l. fin. ſunt añt indicia pars probationis claræ C. qui teſta. face. poſ. l. hac cõ ſultiſſima. §. demum, ibi indicia, &c. Et dn̄r indicia ab indicando, vnde indicia .i. debita adminicula ad indagandam veritatem. C. ad l. Iul. de adul. l. ſi q̄s adulterij. ff. de pſcr. ver. l.
10 ſolent. † Quærat iudex inſtanter cum q̄bus, ꝑ q̄ loca ꝯuerſabat̃ delatus, quem torquere intendit, q̄m mala ꝯuerſatio eſt malæ operationis indicium. ff. de admin. tut. l. ſi plures. §. aſſidue. Nam ex mala ꝯuerſatione bonus efficit̃ vitioſus. ff. de ædil. edi. l. ædiles. §. Pedius ibi. alleator. forte, &c. Nã cum Pſalmiſta ait. Cũ ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo puerteris, &c. Dcm̄ Philoſophi, qualiſcũ que talium ꝯſolatio delectat̃ Itẽ ꝯſideret loca q̄bus ꝯuerſabat̃: q̄a ex locoꝵ varietate varia colligit̃ ꝯiectura, vt C. ſi emanc. ita. fu. al. l. ſi. ff. de pœn. l. aut. §. oẽm. Item iuſte q̄rit̃ ſi erat inimicus offenſi, vel ſi aliqua offenſio interuenerat inter eos, q̄a tũc erit pſumptio culpæ, q̄a inimicum de inimico malũ cogitare, & facere facilius ius ꝑmittit pſumi, vt ff. de his q. vt ind. l. ſi inimicitiæ. ff. de adim. leg. l. 4. §. fin. ff. eod. l. 1. §. pterea inimicoꝵ. Item inueſtigare debebit cuius æſtimationis & famæ, qualis .n. fama, ꝙ opinio cuiuſcũq; in ciuitate, talis pſumit̃. ff. eo. l. de minore. §. tormẽta. ibi vel cuius æſtimationis. ff. de rei vendi. l. ſi ambo. 1. rñ. in auth. de teſti. l. ſanci
11 mus. alias. §. 1. coll. 6. † Itẽ poterit iudex ſumere indicia ex ꝯſtantia vel trepidatione vocis, vel mẽbroꝵ, vel pallore, vt d. §. torm. locutio .n. & ꝯſtantia, & trepiditas eſt æſtimatio cuiuſcunq;: ideo æſtimanda, & indaganda eſt: q̄m multa afferunt ad inueſtigandã veritatẽ, & in lucẽ emergũt, vt d. §. torm. Itẽ inquirat cuius vitæ primo fuerit, & an talia vel ꝯſimilia de q̄bus inculpat̃ ad pſens facere cõ ſueuerit. Nã de vnoquoq; bonũ vel malum pſumimus, ꝯſideratis primo agitatis ab illo. ff. de re mili. l. deſertorem. §. ſi. ibi, q̄ ad hoſtẽ ꝯfugit, & l. non ois. §. à Barbaris. eo. ti. ff. de ſuſp. tuto. l. tutor quoq;. §. q̄nq; põt, ex geſtis .n. præteritæ vitæ, metimur geſta pſentis, vt C. de ppo. agen. in rebus. l. 2. §. fin. lib. 12. Itẽ an fuerit eũ minatus, q̄m erit indiciũ ꝙ operibus impleuerit, qđ verbis terrẽdo ꝓ ſudit, cũ ex dictis hoium facta penſemus. C. ſi q̄s Imp. maled. l. 1. ff. de ſup. leg. l. Labeo. Itẽ ꝯſiderandum an talis ſit q̄ ꝯſueuerit, & poſſe habuerit, talia implendi, qđ eſt notandũ, ad l. Iul. maieſt. l. famoſi. ibi, an poterit facere, &
12 an ante q̄d fecerit. † Item ſi iam fuit indiciũ ꝯtra eum, vel ſe abſentauit poſt pſectum maleficium, ar. in auth. de exhib. §. ſi vero. & de ꝯfeſ. §. ꝯſiliarios. cũ ſi. Itẽ teſtes recipiat ſuꝑ maleficio. loco vbi fuit commiſſum, de voce publica, & fama, q̄ ipſa oĩa coadiuuãt effectũ ad tormẽta. ff. de ſol. l. 1. §. flumẽ, ex multis alijs caſib. indicia ſumat ad formãdũ ꝯſciẽtiã ꝓ inueniẽda veritate delicti, & criminis.

1 ☞ *Confeſſio rei non ſtatim ſibi præiudicat, ſed expectari debet eius in eadem perſeuerantia.*
2 *Crimen ſponte confeſſus ſtatim eſt incarcerãdus.*
3 *Torto in tortura contra alium deponenti quam do credatur.*
4 *Tortus in quibus caſibus ſit de alijs ĩterrogãdus.*
5 *Accuſatus ſuper vno furto, & tortus ſi confeſſus fuerit an poſſit torqueri ſuper alijs.*
6 *Torquendus potens dilationem ad reprobanda indicia an ſit audiendus.*
7 *Defenſio ſua nemini eſt deneganda.*
Teſtis quando dictum ſuum retractare poſſit.
8 *Confeſſio facta in tormentis an aliquid operetur, ſi in ea non perſeueretur.*
9 *Tortus abſque indicijs ſibi non præiudicat confitens in tormentis.*

Loquens de effectu quæſtionis. Cap. II.

Denuo reſtat videre quis ſit q̄onis effect᷑. Et certe ſi abſq; formidine tormentoꝵ vltro q̄s crimen ꝯfiteat̃, dixerunt q̄dam pceptores moderni eum non
2 eſſe damnandum. † Sed debet iudex ſtare ꝑ diem vel ꝑ aliud tp̄s, ſm̄ qualitatem criminis, & pſonæ ꝯdõnem, & interim facere reũ coram ſe pſentare, vt tũc interroget an velit pſeuerare in ꝯfeſſionem quam fecit, aut ꝯtra dicere vel reuocare. Et hoc ideo dñt ipſi, q̄a confe

confeſſio rei ſtatim non præiudicat, nec ſta tim facit plenam ꝓbõnem. vt C. de cuſt. reo. l. 2. Item intelligant leges q̃ non diſtingunt formidine tormentoꝝ an ſponte habita con feſſio ad hoc. ff. eo. l. 1. §. diuus. ibi ꝯfeſſiones reoꝝ ꝓ exploratis facinoribus hñi nõ opor tere. & §. ſi qs vltro. & ſic dicebant ipſi inter eſſe inter ꝯfeſſionem habitam in ciuilibus, & habitam in criminalibus, in hoc. ſ. in ciuili bus non eſt opus ꝑſeuerantia, ſed ſtatim te net, in criminalibus vero ſi vltro ſine formi dine tormentoꝝ habita fuerit ꝯfeſſio, opus eſt ꝑſeuerantia ꝑ pdicta iura. Nec mirũ dice bant ipſi ſi intelligatẽ ponderate. i. ſolenniter ꝓcedatẽ tam in criminalibus quam in ciuili bus. Nam vbi eſt maius periculũ ibi eſt cau tius agendum. C. de fal. l. vbi eſt melius. C. de pœn. l. q̃ ſniam. extra de elec. c. vbi pericu lum. lib. 6. Nec mirum ſi tam varia quam cri minalia indicia nihil cõe hñt vel ſimile cum ciuilibus l. 1. in prin. de pub. iud. Tu dic ꝯtra,

2 & hæc eſt cõis opinio † q̃a ſi qs in ſe ꝯfitet crimen ſponte, ſtatim eſt incarcerandus, & il lico abſq; alia ꝯfeſſione, vel ꝑſeuerantia dã nandus. ff. de cuſt. reo. l. fi. 1. rñ. & C. de pœ. l. ꝯreis, Ita intelligunt. l. ꝯfeſſus. ff. de cuſt. reo. Non ob. d. § ſi qs vltro. & §. diuus, q̃a intel ligunt in ꝯfeſſionibus habitis in tormentis, & ſic intelligunt. l. 2. C. de cuſt. reo. ſm verio rem lecturam. vt patet in fi. l. ibi, & ſic &c. Sed ſi in tormentis vel formidine tormento rum, tunc nõ debet ſtatim hñi ꝓ explorato, vt dic. §. diuus, & C. app. reſcin. non poſſe. l. 2. & eſt rõ. vt ff. eo. l. 1. §. q̃õni. &c. Et tũc hẽt locũ. l. 2. C. de cuſt. reo. vt iudex faciat ad ſe crimínoſum redire, & q̃rat vtrum velit cri minoſus in ſua q̃õne ꝑſeuerare, an retrahe re, vel ꝯtrarium dicere, & ſi ꝑſeuerauerit te net ꝯfeſſio, alias non, vt d. §. ſi qs vltro. & l.

3 2. C. q̃ appella. non recip. † Sed q̃d ſi aliquis ſubijcit q̃õni, & ꝯfitetẽ ꝯtra alium, nunq̃d ſtetẽ dicto ſuo? Rñdeo diſtinguendo, aut torquetẽ ſimplr̃ in alios, vt in ſocios non in ſe. & tũc ſtatẽ dicto ſuo cum alijs indicijs, vt iudex ex dictis torti, & alijs indicijs ad ꝯdemnatione ꝓcedat. C. de aſſe. l. nullus. in fin. ff. eod. l. edi ctum. & l. 1. §. q̃ q̃õnem, ibi alterũ. n. magis ſuggererentis quam requirerẽtis, &c. ad idẽ Tullius in Topicis. Nam in tormentis vbili bet fatigati q̃ dñt, veritas ipſa vr̃ dicere: ſal uo ſi dixiſſet de inimico, q̃a nõ eſt facile cre dendum. Sed nec. ſ. oino fides retrahẽda. ſed cauſa cognita fides erit adhibenda, alias nõ. ff. eo. l. 1. §. ꝓterea, & arg ff. de teſti. l. 3. in pri. aut loquẽs in ſe nihil de ſe ꝯfiteat: tunc hñt locum proprie ſupradicta. Si vero ꝯfitetẽ de ſe, & alijs, & tunc ſm Acc. cuius opin. valuit, eſt in veritate rñſ, & inſtantia regulæ regula riter de ꝓprio ſcelere ꝯfeſſus ſuper ꝯſcientia non ſcrutetẽ aliena, q̃a tortus de ſe non ꝯfeſ ſus debet interrogari de alijs. maxime con ſocios, vt ff. eo. l. q̃ de ſe C. eo. l. ſicut, in prin. C. de act. l. fi. Tunc ſi de facto ſuo interroga tus dicat, ſiue interrogatione accuſato alios, non ſtatẽ dicto eius. Fallit in caſibus in q̃bus de ſe ꝯfeſſus interrogatẽ de alijs, ſi tñ ꝯtra il los vel alios ꝓcedãt indicia. Primus caſus in cõibus latronibus, & maxime q̃ de ſe ꝯfeſſi

4 torquendi ſunt, & interrogãdi † de ſocijs, de mandatoribus, ꝙ receptatoribus. ff. de cuſt. reo. l. diuus C. de ſer. l. pe. Secũdus. C. de fal. mone. l. 1. Teritus ad exhi. l. fin. Quartus de ſeruo de nece dñi in ſe ꝯfeſſo: vt torqueatẽ, & interrogetẽ quo mandante, &c. ff. ad Sylla. l. prius. & l. & ſi ꝑcuſſor. Quintus ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. & ſi ſeruus. Et bene dr̃ ſi aliqua ꝓcedant indicia. q̃a alias nõ debet de alijs interrogari. C. eo. lib. Itẽ eius rñſio nõ erit plena ꝓbõ ꝯtra alios quos inculpaue rit. Sed nunq̃d ꝑp iſtam talem ꝑſcriptionẽ poterũt iſti inculpari, & ad tormentũ poni? Rñdeo, ꝙ ſic in dictis caſibus. ar. præal. nul lus. & ar. ff. eo. l. edictum. & ar. ff. eo. l. 1. §. cũ qs latrones. ar. q̃d̃ idẽ in alijs. ff. eo. l. 1. §. di uus Adrianus Calfurnio. In alijs vero nõ. l. fin. C. de actu. ff. eo. l. is qui. Sed q̃d ſi ꝑſona inculpata à torto ſit homo malæ famæ, & cõ ditionis, nunq̃d in alijs caſibus q̃ in iſtis ex plicatis, poterit ſubijci q̃õni? Dic de iure, ꝙ ſi non ꝓceſſerint indicia ſufficiẽtia nec incul patio eius facta erit, vt C. de act. l. fin. ff. eo. l. is qui. ergo q̃d̃ inde ſequitẽ perinde. i. tanq̃ ꝓhibente ſcm non valet, vt l. non dubiũ. Tñ de ꝯſuetudine vr̃ torqueri: ꝑ qua. ff. eod. l. 1.

5 §. diuus. † Sed q̃d ſi accuſatẽ qs de furto indi cijs ꝓcedentibus, an iſtud furtum torquetẽ, & ꝯfitetẽ illud furtum, nunq̃d ꝓcedit in tortu ra, ſine repetitẽ vt idicet, & ꝯfiteatẽ de alijs fur tis à ſe factis, & commiſſis ad quæ nulla ha bentur indicia? Dic ꝙ non de iuris ſubtilita te. arg. eorum quæ dicuntur in proxima q̃õ ne. Pro iſta parte eſt etiam, quia quantum ad iſta furta, de quibus in genere vel ſpecie nõ quæritur, nulla procedunt indicia, & ſine indicijs

indicijs nemo torquẽdus eſt.C.de falſ.ſicut. ff.eo.l.1.in princ.& l.maritus. Sed de gñali ꝯſuetudine Italiæ ſeruamus ꝯtrariũ, & ſpecialiter in furtis, qa frequẽtãt magis, quæ cõſuetudo põt adiuuari ꝑ l.non oẽs.§. a Barbatis.ff.de re mil.l.congruit.ff.de off. præſ. Sed qd ſi aliqs nondũ eſt in tormentis,& dicet tormẽtetis me quantũ velitis,qa nõ ſum culpabilis,nec aliquid dicã,ſic omnia diffitetur,nunqd debet ſtatim à tormẽtis,relaxari & dimitti vt recedat? Certe non imò procedaẽ ad torturam eum tẽperie vel aſperie ſm criminis qualitatẽ,& ſi ꝯfiteaẽ,bene quidẽ, ſi non iudex debet ipſum in carceribus detinere,& ſi noua aderunt indicia, qõnem repetet,& alterius thematis à prima. Si aũt non aderunt indicia noua, tunc ſtatuet actori dilationem competentẽ ad ꝓbandũ,& ſi poterit ꝯuinci,ꝯdemnabitur,alias non.ff.eo.l.2.
6 §.ꝑterea,& l.vnus.† Sed qd ſi ꝓcedunt criminis indicia,per q̃ iudex informatus procedere põt ad torturam? Dicit reus dñe iudex detis mihi defenſionẽ, alias dilationem anteq̃ ponatis me ad torturã, quia paratus ſum inꝯtinẽti redarguere ꝯtra indicia recepta ꝯtra me?nunqd eſt audiendus, & ſibi ſit defenſio danda anteq̃ torqueatur? Vr̃, ꝙ non per l. 4.C.vbi ſena.vel cla.l.ibi,nec quas ante probationes iniurias,& cetera, cum in illis ꝑſonis dignitate ꝯſtitutis ſit ſpeciale,ergo in ceteris ꝑſonis ꝯtrarium erit ius cõe.ff.ad munic.lib.1.in fi.Præterea primo probat actor fundata intẽtione ſua, reus poterit exceptiones ſuas ꝓponere.C.de excep.l.ſi qdã,& de ꝓb.l.exceptionẽ,ergo debet fundare,& probaẽ intentio cõſtet per teſtes, & per cõfeſſionem rei anteq̃ audiaẽ in ſua defenſione ſeu exceptione reus Tu dic contra, ꝙ primo ſit danda defenſio anteq̃ torqueaẽ,maxime qñ qd tale allegaẽ ꝑ ipſum accuſatũ,quo ꝓbato nõ dr̃et iudex ad tormẽta ꝓcedere, illa ratione, qa ab interlocutione facta iudice ꝙ aliqs torqueaẽ,appellaẽ.ff.de appe.l.2. & eſt ꝯſiderãda cauſa quare à tale interlocutoria ꝑmiſſum eſt appellare. Nã ſi defenſio ꝑmitteretẽ poſt torturã,nõ poſſet poſtea recuperare detrimentũ mẽbroꝝ,vt d.l.aut notaẽ modo. eadẽ rõ vendicat ſibi locum in ꝓpoſito ſeu eũ appellaẽ vel defenſio daẽ ſi primo, alias ſi nõ appellaẽ. Nam ſolent qdã deficere
7 in qõne.ff.de pœn.l.aut. §. 1. † Præterea ẽt alias ꝯfeſſo ſua defenſio daẽ.C.de cuſt.reo.l. 2.multo magis huic nõ denegabiẽ.Præterea ꝙ iã ꝯdemnato ex ꝯfeſſione ſua in tormẽtis ẽt ꝑſeuerata, princeps ſubijeit ẽt poſt ſniam retractando ſi conſtiterit de innocentia condẽnati.ff.eo.l.1.§. ſi quis vltro. Si ergo iam condemnato, & confeſſo conceditẽ defenſionis facultas,multofortius ante torturam denegari non debet. Cui.n.quod plus eſt cõcedit, non debet denegari quod eſt minus, vt in regula iuris. Quid plura? lex dicit cuicunque petẽti defenſionẽ,dãda eſt.ff.eo.l.vnius. §. cognitorum ibi, quoque ipſo poſtulante reo,&c.Sed qd ſi teſtis fuit tortus,& in tortura ꝯfeſſus,nunc ante ſniam dicit ſe erraſſe, nunqd poterit reuocare errorẽ ſuum? Rñdeo,aut eſt error facti,aut iuris. Primo caſu põt vſque ad ſniam. Et eſt rõ,quia non vr̃ fateri,qa errat.ff.de ꝯfeſ.l.2.in princ. Itẽ talis error non ſolet vſque ad ſniam obeſſe.ff.de iur.& facti ign.l.2. Nam condẽnatus ex confeſſione in tormentis,ſi nec ꝑſeuerauerit in ea,innocentiã ſuam docere voluerit,& ſi oſtẽderit abſoluatur.ff.eo.l.1. §.ſi quis vltro. multofortius errorẽ ſuũ ante ſniam probare volens debet audiri.Itẽ iſte nõ ꝑſeuerauit in confeſſione ſua, ex quo non expectauit ſniam.Item confeſſus formidine tormẽtorũ auditur appellans.C.quo.appel.nõ reci.l.2. ſi certauerit in iure,tunc non poterit venire
8 cõtra confeſſionẽ ſuã,vt d.l.error.† Sed qd ſi aliquis eſt ꝯfeſſus in tormẽtis,nec ꝑſeuerauerit in ea.nunqd talis ꝯfeſſio aliqd operabiẽ? vr̃ quod ſic.ſ.ſemiplena ꝓbõnem,vt no. C.de cuſt.reo.l.1.& ff.eo.l.1. §.diuus,& intelligiẽ in ꝯfeſſione torti,in qua nõ fuit perſeueratũ.Vel dic,& forte verius,ꝙ ibi ꝑſeueratũ ſit,talis ꝯfeſſio non plenã nec ſemiplenam ꝓbõnem inducit,qm̃ nullo modo confiteẽ, & formidine tormentoꝝ confitenti ſine ꝑſeueratione equiparentur.C.qñ appel. non ſit.l.2. Sed quid ſi aliquis eſt tortus nullus legitimis indicijs ꝓcedentibus, nunquid
9 valet eius ꝯfeſſio? † Dic ꝙ non quantumcunque in ea perſeuerauerit,vt eſt expreſſum.ff. eo.l.diuus.§.ex quibus,& l.pen.ſm vnam lecturã,& arg.C.ſi ex fal.inſtr.l.3.& 4. probo qa à tormẽtis nõ eſt incipiendũ.ff.eo.l.1.2. & 3.l.maritus,& l.miles.C.eo.ergo ipſis deficientibus,quidquid ſequitur ipſo iure non valet,vt l.non dubium .C.de legi. & de fide inſtrum.l.1.lib.10.de appella.l.nominationis,& ff.de reg.iur.l.diuus,cum ſimi.&c.

Conſe

1 ☞ *Confeſſio qua,& quando in tormentis facta dicatur.*
2 *Statuto dictante quod quis nequeat quæſtioni ſubijci, an poteſtas talem detinens in carcere, vel aliter affligens, incidat in pœna ſtatuti.*
3 *Reus tortus ad quem locum ducendo ſit ad perſeuerandum confeſſione facta in tortura.*
4 *Liber homo an,& quando torturæ ſubijci poſſit.*
5 *Perſona accuſata an debeat ſupponi tormentis.*
6 *Index, ſeu poteſtas in tormentis modum debitũ excedens puniri debet.*
7 *Index debite officium ſuum exercuiſſe præſumitur, niſi contrarium probetur.*
8 *Index in puniendo modum excedens præſumitur non iudex.*

Circa confeſſiones in tormentis. Cap. 3.

Dictum eſt ſupra ꝙ confeſſio facta in tormentis,& rñſio facta non ꝑiudicat, niſi in ea non fuerit ꝑſeuerarũ.
1 † Sed quæro q̃ dr̃ facta in tormentis. Rñſio. facta in tormentis eſt, cum ad pedem torturæ ducit̃,& ligant̃ manus,& tortura inducit̃, qđ niſi incontinenti ꝯfiteatur, ſubijciet eum q̃ōni: certe non eſſet talis ꝯfeſſio, niſi fuerit in ea ꝑſeueratum, q̃a lex æquiparat ꝯfeſſionem factam in ipſis tormentis, & extortam formidine tormētoꝶ. Et not. ꝙ ibi dr̃ de formidine tormentoꝶ, non aũt dicit in tormētis,& ibi ita ſenti. gl. arg. ff. de iniur. l. item. apud §. 2. dr̃ ibi, q̃ōnē intelligere debemus, & tormenta,& corporis dolorem ad eruendam veritatem. Nuda ergo interrogatio vel leuis territio, à ꝯtrario ſenſu, non leuis territio hr̃ ꝑ ipſa tormenta,& ad hoc accedit, ſufficit terror armoꝶ,& ſi vſus eius non ſit. ff. de ui.& ui arma. l. 1. §. ſi arma.& ad l. Cor. de ſica. l. 1. vbi æquiparant̃ hoīem perimere gladio,& in manu ipm̃ ſtringere. & dicit. ff. ex qui. cau. maio. l. Iul.& C. quod met. cau. l. me-
2 tum. † Sed quid ſi continet̃ in ſtatuto qđ q̃s nō poſſit torqueri niſi in certis caſibus, ꝑtās honoribus auidus extra illos caſus. cōceſſos. per ſtatutum vellet eruere veritatem criminis, non tñ vult eum ponere ad tormenta, ne incidet in pœnam ſtatuti. Sed quid facit, præcipit eum teneri in turri vel in alio loco, de negando ſibi alimenta donec ꝯfiteat̃, vel in hyeme facit eum ſtare ſpoliatum, Nunqd vr̃ eum ponere q̃ōni, vt ſic dicamus eũ incidere in pœnam ſtatuti,&c. Dic, ꝙ ſic. l. item apud. ff. de iniu. §. q̃ōnem. ibi, vel malam intentionem habuerit. Sed quid ſi extra locũ torturæ, aut circa tribunal, vbi ius redditur, iudex examinans delatum de crimine, dicēs, aut tu ꝯfitearis, aut te ducam ad tormenta, & torquebo te, nunquid dicet̃ ꝯfeſſio formidine tormentoꝶ facta? Dic, ꝙ non q̃a leuis territio, vt l. item apud §. q̃ōnem.& C. quod met. cau. l. metum. Qua non iactationibus tm̃, ſed q̃ōnis ꝓbabilem veræ torturæ comparendæ accipere debemus ꝑſentiam, & inſtantis torturæ, ſicut de metu inſtātis cruciatus, ut ff. qđ met. cau. l. metũ, primo rñſo. ex quib. cau. maio. l. 3. ad fin. Leuis aũt territio, & extra locum torturæ facta. eluſoria eſt. ar. ff. ſi cui pluſquā ꝑ l. fal. hæc ſatiſdatio. Dcm̃ eſt ꝙ ꝯfeſſio facta formidine tormentorum non hr̃ ꝓ explorato facinore, niſi fuerit per
3 ſeueratum. † Quæro in quo loco ducendus eſt reus ad ꝑſeuerandum. Rñdeo apud acta, vel in alio loco publico extra ꝯſpectũ torturæ, & iam vidimus expertos ad defenſiones in ꝑſeuerantia ꝯuocare teſtes ſub publico teſtimonio ſic facientes, talis tali die ꝑſeverauit,& ꝯfirmat,&c. in ꝑſentia taliũ teſtiũ,&c. & benefaciunt ꝑ l. 2. C. de cuſt. reor. ibi, ſub publico teſtimonio,&c. Sed quātũ tp̃s debet eſſe in medio inter ꝯfeſſionem tormēti,& ꝑſeuerantiam? Rñdeo, lege non determinat̃, vt d. l. 2. C. de cuſt. reo. ibi poſtmodũ eductus &c. non tñ dicit qd ſit iſtud modicũ tp̃s. Pōt dici qđ ſit in arbitrio iudicis inſpecta ꝑſona rũ qualitate, vel enormitate, vel leuitate criminis. Cum. n. à iure tp̃s non ꝑfigit̃, iudicis. ꝑtāti committit̃. ff. de iur. deli. l. 1. in fi. de pe. l. hodie. ff. de effra. l. 1. Sed q̃s debet intereſſe q̃ōni? Rñdeo, vt ff. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. q̃ōni. In ſecreto aũt recipiunt dcm̃ ſuum teſtis. n. ſimilitudinē habet tortus, vt in ſumma huius tituli. §. ſed hr̃.& ff. de q̃ō. l. 1. §. Im-
4 perator. † Sed nũquid liber homo poſſit torqueri? vr̃ ꝙ non, q̃a totus eſt titulus. C. & ff. tm̃ de tortura vr̃ ſentire. Tu dic liberos hoīes poſſe torqueri, non ſolum in alios, vt. ff. eo. l. ex lib. 1. rñſo,& l. vnius. §. teſtes.& C. de abo. l. fallaciter. §. qđ ſi ingenua vel ingenuorum. C. de aſſe. l. nullus, ad fin. ff. de cuſt. reo. l. diuus. Sed ēt in ſeipſos q̃ñ deferuntur de aliquo crimine. C. eod. l. cum cognitionaliter. C. de inf. l. nullam.& ibi de hoc. C. de falſ. l. ſicut,& ff. de re mil. ꝓditores. Decurio. pōt torqueri, ꝑ l. ſi q̃s decurio. C. de fal. vbi

decurio

decurio torqueť,& alius quã liber homo nõ pōt eſſe decurio.ff.de dec.l.ſeuerus.Et ita cõ ſuetudo gñalr ſeruat,& not.do.Axo.in ſum
5 ma huius ti.§.torqueri.& §.torquei. † Sed nunqd iſta pſona accuſata debet ſubijci tormentis?Et certe tit.C.& ff.de qſt.vř inſiſtere circa ſeruos torquẽdos, & liberos hoies in teſtimonio vacillãtes.Sed tu dic,ꝙ ipſe principales pſonæ ſubijciendæ ſunt qõni, vt C. eo.l.3.& ff.eo.l.1.§.diuus,& §.ſi quis vltro. & l.vnius,& ff.de re mil.l.proditores,præcedere tñ debent indicia veriſimilia vt ſupra dixi.Sed qd ſi iudex in torquendo ita modũ excedit, ꝙ hoĩem extinxit, vel debilis effectus eſt? Rñdeo,vř teneri.arg. ff. ſol. matr. l.ſi conſtante.§.ſi maritus.inſt.de his q ſunt ſui vel al.e.iu.1.2.rñ.& melius .ff.ad l. Aql. l.Sed,& ſi quemcunq;.§.igitur.ff.de vſuf.l.locum.§.fi.l.eleganter.§.plane.ff.de pign. act. Nec prodeſt.n.ꝙ vnus iudex facit cum deliquerit, nam omne maleficium praue præſumimus actum.C.de iniur.l.non ꝯuicij,& de
6 ſica.l.1.†Præterea ſi in torquẽdo modũ qs excedit,puniẽdus eſt,vt C.de emen.pro.l. 1. nec iudicẽ excuſet offm̃,qa ſicut priuatis,ita magr̃atibus ꝓhibitũ eſt aliqd illicitum facere.ff.de iniur.l.nec magr̃atibus. Econtra vř, ꝙ non teneať, quia hoc fecit cauſa veritatis eruendæ,& facit exequendo ſuum offm̃,nõ animo interficiendi vel debilitandi,ergo nõ debet teneri.Neq;.n.quis delinquere vř,niſi malignum animũ habuerit.ff.de verb. ſign. l.ſæpe.in fi.nam maleficia voluntas,& propoſitũ diſtinguunt.l.q iniuriæ,in princ.ff.de fur.& facit.ff.de acq.poſſ.l.qď in eo. & alibi, & tũc crimen committat cum nocẽdi volũtas interuenerit,nõ alias,vt C.de ſica.l.1. ff.de lib.ho.exhib.l.3.alias,§.1.Præſumit.n. princeps bonũ de officialibus ſuis, niſi ꝯtrarium manifeſte appareat,& doceat.ff.de off. præf.l.1.ad fi.Nam creditor rem obligatam aſſerendo non p̃ſumit deliquiſſe,quia notabilis p̃ſumptio.ff.de fur.l.cum creditor.
7 †Sic ẽt à ſimili in ꝓpoſito,iudex p̃ſumit ſui officij exequẽdi cauſa iſtud feciſſe,non aũt animo nocẽdi,licet.n.culpam ẽt torquendo excedendo modũ habuerit iudex,per hoc non teneť l.Corn.de ſica. qa in delictis lata culpa dolo nõ æqparať.ff.ad l.Cor.de ſica.l. in lege.Item cauſa ꝓp quam aliquid fit ſeruandũ remanere impunitũ,qď alias coercendũ eſſet,debet attendi.ff.de pœn.l.aut .§.cauſa.

Sed officij neceſſitas impunitũ ſuadet remanere,qď alias coerceri debet ff.de his q̃b.vt ind.l.poſt legatum.§.aduocatum & l.tut.ergo,&c. Præterea ſi nõ apparet quo aio defecerit,p̃ſumẽdũ eſt potius zelo iuſtitiæ, & ex vigore officij facere,quã malo ꝯſilio id feciſſe.ff.de acq.poſſ.l.vř,& ꝓ ſocio.l.merito. & ꝓ hoc arg.C.q acc.nõ poſſ.l.2.in fi.vbi tutor de falſo inſtr̃o ꝓcedendi in cauſa publica,ſi non ꝓbat,non p̃ſumiť nocendi aio accuſationẽ inſtituiſſe,niſi euidẽter probet, tñ rŕr qui non probat calumniari vř.C.de aduo.diuer.iud. l.1. Solutio,diſtingunt qdã,ſi apparet qď hoc fecerit ex volũtate, dolo tenet.ſi abſq; culpa,&caſu,nullo modo teneť, ſi aũt cum aliqua culpa in excedẽdo modũ, nõ puto teneri,vt C.de emãci.ſer.l. 1. & eſt bona argumẽtatio de ptãte,& rectore .ff.de verb.ſig.l.ptãtis verba,ſi aũt ſine moderatione modũ excedẽdo in qõnem hoiem extin
8 xit vel debilitauit, teneť, † qa ſtatim ꝙ modũ excedit, fingit non iudex, & puniť tutor nõ recte adminiſtrãdo vt non tutor,& tanq̃ quilibet teneť,vt ff.de fur.l.tutor .ff.ꝓ emp. l.q fundũ.§.ſi tutor.arg.C.de epiſ.& cler. l. gñaliter.Quid plura?eſt caſus .ff. de iniur.l. item apud.§.quæſt. ver. & ſi iuſſu ideo,&c.

TRACTATVS
Pauli Grillandi Caſtilionis Florentini de quæſtionibus, & tortura.

IN ſuperioribus titulis vidimus de pluribus criminibus reiſque ipſorum, & pœnis, ſed quia accidit quãque ꝙ crimina ipſa nõ ſunt bene probata,& iudex non poteſt deuenire ad ſniam non præcedente rei confeſſione vel aperiſſimis ꝓbationibus,vt l.ſciãt cuncti.C.de prob. tñ contra ipſum reũ multoties laborant infamia, & alia indicia vigent, ꝓp quæ neceſſario deueniendũ eſt ad torturam, in qua vel neceſſe erit reũ ipſum confiteri crimen,vel ſaltem purgare indicia & ſuſpiciones quæ contra ipſum laborant, ideo in præſenti tractatu de quæſtionibus, & tortura, pro cõi maxime iudicum cõmoditate aliqua breuiter exponemus. In qua mã Doctores quam plures ex antiquis atq; modernis,

moderniſ,quidam in ordinarijs lecturis,q-
dam vero in extraordinarijs compendijs,&
tractatibus diuerſa cõmentaria ediderunt.
Ego vero ne alioꝝ relatione dictoꝝ fruſtra
videat occupare mẽbranas,ea duntaxat attin
ctã q̃ vtiliora ſunt,& in qbus Doctorũ ſcri-
pta ſilent. In alijs vero breuiter,& remiſſiue
ad vlteriora procedam. Indicioꝝ, & qõnis
mã admodum frequẽs eſt, & in iudicijs pra
cticabilis in cauſis criminalibus,q̃ in iudicis
arbitrio plurimũ ꝯſiſtit,& iudices, maxime
iuniores,& parꝝ expti, ſæpe ſolẽt in illis ali
qua de neceſſarijs ꝑtermittere, aut vlterius
quã iuris ſit ꝓcedere, ꝓpꝓea mãm ipſam vl-
tra alios clarius,& facilius ad cõem practicã
accõmodabo. Videbimus .n. primo,quid ſit
tortura,& q̃ ſit qõ,& qũo iſta differũt inter
ſe. Secũdo,quot ſunt tormẽtoꝝ ſpecies. Ter
tio,qd ſit indiciũ,& q̃ ſunt legitima, & ſuffi
ciẽtia indicia ad torturã. Quarto,quot ſunt
gradus torturæ. Quinto,in qbus criminali
bus poſſit dari tortura. Sexto,q̃ ꝑſonæ pñt
torqueri,& q̃ non pñt torqueri, & qbus de
cauſis,vbi dabitur noua declaratio vltra oẽs
Doct ad tex. in l. ſi qs in graui. §. ignoſcit. ff.
ad Syll. Septimo,loco videbimus,an, & qñ
in paruis criminibus poſſit inferri tortura,
& qd in cauſa pecuniaria. Et an,& qñ tortu
ra poſſit dari ꝓ pœna. Et an,& qñ qs dicat
cõpetẽter tortus,& purgaſſe indicia. Et qñ,
& in qbus caſibus reus poſſit repeti in tor-
tura. Et qd ſi reus morit in tortura. Et qd ſi
nulla ꝓcedebant indicia ante torturã. Vel ſi
aderãt nõ tñ erant in actis deſcripta. Et an
& qñ reus dicatur legitime tortus. Item qd
de ꝯfeſſione habita in tormẽtis, vel timore
tormentoꝝ,qñ nulla ꝓcedebant indicia. Vel
ſi ꝓcedebant in veritate, non tñ apparebant
in actis annotata, an ſufficiat illa confeſſio
ad ꝯdemnandũ reũ,maxime ſi ratificata re-
perit. Et qd ſi reus ante torturã petit copiã
indicioꝝ q̃ fuit ſibi denegata, qua nõ obſtã
te fuit poſitus ad torturã,& ꝯfeſſus forte fue
rit aliqua crimina, nunquid illa ꝯfeſſio ſibi
noceat. Et qd ſi aliqs ꝓp priuilegiũ ætatem
vel aliã iuſtã cauſa de iure torqueri non po
terit,ſi tñ fuerit tortus,& ꝯfeſſus, an præiu-
dicet ſibi illa ꝯfeſſio,& q̃ remedia dantur cõ
tra iudicem illis qui ſic iniuſte torti fuerũt.

1 ☞ *Quæſtio dicitur inquiſitio veritatis, per tormenta, & corporis dolorem facta.*
2 *Quæſtio eſt tormentalis inquiſitio veritatis.*
3 *Tortura corporis cruciatus dicitur ad veritatem eruendam repertus.*
4 *Tortura in quo differat tormento.*
5 *Tortura remedium dicitur, ſeu via extraordinaria probationis.*

1 PRimo igitur quæro quid eſt † q̃ſtio.
Reſpon. quæſtio proprie loquẽdo eſt
inquiſitio veritatis per tormenta, &
corporis dolorem, ita dicit tex. in l. Iſtẽ apud
Labeonem § quæſtionem. ff. de iniur. iun-
cta l. 1. §. quæſtionem. ff. ad ſenat. conſul. Syl
la. & gl. in d. l. 1. in verſ. necatorum. eod. tit.
Azo. autem in ſum. de qõ. in prin. dicit ꝙ q̃-
ſtio eſt inquiſitio veritatis per tormenta.
Nuda ergo interrogatio vel leuis territio
non dr̃ quæſtio. d. l. item apud Labeonem. §.
qõnem, in verſ. nuda. & per Azo. in d. ſum.
in tit. de qõ. in prin. qui dicit ꝙ non debent
quoque adhiberi tormenta quanta accuſa-
tor vel inſtigator poſtulat, aut deſiderat, ſed
vt moderatæ rõnis temperamenta deſide-
rant l. de minore. §. torm. ff. de qõ. Panor. ve
ro in c. cum in contemplatione. de reg. iur.
in antiquis, in princ. lect. idem dicit ꝙ qõ
eſt indagatio veritatis per tormentum. & ap
pellatur qõ à quærendo, quia iudex per tor
mentum inquirit veritatem, ita dicit ipſe. Sa
ly. aũt in rub. C. de qõ. dat duas expoſitio-
nes ſiue diffinitiones ad iſtud verbũ, qõ. Pri
ma eſt ꝙ qõ eſt inquiſitio q̃ fit ad veritatem
2 per tormenta eruendã. Secunda eſt. Quæſtio
eſt tormẽtalis inquiſitio veritatis, & iſta eſt
breuior,& magis placet, q̃ omnes tñ deſcri-
ptiones ſiue diffinitiones in effectu tẽdũt in
vnũ, qđ qõ ſit illa indagatio quã facit iudex
ad inueniendũ veritatem ꝯtra reum in tor-
mentis exiſtentẽ, dum patit cruciatũ in cor-
3 pore. † Deinde quæro quid eſt tortura. Rñ.
tortura eſt corporis cruciatu ad eruẽdã veri
tatem repertus, vt dicit Panor. in d. c. cum in
contemplatione, in princ. qui dicit ẽt quod
tortura ſiue tormẽtũ dr̃ quaſi torquẽs men
tem, qa ꝑ cruciatum corporis mens quoq;
torquetur, vt latius dicemus infra eo. tit. qõ.
4. in illo quarto gradu torturæ. & hr̃ 5. qõ.
5. illi, qui, in verſ. vbi religioſus tortus vt dũ
corpora pœnis ſubijciuntur quę geſta ſunt
4 fideliter,& veraciter exquirantur. † Hæc eſt
differentia inter vnum, & alterum, quia
vnum pertinet ad iudicem ſolum alterum
vero

vero ptinet ad reum ſolū.ſ.tormentoꝝ d.l.
itē apud Labeonem.§.qōnem,nihilominus
ſæpius ſolēt vnū ꝑ altero poni,vt not.in d.
§.qōnem,& 5.q.5.illi qui.& per gl.in d.l.1.
5 in prin.ff.ad ſenatuſcon.Sylla.†Et nota hoc
ꝙ tortura eſt remediū ſiue via extraordina-
ria ꝓbōnis,vt dicit Bald. in l. ſi quis alicui.
C.ad leg.Iul. maieſt. via enim ordinaria eſt
illa quæ fit per teſtes, & inſtrumenta, vt l.
ſciant cuncti.C.de prob. cum ſimilibus.

1 ☞ *Tormentorum ſpecies quot ſint.*
2 *Torturæ gradus ſunt quinque.*

SEcundo quæro quot ſunt tormentorū
1 ſpecies.†Rń. quod multæ ſunt ac diuer
ſæ,vt ponunt Doct.maxime practici in
eorum tractatibus.Gand.in opere ſuo ma-
leſ.in tit.de quæſt.& tor.Ang.de Are.in ſuo
opuſculo maleſ.in gl.ſama publ. præced. in
verſ.tortura do.Fran.Bru.de S.Seuer.in alio
ſuo tract.maleſ.de ind.& tort.in 2.parte.Ac
ille inſignis docto modernus Bonon. do.
Hipp.de Marſ. clarius ceteris hic aperuit in
egregijs cōmētarijs ſuis q̄ nuꝑ edidit ſuper
notabili tit.ff.de quæſt.in l.1.in prin.vbi po
nit quatuordecim ſpecies tormentoꝝ oēs
diuerſas,quoꝝ plura fuerūt ab antiquis in-
uēta,q̄dā vero nouiter ipſe inueniſſe aſſerit,
ꝑut eſt illud ſubtractionis ſomni qđ in veri
tate ꝑ quā ſubtili ingenij acuitate adinuen
tū fuit,& ego ſemel illud exꝑtus fuit Romę
in quadam cauſa duoꝝ religioſoꝝ,licet alio
modo, & faciliori illo vſus fuerim, & profe
cto vidi ea q̄ prius nō credebam qđ illud af
fert maximū tormētū,& faſtidiū in corpore
abſq; aliqua mēbroꝝ læſione,vide do.Frāc.
Brun.in mā ꝑdicta in d.ſuo tract.de indic.&
tort.in 2.parte.Alb. Gād. in eodē ſuo tract.
in tit.de q̄ſt. & torm. Ang. de Are. in tract.
maleſ.in gl.ſama publ.in mā torturæ. Ant.
Roſe.& do. Abb. in c. cū in ꝯtemplatione,
de reg.iur.in anti.Pari.de Put. in tract. quē
edidit de ſyndic. in c.tortura. el primo.cum
tribus ſeq.dom.Boniſ.de Vitali in tract.ſuo
maleſ.in 2.parte eundē dn̄m Hipp.de Marſ.
in practita ſua Auerolda nuncupata, vbi co
pioſe tractat de hac tortura. Bart. in l. 1. in
princ.& §.diuus,& in l.fi.ff.de qō.Bald.in l.
2.C.quo.appella.non recipi.& in l. milites,
& in l.fi.C.de qō.& Saly.in d.l.fi. eo. tit. in
q̄bus locis oēs tractant de hac mā torture,
& modo torquendi.& Azo in ſum.de qō.in
princ. illud tn̄ tormentū chordæ ſine pēden
tis funiculi Doct. cōiter ponunt pro magis
cōi,& conſueto, qđ in ſe ꝯtinet plures gra-
dus timoris,doloris,& cruciatus q̄ adhiben
tur plus vel minus ſm̄ qualitatem facti, ꝑſo
narum ꝯdōnem, & vrgentium indiciorum
ſm̄ quod declarant prefati Doct.in locis ſu-
2 pra notatis.†Ego aūt vltra alios pro facilio
ri notitia iſtius practicabilis materiæ ꝯſide-
raui q̄nq; eſſe gradus torturæ ſiue tormenti
ſub hac ſpecie tormētis chordæ, q̄bus rei di
uerſimode cruciant plus vel minus, grauius
aut leuius iuxta qualitatē facti, ꝑſonaꝝ con
ditionem,& abundantiam indicioꝝ, ſed an
tequam ad illorum declarationē deueniam
diſcutiam primo quę ſunt aut dicuntur legi
tima indicia,& ſufficientia ad torturam.

1 ☞ *Indicia quæ dicantur legitima ad torturam.*
Indicium duplex eſt.
Indicium dubitatū,ſiue ſemiplenum qđ dicatur.
2 *Indicium plenum,ſeu indubitatum quod ſit.*
3 *Fama duplex eſt, quædam hominis inhærens altera vero inter homines.*
Fama homini inhærens quæ dicatur.
Infamia quid proprie dicatur.
4 *Fama inter homines dicitur rumor,ſeu dictum gentium,ſeu vulgi ex opinione imaginaria procedens.*
Rumor quid proprie ſit.
5 *Suſpicio eſt animi aliqualis applicatio ad aliquid cum titubatione.*
6 *Præſumptio quid ſit,& quotuplex.*
Præſumptio hominis quæ dicatur.
Præſumptio ſimplex iuris quid ſit.
7 *Præſumptio facti quæ ſit, & quæ iuris.*
Fictio quid proprie dicatur.
8 *Argumentum quid ſit.*
9 *Adminiculum vehemens quod dicatur, & quod non vehemens.*
Coniectura veri acceptio dicitur ex aliquibus ſignis extrinſecis.
10 *Neſcientia, ſeu ignorantia eſt intellectus neque ad verum,neque ad falſum determinatus.*
Error quid ſit.
Veriſimile quid dicatur,& quid non veriſimile.
11 *Notorium dicitur certitudo indubia rei de qua quæritur fidem faciens indubiam.*
12 *Probatio dicitur actus rem dubiam educens in lucem cognitionis.*
Euidens dicitur quod manifeſte liquet.

Celari

13 *Celari nulla tergiuerſatione poteſt, quod in euidenti eſt.*
14 *Manifeſtum quid ſit, & an egeat probatione quod manifeſtum eſt.*
Probatio per euidentiam facti quæ dicatur.
15 *Manifeſtũ, et euidens in quo differãt à notorio.*
16 *Iudex ex indicijs dubiatis ad torturam procedere non debet.*
17 *Indicia ad torturam legitima quæ dicantur.*
18 *Teſtis ſingularis de viſu deponens, indicium facit ad torturam.*
19 *Tortura non eſt omnibus vniformiter danda.*

1 TErtio q̃ro, q̃ ſint legitima † indicia, & ſufficientia ad torturam. ante quorũ declarationem neceſſarium videndũ eſſe putaui, q̃d eſt indicium, q̃d fama, & quæ dam aliam q̃ pcedunt inquiſitionem, & torturam. Et primo dic ꝙ indicium duplex eſt ſm Bal. in l. ea q̃dem. C. de accuſ. & Gand. in ſuo tract. maleſ. in tit. de pſumptionibus, & indi. dubita. & indubit. Indicium dubitatum ſiue ſemiplenum eſt pſumptio q̃dam fortiter mouens aium ad aliq̃d credendũ vel diſcredendum. & hoc ꝓbaĩ in l. cum ꝓbõ. ff. de ꝓbõnibus. & p Gand. in d. tit. de pſumptio. &c.
2 † Indicium vero plenum, & indubitatum eſt demonſtrato rei p ſigna ſufficiẽtia, p q̃ aius in aliquo tanq̃ improprio exiſtẽte quieſcit, & plus inueſtigare nõ curat: & hoc ꝓbaĩ in l. indicia. C. de rei vend. & p domi. Gan. in d. tit. vt ſupra Bal. in d. l. ea q̃dem, in 2. col. Sed q̃a in cauſis criminalibus, maxime, q̃n ꝓcedit p inquiſitionem, neceſſe eſt, ꝙ pcedat infamia ꝯtra reum de crimine ex quo reperiĩ inquiſitus, vt in c. qualr, & q̃n. & ibi per oẽs ſcribentes. de accuſ. ideo aliqua de fama, & infamia hic inſerere placuit, & dic ſm Bal. in
3 d. l. ea q̃dem. in princ. ꝙ † Fama eſt duplex, vna q̃ eſt in homine. ſ. quæ inhæret homini, altera quæ eſt inter hoies. Fama. n. quę eſt in homine, vel quæ inhęret hoĩ, eſt ſtatus illeſę maieſt. ac dignitatis, moribus, & legibus cõprobatus in l. cognõnum gña. ff. de var. & extraor. cogni. cuius famæ contrarium eſt infamia, quæ ſic diffiniĩ. Infamia eſt priuatio famæ contingentis ex accẽdi præter nãm, vel ſic. Infamia eſt deficientia ſtatus, & læſio maieſtatis, & dignitatis. iſta vr̃ iudicio meo ꝙ ſic melior diffinitio q̃ pcedens: quia per iſtam declarantur oĩa contraria bonæ famæ, & p id ꝙ diffinitur vnumquodq; contrarium ẽ p eius oppoſitũ diffinitur, & reliquum, vt probatur in l. 1. ff. de his qui ſunt iui vel alieni iur. & Inſt. eod. tit. in ptin. & de iure perſo. in prin. & de tutel. ſi mulier in princ. Secunda dr̃ fama quæ eſt inter hoies. q̃ piudicatur de aliquo hoie ſeu alio facto, & hæc dici põt fama loquens, quę ſemper de aliquo loquiĩ. &
4 ita diffinitur ſm Bal. in d. l. ea q̃dem. † Fama eſt dictum gentium, ſeu vulgi ex imaginaria opinione vel credulitate gentium ſeu vulgi procedens quæ probatur in l. de minore. §. tormenta. ff. de q̃õ. & ſub iſta diffinitione tã bona q̃ mala fama ꝑtineĩ l. 3. §. idem diuus. ff. de teſti. & hæc eſt illa fama quæ eſt præparatoria inquiſitionis, non aũt prior, de qua ſupra. Sed quia ſolet q̃nq; non certa fama, ſed rumor inſurgere in populo q̃ eſt minus q̃ fama, ideo videamus q̃d ſit iſte rumor. Rumor eſt furioſa ꝓclamatio gentium eſt ſtrepitus multarum vocum. hoc ꝓbaĩ in l. fin. ff. de hær. inſt. & l. miles. §. mulier. ff. de adult. & iſte rumor eſt initium famæ, & minus ea, ita dicit Bal. in d. l. ea q̃dem. Q̃m vero ſunt plures gradus cognõnis, q̃n res eſt adhuc dubia anteq̃ perueniatur ad perfectam notitiam veritatis, in q̃bus gradibus aĩus iudicis ſemper remanent titubans anteq̃ perueniatur ad vltimum firmæ credulitatis, & certæ ſcientiæ fine, ſm notabilem doctrinam Bart. in l. admonendi. 4. col. ff. de iureiur. ideo de ipſis gradibus cognõnis aliqua bř declaranda putaui, inter quos offert ſe mihi ſuſpicio, ideo
5 quæro quid eſt ſuſpicio. R̃n. † Suſpicio eſt aliqualis applicatio animi ad aliquid cum vehementi titubatione. vel ſic, ſuſpicio eſt motus quidam mentis ad aliq̃d cum vehementi titubatione. ꝓbanĩ hæc. ff. de teſta. l. de ſtatu. non tñ intelligas ſuſpicionem iſtam cõprehẽdere ſuſpicionem tutoris, vt intelligaĩ de illa q̃n remouẽdus eſt à tutela vt ſuſpectus, quia illa eſt alia ſpecies ſuſpicionis. ita dicit Bal. in d. l. ea quidem. per l. imperibus. §. fi. ff. de ſuſp. tut. Poſt hęc ſuccurrit prę ſumptio, videamus nunc q̃ eſt, & quotuplex ſit præſum
6 ptio. R̃ndeo. † Præſumptionum plures ſunt ſpecies, quædam. n. eſt prę ſumptio hominis, alia eſt præſumptio iuris, alia vero præſumptio facti, alia aũt pſumptio iuris & de iure, ſiue iuris, & facti, de quibus vide late Gand. in d. tract. & tit. de prę ſump. & indic. Prę ſumptio enim hominis ſecundum Bald. ibi eſt, quidam conceptus cauſatus in mente ab ali-

qua ꝓbabili ꝯiectura, vt ff. de verbo. oblig. l. ꝯtinuus. §. cū ita. Præſumptio vero iuris ſimplex, eſt ſimilitudo q̄dam ſufficiens ad rem dubiam de qua credunt̄ credenda. C. de ꝯtrahen. & commi. ſtipul. l. 1. & l. iuriſgentium. §.
7 qđ fere. ff. de pact. † Præſumptio aūt facti eſt, cum ex facti ſimilitudine aliq̄d demōſtratur, qđ aium videnti ad illud dubitanter applicat. Præſumptio iuris, & de iure, eſt ſtatus à iure ꝓmulgatus ex indubia ꝯiectura. hoc ꝓbat̄ in l. cū oſtendimus. in fi. ff. de fideiuſſori. tut. Sequit̄ nunc videre q̄d ſit fictio. & dic qđ Fictio ex falſitas pro veritate accepta ex ſpecialiſſima, & iuſtiſſima cauſa i iure expreſſa, vt no. in l. in bello. ff. de capti. & poſtlimi. reuer. & l. ſi is q̄ ꝑ emptore. & ibi late ꝑ Bar.
8 ff. de vſuc. Argm̄ aūt ſic diffinit̄. † Argm̄ eſt ꝓpoſitio ex aliquibus exiſtentibus reſultās ad ꝓpoſitum rn̄dendum ſeu ꝯcludēdum. vnde q̄n plura indicia vel plures ꝓpoſitiones ſiue p̄ſumptiōes, teſtes, vel ꝯiecturæ ad vnā, & eandē ꝯcl'onem, tendunt ad effectū aliq̄d ꝓbādi: illa coadunatio ſiue copulatio ex pluribus in vnum, dr̄ argm̄, qđ eſt ꝓprie collatio plurium diuerſoꝝ tendentium ad vnā, & eandem ꝯcluſionem, vt l. 3. §. idem diuus. ff. de teſti. l. diuus. ff. de cuſto. reo. Aliud indiciū ꝓbōnis ſiue cognōnis dr̄ adminiculum, & illud eſt duplex. aliud eſt adminiculum vehemens, aliud vero adminiculum leue, ſiue nō
9 vehemens. † Adminiculum. n. vehemens eſt ſuppletio defectus ꝓbōnis ꝑ ſe ſolum non operans, ſed cum alia ꝓbōne cooperās, ꝓbat̄ hoc extra de ſucceſſionibus ab inteſtato c. fi. & in c. fi. de iureiur. Adminiculum nō vehemens eſt aliquali pars ꝯfirmationis veri, tendens ad aliquid ſuſpendendum de defectu ꝓbōnis, & alia adminicula per ſe ſola ēt plura non ſufficiunt vt l. 2. §. 1. ff. de excuſa. tut. ſequit̄ modo ꝯiectura q̄ ſic diffinit̄. Coniectura eſt acceptio ſeu reputatio veri ex aliquibus ſignis extrinſecis ꝓueniens, ꝑ q̄ deuenit̄ ad verum, ſicut ꝑ circulū ꝯiecturamus tabernam, dicit Bal. & ibi, & ꝑ habitū diſtinguimus meretricem. l. item apud Labeonē. §. ſi quis virginem. ff. de iniurijs, & hr̄ in c. in nonnullis, extra de iudæis. His oībus oppoſita ſunt neſcientia ſiue ignorantia, & error q̄
10 neſcientis ſic diffinit̄. † Neſcientia ſiue ignorantia eſt intellectus non determinans ſe ad verū vel falſum. Error aūt eſt priuatio intellectus determinati ad verum, & auriga tendentis ad falſum. vel ſic. Error eſt priuatiō veritatis cauſata in intellectu ꝑ falſam imaginationem vt ꝓbat̄. ff. de teſta. l. de ſtatu. & ff. de iuriſd. om. iud. l. ſi ꝑ errorem. & l. ſi q̄s nec cauſam. eod. ti. videamus nunc de veriſimili, & non veriſimili, & dic br̄ ꝙ veriſimile eſt id qđ verum vr̄, & eſt veroſimile, vt ff. de adul. l. miles. §. mulier. Non veriſimile vero dr̄ illud qđ a vero eſt multum diſſimile, vt ff. qđ metus cauſa. l. non eſt veriſimile, in prin. vbi fit mētio ēt de p̄ſumptione iuris rm̄, ſiue hominis, ſed credo potius ꝙ illa ſit q̄dam leuis præſumptio. Poſtq̄ vidimus de grauibus probationis per quos aſcenditur ſiue ꝑuenitur ad plenam ꝓbōnem, & certam fidem credulitatis, videamus nunc de ipſa certitudine veritatis, & q̄ro quid eſt notorium gn̄alr̄. Rn̄.
11 ſm Bal. ibi. † Notorium eſt cōis, & indubia certitudo rei de qua q̄rit̄, indubiam fidem faciens, an, & q̄n q̄d dicatur eſſe notorium, & quot hoies faciunt notorium, vide Bal. ibi, q̄ refert quoſdam tenuiſſe ꝙ maior pars populi facit notorium, & qđ in aliqua villa ſiue paruo caſtro minor numerus hoium facit notorium quam in ciuitate, & ideo dicit ſm Alb. de Gand. qđ ad ſciendum quot homines faciunt notorium, hoc eſt arbitrariū, quia iudex arbitrabitur quot hoies faciunt notorium. de qua mā vide latiſſime per Canon. in d. c. qualiter, & q̄n. de accuſatio. Videamus modo q̄d eſt ꝓbō, intelligendo, de plena, & pfecta ꝓbōne, q̄ ſic diffinit ſm Bal.
12 ibi. † Probatio eſt actus rem dubiam in lucem cognitionis educens. & hoc notatur. C. de prob. in rub. & ibi Bal. Succedit altera ſpecies, & ꝓbōnis, & cognōnis veritatis quę dr̄ euidens, & manifeſtum. iſta duo differunt inter ſe, & differunt ēt à notorio. vt ſupra dicā. Euidens ita diffinit̄, euidens eſt qđ manifeſte liquet, ſm Bal. in d. l. ea q̄dem, c. ſi forte. de elect. lib. 6. & eſt ſatis diuerſum à manifeſto, & plus eſt quam manifeſtum. euidens. n. illud eſt quod palam eſt oculis, & ſemper apparent, ff. de contra. emp. l. ea quæ. l. non codicillum. C. de teſta. & in c. euidentia. de acc.
13 1. q. 1. vt euidenter. † Quod. n. in euidēti eſt, nulla pōt tergiuerſatione celari, & nullam optat ꝓbōnem, extra de coha. cle. & mulie. c. fi. vide q̄ not. ꝑ Arch. d. in c. cum ſi forte, de elect. lib. 5. Bal. n. in d. l. ea quidem. diffiniuit manifeſtum, ſed diffinitio ſua mihi non placet; dicit. n. ꝙ manifeſtum eſt, illud qđ euidēter

ter apparet. ſequeret̃ ergo q manifeſtũ eſſet idem qđ euidens,& tñ eſt ſatis diuerſum,vt ꝓxime dixi,& dicam infra q minus eſt manifeſtum q̃ euidens, ſed ſm diffinitionẽ Bal. idem eſſet manifeſtum qđ euidens, ideo putaui ſic eſſe diffiniendum. Manifeſtum eſt demonſtratio q̃dam ex qua vehementer aius dubius infor mat̃ ad aliquod,non tñ tollitur
14 tota dubietas.2.qõ.1.de manifeſto,† & hinc eſt qđ dr̃,manifeſtum indiget ꝓbõne.11.q.3.c.eoꝝ. euidens aũt nulla indiget ꝓbõne, vt d.l.ea quę.ff.de actio.empti.vide Io.And. in c.ꝯſtit.de verb.ſign.lib.6.& text. not. in l. qm̃ ſororem .C. de iure delib. vbi de vtroq; fit mentio.Tñ euidens ponit̃ ꝓ magis claro q̃ manifeſtum,vide do. Alb.de Rol. in dict. ſuo in litera E. in verſ.euidens.el 1.&1.Bal. tñ in d.l.ea quidem. aliam ponit. dr̃iam inter iſta duo, dicens q euidens dr̃ id ſolum, qđ apparet ꝑ oculoꝝ inſpectionem,vt ff.fi. regun. ſi irruptione.§. ad offm̃.& idem Bal. in rubr. C.de ꝓbõ.dicit q illa dr̃ ꝓbõ ꝑ euidentiam facti,qñ res ſubijcit̃ oculis iudicis. Manifeſtum aũt largius dr̃.ſ.oẽ id qđ nobis innoteſcit ꝑ quęcunq; ſenſum corporis.ſ.viſum,auditum,ſicut eſt ſonus Campanæ, aut alium ſenſum,vt l.1.§.occiſoꝝ.ff.ad Syll.de q̃bus ſenſibus hr̃ in l.eum.§. pen. ff. de aeq.
15 poſſ. † Differunt ẽt iſta duo ſm ipm̃ à notorio, q̃a manifeſtum vel euidens eſt illud qđ vni tm̃ vel pluribus patet:notorium aũt eſſe non põt, niſi toti populo vel maiori parti publici innoteſcat,vt ſupra late diximus. & not.in c.veſtra.& ibi Innoc.de cohab.cler.& mulierum. Et ꝑ hæc ſunt expeditus de iſtis gradibus ſeu adminiculis ꝓbõnis, ac de ſpeciebus plenæ,ſeu ꝑfectæ ꝓbõnis, q quidem gradus,& adminicula ꝓbõnis à quibuſdam appellant̃ indicia non plena,& dubiata,per quæ aius iudicis deducit̃ qñq; in ſuſpicionẽ, qñq; vero in opinionem quæ magis eſt propinqua indubitatæ fidei quam ſuſpicio, ſm
16 Bar.in d.l.admonendi.ff.de iureiur.† Ex q̃bus rñ indicijs dubitatis non datur iudici indubita fides,& firma credũlitas,ſed q̃dam ſuſpicio qñq;,ex qua iudicis mens ſatis dubia reperit. & illo caſu non facile deueniendum eſt ad torturam,maxime ſi perſona ſit honeſtæ conditionis,quia iſta ſuſpicio eſt primus gradus probationis, & minus q̃ ſemiplena probatio,ſm Bart. in d.l.admonendi. in gl. magna. Qñq; vero indicia ſunt talia quæ ad ducunt aium iudicis in opinionem,q̃ eſt ſecundus gradus ꝓbõnis,ſm Bart. ibi,ex qua aius iudicis multũ dependet in illa parte,nõ tñ eſt plene certus,& ideo illo caſu deueniri ſolet ad torturam, q̃ dat̃ in ſupplementum probõnis in cauſis criminalibus, qñ veritas alr̃ hri non põt:vt ꝑ Bar.in l.fin.ff.de qõ.q̃a tormentum illud fuit inuentum cauſa neceſſitatis,& in ſupplementum ꝓbõnis.vt dixi, quotieſcunq; reus eſt valde ſuſpectus, ꝯtra quem laborant indicia. vt dicit Panor. in d. c.cum in ꝯtemplatione.in princ. de reg.iur. & Bal.in l.1.C.quoꝝ appel.non recip.idem Bal.in l.milites.& l.fi.C.de qõ.Bar.in l.1.in
17 princ.& §.diuus.& l.fin.ff.de qõ.† Quæ aũt dñr eſſe legitima indicia,dic q illa ſunt quæ ſunt ꝓxima facto,quę quanto propinquiora ſunt,tanto ſunt meliora l.1.§. præterea, & l.de minore.§. torm.ff.de qõni,& ibi per Moder.Quę aũt indicia dicant̃ eſſe ſufficientia ad torturam,certa regula tradi non põt, ſed hoc relinquit̃ arbitrio,& diſcretioni boni iudicis, ſm qđ dicit Azo. in d. ſumma de qõ.vbi dicit, q non debet iudex reo adhibere tormenta quanta accuſator expoſcit, ſed quanta moderatæ rõnis temperamenta deſiderant,idem dicit Bart. in d.l.fin.ff.de qõ.in princ.dicit tñ Abb.in d.c.cũ in ꝯtemplatione,q licet ſup hoc an,& qñ indicia dicant̃ eſſe ſufficientia ad torturam certa rĺa tradi nõ poſſit,arg.l.teſtium.§.tu magis.ff.de teſti. & l.de minore.§.fi.ff.de q.tñ dicit,q oẽs Doc.
18 tenent, † q vnus teſtis de viſu facit indiciũ ad torturam intellige tu q ſit teſtis fidedignus non ſuſpectus,& oĩ exceptione maior ſm qđ dicit Bar.in d.l.fin.& Bal.in d.l.2. & ita coĩter tenet Doct.Bonus itaq;.& diſcretus iudex cuncta circunſpiciet, & iuxta criminis qualitatẽ facti ꝯtingentiam, ꝯdõnem perſonæ,& abundantiam indicioꝝ ꝯſiderabit,an ad torturam ipſam deueniendum ſit, & caſu quo ad illam deueniri ꝯtingat, iterũ mature ꝯſiderare debet qua grauitate,leuitate vel moderamine veniat infereda,iuxta notata ꝑ Azo.in d.ſumma de qõ.ſ. quantũ mo
19 deratæ rõnis temperamenta deſiderãt.† Alr̃ enim ſunt torquẽdi iuuenes robuſti, & alio modo debiles,delicati vel ſenes, alio modo ruſticus vel miles,& alio modo ciuis, & alio modo nobilis,& alio modo ignobilis,& plebeus.l.de min.§.torm.ff.de qõ.& l.1.§. fin. eo.tit.Bart.in d.l.fi.eo.ti.Bal.ĩ d.l.2. C.quo.

appe'l.non recip.& idem Bald.in l.milites. & l.fin. C.de quæſtio. Abb.in d.cap. cum in contemplatione. de reg. iur. in antiq.

1 *Torturæ gradus ſunt quinque, & qualiter cognoſcantur, & inferantur.*
Gradus primus torturæ quis ſit.
2 *Confeßio rei facta in præparatorijs tormentorum dicitur facta metu, ideo ratificatione eget.*
3 *Tortura largo modo ſumpta quid ſit, & vnde dicatur.*
Torturæ primus gradus, ſcilicet terror, quibus inferri poßit.
4 *Torturæ gradus ſecundus quis ſit.*
5 *Tortura leuis quæ dicatur, & an vere ſit tortura.*
Tortus leuiter poteſt grauius torqueri militantibus indicijs legitimis.
6 *Priuilegiati ne poßint torqueri tormento ſecundi gradus torturæ potuerunt ſupponi.*
7 *Febricula leui laborans non excuſatur, quominus teneatur comparere citatus.*
Confeßio facta in leuibus tormentis ratificatione indiget.
8 *Tortura tertius gradus dicitur, cum per ſpatium dicendi vnū Miſerere, reus ſuſpenſus detinetur.*
9 *Torturæ gradus quartus quis ſit.*
10 *Torturæ quintus gradus quis dicatur.*
11 *Torturæ gradus vltimus in quibus applicetur criminibus.*
12 *Complexionum diuerſitas multa in ſuſtinendis tormentis.*
13 *Meſites lapis potus facit vt dolorem nullum ſentiat tortus.*
Remedia quæ verbis fiant, ne torti dolorē ſentiant.
14 *Fur quidam Romæ quibus remedijs contra torturam fuerit vſus.*
15 *Tortus quidam dicens, & lacte beatæ virginis Mariæ, dolorem nullum ſentiebat.*
16 *Remedia quæ fieri poßint aduerſus maleficia taciturnitatis.*

1 QVarto nunc videndum eſt † de iſtis quinque gradus torturæ de quibus ſupra fit mentio, quo modo cognoſcuntur, & qualiter inferuntur. Rñ. declarando primum gradū incipiemus à minori, vel infimo, aſcēdendo veluti ꝑ gradus ſcalarū, reducendo mām ad practicam dico ꝙ. Primus ſiue infimus gradus torturæ eſt territio illa quā infert iudex reo, qñ illum cognoſcit ſuſpectum, tñ indicia non ad ſunt talia, vt torqueri poſſit. iſto caſu iudex mandat qñque reum ipm ſpoliari ligariq;, & in ordine poni, ac ſi vere torquēdus eſſet, & qñque ligari mādat ad funiculū, ita vt nihil aliud deficiat quā ſola eleuatio & hoc fit ad incutiendū timorē reo, vt facilius fateat ſtātibus, maxime iudicis ꝑſuaſionibus. Et iſta ꝓprie nō dr̄ tortura, qa vere corpus non torquet̄, nec ſentit dolorē, ſed potius eſt quidā mentis timor, ſm Bal.in d.l.2.quo.appel.&c.& in l.2.C.de
2 cōfeſ.vbi dicit, † ꝙ ꝯfeſſio facta à reo in iſtis ꝑparatorijs tormētoꝝ, cum ſit facta, & extorta ꝑꝑ timorem tormentoꝝ, indiget ratificatione, ac ſi facta fuiſſet in plenis tormentis, alias nunq̄ ſufficere ad ꝯdemnationem. vide Ang.& Saly.in d.l.2.& Saly.in l.fi. C.de qō. Bar.in l.1.§.ſi qs vltro.ff.eo.tit.vide no.tex. in l.2.C.de cuſt.reo. q loqtur ꝓprie de hac ratificatione, q̄ fit apud acta ſub publico teſtimonio, & dicit Imperator ibi, ꝙ iſto modo fræni quidē temperies iudicib. immodice ſæuiētibus adhibe. Iſte aūt actus vt dixi nō pōt dici ꝓprie tortura vt ꝓxime diximus: ſed appellatur ꝓprie territio, ſiue terror tor
3 mentoꝝ. † Largo vero ſumpto vocabulo, & improprie poſſet dici tortura, ꝓut quidā deſcripſerūt hoc nomen tortura, quæ dr̄ à terrēdo: ſed iſto modo terretur, ergo &c. vel dicas quod licet corpus vere non torqueatur, aīus tñ bene torquetur, & timoris patit̄ cruciatū, & ſic largo modo dici pōt tortura. Et nor. ꝙ iſte terror, ſiue primus gradus īcuti, & expiri pōt contra quoſcūq;, ēt cōtra eos q de iure torqueri non pōt aliqua de cauſa, vt infra latius dicet̄ in 6.q. vel qñ deficerent indicia ꝑꝑ quæ torqueri dr̄et, vel qualibet alia iuſta de cauſa ad torturā deueniri nō poteſt, ad iſtū gradū deueniri poterit, ſm Bald. in d.l.2.in verſ.q̄ro qñq;, &c. vbi dicit, ꝙ illi q de iure torqueri non pñt, poterunt bene terreri. Iſte.n. primus, ſiue īfimus gradus torturæ nō ſolet adhiberi robuſtis, verſutis atque doloſis viris, ſed debilib. timidioribus. puſillanimis, atq; delicatis, quoties ꝯtra ipſos militarēt aliq̄ ꝑſumptiones, & ꝯiecturæ ſiue indicia leuia. Et licet interdū eſſēt plura indicia. multoties tñ cū iſto infimo gradu ab hoībus ſil̄is ꝯdōnis ſolet extorqueri ꝯfeſſio, abſq; eo ꝙ ad vlteriora ꝓcedat, vt ſępius expertus ſui in facto, de quo īfimo gradu fit ſępius expiētia ī robuſtiorib. & magis cautis, quoties vt dixi nō militāt plena īdicia, vide do.Par.

do. Par. de Put. in d. ſuo tract. de ſynd. in c. ad
4 uertendum. & Bal. in d.l.2. † Secūdus gradus torturæ eſt cum reus ligatus eleuat̄ modicū ſupra terram, Paulo momento detinet̄ eleuatus, & ꝑtinus deponit̄, vel cum detinet̄ ſuſpenſus ſpacio dicendi Aue maria, vel Pater noſter, aut vnum miſerere. iuxta qualitatem facti, & ꝑſonaꝝ ꝯdōnē, deinde deponit̄ abſque aliquo impulſu, quaſſatione vel tractu chordæ, & hæc dr̄ leuis tortura, ad quā deueniendum eſt quotieſcunq; indicia q̄dam apparent aliqualr̄ ꝓbata, & reus eſt magis ſuſpectus. Indicia tñ̄ ipſa non ſunt plena ſatis ad inferendum plenam torturam, puta ſi eſſet vnus teſtis de viſu deponens, in̄ nō eſſet oī exceptione maior. vel duo teſtes de auditu ab alijs, non aūt ab ipſo reo, & ſimiles p̄ſumptiones vel indicia non plena, p̄cedente tñ̄ ſuſpicione ꝯtra pſonam ipſius rei, vt ꝓxime dixi. Et iſta eſt illa leuis tortura, de qua loquit̄ Bal. in d.l.2. C. quoꝝ appellatio. &c.
5 vbi dicit † ꝙ quemadmodū leuis febricula non dr̄ febris, & infirmitas talis q̄ p̄ſtet impedimentū ad cōparendū, ſicut eſt vera febris, q̄ hoiem ſternit, vt l. ob q̄ vitia. §. fi. ff. de ædil. edict. ita iſta leuis tortura non dr̄ tortura, ſi ue tormentū, ex quo cauſet̄ dolor mentis, & corporis cruciat̄, ſicut in tortura ordinaria. Et nota qd̄ eſt magni effectus iſta doctrina, ex qua infert̄, ꝙ quotieſcunq; ꝯtra reū militant legitima indicia, ex q̄bus de iure q̄s torqueri pōt, ſi fuerit ſemel iſto modo leuiter tortus, non obſtabit, quo minus poſſit iteꝝ grauius torqueri ex eiſdē indicijs, & tunc ſecunda vice diceī cōpetēter tortus, nec ꝓpea reus ꝯqueri poterit, ꝙ fuerit repetitus in tortura abſq; nouis indicijs. iuxta ea q̄ hn̄r in l. repeti, ff. eo. tit. de qō. q̄a iſta non dr̄ ꝓprie repetitio, ex quo prima non fuit habita pro tortura, ꝓ ea quę ſupra diximus, ita ēt ſenſit Bart. in l. fi. & repeti. ff. de qō. & Bal. in d.l.2. C. quoꝝ appellatio. &c. Ang. de Aret. in d. gl. fama publ. in verſ. q̄d ſi aliq̄s fuit tortus, ſed leuiter, &c. Hipp. Marſ. in d.l.1. in princ. & l. repet. Par. de Put. in d. trac. i c. ſequit̄ modo. Fran. Brun. Gand. & ceteri doct. in locis
6 ſupra notatis. † Quidam tñ̄ dixerunt arguētes ex dicta doctrina Bal. de qua ſupra, ꝙ illi ēt q̄ aliqua ex cauſa vel priuilegio torqueri non pn̄t, poterunt tñ̄ tormento iſtius ſecūdi gradus ſupponi abſq; periculo, ex quo iſta leuis tortura non dr̄ tortura, ſicut leuis febricula non dr̄ febris d.l. ob q̄ vitia. Ego tñ̄ de veritate iſtius dicti alias dubitaui, nec vr̄ eſſe bona ꝯn̄a de leui febricula, ad leuē torturam, q̄a eſt diuerſa rō in vno q̄ in alio, ibi. n. in d.l. ob q̄ vitia. excuſat̄ à cōparendo in iudicio ille q̄ ꝑ febrim eſt impeditus, & non pōt ambulare foris, quia non exit de lecto, nec de domo, is vero q̄ patit̄ quartanam febrim aut aliam leuem febriculam quam nō curat, nec ꝑ illam remanet q̄n vadat foris
7 ꝑ oīa locam, ſaltem in ciuitate. † Ex quo. n. vadit ꝑ vrbem ſicut vadit ꝑ alia loca, ita venire pōt ad curiam, & coram iudice, q̄a rō illa impedimēti de qua in d.l. ob q̄ vitia. ī pri. ceſſat in eo q̄ patit̄ leuē febriculā, ideo in eodem ceſſat legis excuſatio. Sed hic in leui tortura fieri non pōt, qd̄ corpus non torqueat̄ nec patiat̄ aliqualem dolorem, licet ſit leuis dolor, dolor eſt, & infertur iniuria dignitati, vel innocentiæ ipſius rei, q̄a tortura vt diximus ſupra eod. ti. q. 1. eſt cruciatus q̄dam in corpore, &c. cum igr̄ ꝑ hanc leuem torturā inferat̄ in corpore dicti rei aliqualis cruciatus, nō pōt dici niſi qd̄ illa ſit tortura, & qd̄ ille ſit tortus q̄uis leuiter. Et ideo ego nunq̄ ꝯſueui ad gradum iſtū deuenire, niſi q̄n̄ procedit indicia, & ſunt bene ꝓbata. Tñ̄ ſi ſunt indicia aliquantulum remota à facto, & pſona eſſet vilis, & ignota, & valde ſuſpecta de crimine, aut in rn̄ſionibus ſuis variaret, & alijs hmōi ſupicionibus p̄cedētibus l. de minore. §. torm. in fin. ff. de q̄onibus. & ꝑ Bal. in d.l.2. Bart. in d.l. fin. & Panor. in d.c. cum in ꝯtemplatione. Si aūt eſſet vir nobilis aut honeſtæ familiæ, & ꝯdōnalis, ad hoc non deuenirem rl̄r, niſi p̄cedentibus legitimis indicijs, & bene ꝓbatis iuxta no. ꝑ Bar. in d.l. fi. ff. de qō. & ꝑ alios in locis ſupra not. Confeſſio ſilr̄ facta in iſtis leuibus tormentis indiget ratificatione, ſicut illa q̄ eſt facta in plenis tormentis, vt ſupra diximus in p̄cedenti
8 gradu, & no. ī d.l.2. C. de cuſt. reo. † Tertius torturæ gradus eſt cum reus ſuſpenſus detinet̄ in tortura ſpacio dicendi vniꝰ Miſerere, vel duo, aut aliquantulum plus, abſq; tñ̄ aliquo tractu vel impulſione chordæ, q̄ infert̄ ad maiorē cruciatum, & ad iſtū gradū aſcendet iudex quotieſcunq; reus eſt magis de crimine ſuſpectus, & indicia ꝯtra ipm̄ tendētia ſunt plene ꝓbata, delictū tñ̄ non eſt de atrocioribus, vt eſt furtū modici valoris, vulnus non letale, ſeu aliud crimen non capitale, vt

l.2.& ibi Bar.ff.de publ.iud.vel qñ delictum eſſet grauius, & indicia magis apta, pſonã tñ eſſet talis nobilis,vel alias honeſtæ familīę,& alias bonæ ꝯdõnis,& famę,& nõ aſſuetus in ſimilibus cõmiſceri,cũ quo mitius, & magis tẽperate agendũ eſſet, nõ excedendo iudex iſtũ gradũ torturę nõ credo ꝙ poſſet reprẽhẽdi,arg.l. non omnes .§. à Barbaris, ff.de re mil.l.in ſer.& l.reſpiciẽdum, §. delinquũt.ff.de pœn.l.qđ ergo .§.pœna grauior. ff.de his q̃ not.infam.& l.teſtiũ.§.tu magis,
9 ff. de teſtib. † Quartus torturę gradus dicet quotieſcunq; reus poſt eleuationẽ diutius ſuſpẽſus in tortura detinet̃, videlicet ꝑ quartam,tertiã,mediã ve partẽ, vel duas tertias vnius horę aut ꝑ integrã horã, ſm grauitatẽ criminis,ſuſpicionẽ rei,& vires indicioꝝ, qñq; in ipſo detentionis ſpacio adhibentur vnus duo aut plures ictus,ſiue tractus chordę ad maiores cruciatus inferendũ in corpore,maxime qñ indicia ſunt ꝑgnantia. Reus eſt ſuſpectus multũ,& hẽt mẽbra robuſta,& crimẽ eſt graue ex ſe,ẽt,ꝙ iſta oĩa non concurrant,ſi tñ maior pars ꝯcurrit,ſufficit, vel quoties ſcandalum non modicum gñaret, vt eſt furtũ magnæ rei ſacrę, vel aliud turpe ſacrilegium,vel ſacroꝝ abuſus, aut homicidium graue,vel falſitas literaꝝ apoſtolicaꝝ, & ſimilia, & indicia vt diximus eſſent vrgentia, & bene ꝓbata, vtputa vnus teſtis omni exceptione maior de viſu ipſius facinoris deponẽs, aut duo ſeu plures teſtes alia ꝓbãtes indicia,& circũſtãtias neceſſarias ipſius criminis ſm qđ latius declarat do. Alb. Gand. in d.ſuo tract.malef.in tit.de pſump. & ind. dub.& indub.Bart.in d.l.1.§.fi.& l.fin. ff.de qõ.Bald.in l.milites,§.oportet.C.eo.tit.idẽ Bald.in d.l.2.C.quo.appel.&c.Bald.Ang.& Salic.in d.l.ea quidem,C.de acc. Canoniſtæ in c.qualiter,& qñ.eo.tit.& in c.cum in con
10 templatione.de reg.iur.in antiq.†Quintus & vltimus torturæ gradus ſuccedit,quod eſt illud quotieſcunque poſt aliquam ſuſpenſionis detentionẽ,& ictus ſiue tractus chordæ. ſi reus adhuc ꝑtinax in eius negatiua inſteterit,& torturam hmõi ſpernere videret̃, ꝓ grauiori cruciatu ad pedes ipſius rei torquẽdi ſubijciunt̃ pondera qdã pendẽtia, vt ſunt cõpedes ferrei,lorica, aut aliud ſimile pondus,& cũ põdere ipſo ſuſpenſus detinet̃, vel ictibus cruciat̃, & iſtud eſt ſæuiſſimũ genus tormẽti,& dñt Doct.q̃ ſcripſerũt de hac mã ꝙ tũc corpus ipſius rei dilaniatur, mẽbraq. & oſſa quodammodo diſſoluunt̃, & euelluntur à corpore,& hæc dr̃ grauior pęna q̃ veriuſque manus obſciſſio,vt dicit text.in auth. vt nulli iud § quia vero. & dicit Caſſiod. in lib.variaꝝ epiſtolarum,vt refert do. Par. de Put.in ſuo tract.ſynd.in c.tortura. el 2.fol. 113.epiſt.49. facilius eſt à morte expetere q̃ tormentorum crudelia ſuſtinere,inter ſupremas anhelatus anguſtias melius eſt perire q̃ viuere, & deteſtabilis ſenſus pœnaꝝ excludit dulciſſimæ ſalutis affectum. Iſte vltimus gradus,& modus torquendi ꝑ raro fit, & iu
11 dex haud facile ad illũ deueniet, †niſi in certis caſibus, & criminibus atrociſſimis vt eſt hæreſis,& crim. læſæ maieſt. euerſionis ſtatus,aut ſimilis proditionis,vbi totius pr̃iæ, aut multorũ ſalute tractat̃, aut cũ ageret̃ de ingẽti aſſaſſinio enormiſſimo homicidio ſacrę pſonę,vel de morte alicuius Cardinalis, ſeu alterius magni principis,vel ꝯtra maleficũ,aut mathematicũ, in qbus criminibꝰ nullũ ꝓdeſt priuilegium dignitatis,vt l.ſi q̃s alicui.C.ad l.Iul.maieſt.& l.& ſi excepta.C.de male.& math.l.manicheos,& l. Afriani .C. de hæret.c.ad abolẽdã,eo.ti.& ſimilibus,nec tũc ẽt niſi indicia eſſent adeo clara, & ꝑgnãtia,vt nil deeſſet niſi rei ꝯfeſſio,vt l. milites. §.oportet,& ibi Bald.C.de qõ.Bal.in l. quiſquis,C.ad l.Iul.maieſt.& Bal. Ang.& Sal.in l.ea qdẽ,C.de acc.Bart.in d.l.fi. ff. de qõ. & l.1.§.fi.eo.ti.Par.de Put.in d.tract. de ſynd. c.tortura.& c.aduertẽdũ,& alios Moder. in
12 locis ſupra notatis. † Nõnulli tñ reperiunt̃ adeo terribiles, & robuſti qui nullum timẽt dolorẽ, neq; cruciatum aliquem ſentire vñr in corpore, ẽt ſi mille tractibus quaſſarent̃, quod pluribus modis ꝯtingere ſolet, quidã eñ robuſtitate corporis,& brachioꝝ,alij vero leuitate q̃ leui põdere cõprimunt̃, quidã alij membrorũ agilitate. quorũ brachia ex modica eleuatione ex retro ante reſoluunt̃, & ſupra caput directo tẽdũt,adeo ꝙ leuem, aut nullũ cruciatũ ſentire vñr, & ego alias in facto habui. Quidã alij reperiunt̃ qui cũ diabolicis ſortilegijs,& incãtationib. maleficæ artis,de qua ſupra diximus late in 2. lib. 6.&7.q.adeo corroborant̃ in corpore vel ſuſtinent̃ ſ aëre, aut graui ſopore detinent̃ oppreſſi poſtq̃ ſunt eleuati,vt nullũ penitus dolorẽ patiant̃ in corpore & hoc appellãt qdã maleficiũ taciturnitatis ſiue inſenſibilitatis,

ex

ex quo inducit tutela q̃dã (vt aiunt) aduer-
ſus ipſam torturam, q reus ipſe nullũ dolo-
rẽ patit, de quo alias diximus ſupra d.lib. 2.
& ego alias pluries expertus ſum in facto, &
infra dicã, & à pluribus hu uſce artis malefi
cæ magiſtris referri audiui, q varijs modis,
& p diuerſa malefica verba, & inſtra id expe
tũt, & obtinent, quod quali fiat, referre non
expedit, qa fieri nõ poſſet abſque ſacræ chri
13 ſtianæ fidei euerſione. † Dixit tñ Alber. ma
gnus in lib. quẽ edidit de ſecre. nat. q lapis
q̃dã meſites nũcupatus, q orit ex ciuitate q̃
dr Meſis, in partibus oriẽtalibus, ↄtrarius, &
aqua aut vino cõmixtus datusq. ad potãdũ
illi q torquẽdus eſt, inducit inſenſibilitatem
pœnæ, & cruciatus, vt refert Par. de Put. in
d.tract. ſynd. in c. tortura. lo 2. Quidam alij
dñt verba quę ſequuntur, videlicet, Impari-
bus meritis tria pendent corpora ramis. Diſ
mas, & Geſtas, in medio eſt diuina poteſtas
Diſmas damnat, Geſtas ad aſtra leuat. Alij
ẽt dñt verba pphetę. Eructauit cor meũ ver
bũ bonũ, veritatẽ nunq̃ dicam regi. Alij ve-
ro dñt. quemadmodũ lac beatę glorioſę Ma
rię virginis fuit dulce, & ſuaue domino no-
ſtro Ieſu Chriſto, ita hęc tortura ſiue chor-
da ſit dulcis, & ſuauis brachijs, & membris
meis. Quidam alij dñt illa verba, quæ domi
nus noſter Ieſus Chriſtus dixit tpe paſſio-
nis, videlicet à principio ſuę capturę. Quem
quęritis, &c. vſq; ad extremum vitæ, & vlti-
mum verbum. Conſumatum eſt. Quidã alij
dñt. Ieſus aũt tranſiens per medium illorũ
ibat. os aũt non cominuetis ex eo. Quæ q-
dem verba, & coniurationes olim non pu-
tabam quidquam operari poſſe contra tor-
turã, & pleriſq; ridicula potius q̃ credibilia
eſſe vñr, at ego quia pluries vidi, & expertus
ſum in facto, primo Piſis dum eram aſſeſſor
Magnifici dñi Capitanei illius ciuitatis, de-
inde Romę dũ eſſem auditor criminaliũ cau
14 ſaꝝ Reueren. Do. auditoris cameræ vbi † q-
dã fur ſagaciſſimus, & duplicis malitiæ reus,
ↄtra quẽ erãt examinati q̃ndecim teſtes ſu-
per diuerſis indicijs magni furti cẽtũ trigin
ta ſeptẽ ducatis auri hñs notitiã q curia pfa
ti dñi Auditoris pcedebat ↄtra ipſum, ante-
quam perſonalr̃ compareretur, accepit nõnul
la ſortilegia ↄtra torturam, quibus expertis
iterum atque iterum, videns q ſufficiebant
ad parangonem, quadam die dum ego eſſem
in ędib. turris nouę ad examinandũ quoſdã
alios reos, ille ſpõte veniẽs acceſſit ad n.c, &
ſe ↄſtituit in carcerib. ipſis, dicẽs q vltro ve-
nerat ad purgãdũ indicia, & notã infam. ę ſi
bi illatæ, contra quẽ tñ neceſſe fuit deuenire
ad torturã tot indicijs contra ipſum laborã
tibus; in qua dũ erat eleuatus dormiebat ca
pite cliuo, ac ſi iaceret in lecto abſq; vlla pe-
nitus lamentationes, aut clamore, et ad tra-
ctus chordæ erat tanq̃ ſtatua marmorea, q
dũ eleuabat, à principio dicebat quædã ver-
ba ſubmiſſa voce, deinde ſilebat vt dormiẽs,
ſtatim ego ſuſpicatus fui ne geſtaret aliquod
ſortilegiũ ſiue factura malefica penes ſe, aut
ex illis verbis captaret aliqđ ſuffragiũ, p qui
ſiui q̃ diligẽter p oẽs partes corporis ſui; de
mũq; reperi in capite ſub ſcuffia. ſ. inter cri-
nes, quandã paruã ſchedulã hæc verba cõti-
nente vz, † Ieſus aũt trãſiens † p mediũ illoꝝ
ibat. † os nõ cõminueris ex eo. † cũ crucibus
ita ſignatis, quã illico abſtuli ab eo; q licet il
la ſic ablata ſatis cõquereť, nihilominus ite-
rũ poſitus ad torturã, & eleuatus iteꝝ illud
idẽ ſicut antea faciebat, & principio ipſius ele
uationis nõnulla verba ſubmiſſa voce dice-
bat, q̃ pcipere nunq̃ potui, nec qdq̃ cõfeſſus
eſt. demũ mutatis tormẽtis ſub tormẽto ta-
xilli ſubiectus fuit, & ſilr̃ ſpernẽdo dolores
nihil vnq̃ penitus cõfeſſus eſt, ſed in ſua ne-
gatiua ſemp audacius cõualuit, adeo q ne-
ceſſe mihi fuit eo inſtãte ab inq̃ſitione, eũdẽ
abſoluere, & pceſſum totũ vna cũ inq̃ſitione
aboleri mãdare, Nec eſt mirandũ de abſolu-
15 tione hmõi. nã ſimilis † caſus & maior quoq;
occurrit do. Hip. de Marſ. dũ erat officialis il
luſtriſſ. Duci Mediolani, vt ipſe refert in l. re
pet. in 4. col. ff. de quæſt. nec dũ eſt annus e-
lapſus, q audiui aliũ Romæ poſitũ fuiſſe ad
torturã, et repetitis vicibus grauiter crucia-
tũ, q illa verba de lacte B. virginis Marię ſub
miſſa voce dicebat, & nullũ dolorẽ pati; ſed
cuncta ſpernere videbať, & dormiebat ſicut
alius in tortura, adeo q à tribus iudicib' pręe
ſente pcuratore fiſcali examinatus, nulla vn
quã ab eo confeſſio extorqueri potuit; licet
correus, & criminis ſocius id fateret expreſ
ſe, & illũ in ſociũ nominaret. cuius proceſſũ
vidi illumq; cognoui. Aliud exemplũ qđ ſi r
in facto occidit mihi Romæ cuiuſdã malefi
cæ mulieris, quæ anteq̃ eleuareť in tortura,
verba q̃dã ſubmiſſa voce dicebat: de inde ele
uata ſillebat penit' velut mortua & nigrior
apparebat i vultu carbone extincto. oculos ex

tra caput valde tremēdos more illoꝝ q ſtrā gulant emittens, & nihil penitus loquebatᷣ boni neq; mali. Si nunc vellemus diſputare de viribus, & veritate dictoꝝ maleficioꝝ taciturnitatis ſiue inſenſibilitatis, fieret ampla lectura, ſed q̄a cupio breuiter me expedire, hic nō inferā, vide q̄ late diximus ſupra lib.
16 2.q.6.7.& 8.†Nōnulli tñ dixerunt ꝗ aduerſus iſtas ꝯiurationes, & maleficia taciturnitatis reperiunt remedia q̄dam quæ diuerſis precibus ꝯficiunt, ex quibus dnt ꝗ omnes ligaturę,& maleficia hmōi diſſoluunt omnino que pereunt,& reus grauiſſima patiᷣ tormenta,& cruciatus in corpore. Et inter alia dicere ſolent verba illa Prophetæ, videlicet Dn̄s labia mea aperiat,& os meū anūciabit veritatē. Eructauit cor meū verbū bonū dicā cūcta opera mea regi. Confundatᷣ neqtia peccatoris pdes oēs q loquunᷣ mendaciū. Cōtere brachia iniqui rei,&lingua maligna ſubuerteᷣ. Ex qbus verbis precibus,& exorciſmis dnt maleficia ipſa reſolui, & reū mirabilᷣ cruciari, vide d.Par.& Put.in d. tract. ſynd.in c.tortura.lo 3.fol. 113. & illū Silue. prie.in d.tract.de ſtring.demon.mirand.lib. 4.c.5. Super quibus tñ cogita quia de virtute ipſoꝝ remedioꝝ non poſſem qdquā certi atteſtari, ex quo illa nunquam expertus ſui,nec per alium experiri hactenus vidi.

1 *Tortura in quibus cauſis,& criminibus inferri poſſit.*
2 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali.*
3 *Iudex diſtinguere nō debet vbi lex nō diſtinguit.*
4 *Proceſſus fit ſummarius in leuibus criminibus.*
Tortura de proceſſu dicitur ad quam abſque indicijs legitimis peruenitur.
Tortura quare in paruis criminibus non ſit applicanda.
5 *Perſona grauis, & honeſte conditionis pro criminibus leuibus torqueri non debet.*
Perſona leuis de leui crīe ſuſpecta torqueri pōt.
6 *Perſona vilis,& pauper pœnam pecuniariā non potens ſoluere, luere debent in corpore.*

1 QVinto videndum eſt in quibus†cauſis,& criminibus, poſſit inferri tortura. dic,ꝗ gn̄aliter in oībus cauſis criminalibus ſeu omnibus criminibus, ſi præcedāt legitima indicia,& veritatis aliter hri non poteſt. Nam regula torturæ eſt affirmatiua,& vniuerſalis,vt hr̄ in l.1. in prin. ff.de qō.ibi.in criminibus ſeruādis &c. quāuis ab ea nullatenus ſit inchoandū examē, ſed in caſu neceſſitatis quotieſcunq; vndiq; vrgenti indicia, & ꝯfeſſio veritatis aliter hri non pōt,niſi mediāte tortura, tūc adhibēda eſt d.l.1.in princ.ibi.n.dr̄ in criminibus ſeruandis,&c.
